Sale q̃z vixit triginta ãnis: z genuit heber. Uixit
q; sale postq̃ genuit heber quadringentistribus
ãnis: z genuit filios z filias. Uixit aũt heber trigi
taquatuoꝝ ãnis: z genuit phalech. Et vixit heber
postq̃ genuit phalech quadringentistriginta ãnis
z genuit filios z filias. Uixit q̃q; phalech triginta
ãnis: z genuit reu. Uixitq; phalech postq̃ genuit
reu ducentisnouẽ ãnis: z genuit filios z filias. Ui
xit aũt reu trigintagnq; ãnis: z genuit saruch. Ui
xit q̃z reu postq̃ genuit saruch ducẽtisseptẽ ãnis:
z genuit filios et filias. Uixit aũt saruch triginta
ãnis: z genuit nachoꝝ. Uixitq; saruch postq̃ genu
it nachoꝝ ducẽtis ãnis: z genuit filios z filias. Ui
xit aũt nachoꝝ vigintinouem ãnis: z genuit thare.
Uixitq; nachoꝝ postq̃ genuit thare centũ decẽ et
nouẽ ãnis: z gẽuit filios et filias. Uixitq; thare sep
tuaginta ãnis: z genuit abrã z nachoꝝ z aram. He
sunt aũt generatões thare. Thare genuit abram:
nachoꝝ z aram. Porro aram genuit loth. Mor-
tuusq; ẽ aram añ thare pꝛem suũ i terra natiuitat
sue in bur chaldeoꝝ. Duxerunt aũt abrã z nachoꝝ
vxores. Nomẽ vxoris abrã: sarai. Et nomẽ vxo-
ris nachoꝝ: melcha filia aran pꝛis melche z patr
iesche. Erat aũt sarai sterilis: nec hẽbat filios. Tu
lit itaq; thare abrã filiũ suũ z loth filiũ aram: filiũ
filij sui: z sarai nuꝝ suã: vxoꝛez abrã filij sui: z edu
xit eos de bur chaldeoꝝ vt irent i terrã chanaan.
Uenerũtq; vsq; aran: z habitauerunt ibi. Et facti
sunt dies thare ducentoꝝ gnq; ãnoꝝ: z moꝛtuus
est in aran. XII

Dixit aũt dñs ad abrã. Egredere ꝺ terra
tua: z de cognatõe tua z de domo patris
tui: z veni i ẽram qnam mõstrauero tibi.
Faciãq; te in gentẽ magnã z bñdicã tibi: z magni
ficabo nomẽ tuum: eriq; bñdictus. Bñdicã bñ
dicentibus tibi: et maledicam maledicentib' tibi:
atq; in te bñdicent vniuerse cognatões ẽre. Egres
sus est itaq; abram sicut ꝓcepat ei dñs: z iuit cum
eo loth. Septuagintagnq; ãnoꝝ erat abram cuz
egrederetur de aran. Tulitq; sarai vxoꝛẽ suam: et
loth filium fris sui: vniuersamq; substantiam quã
possederant: z aias quas fecerãt in aran: z egressi
sunt vt irent in ẽram chanaan. Cũq; venissent i eã
ptransiuit abrã terram vsq; ad locũ sychem: z vs
q; ad ꝺuallem illustrem. Chananeus aũt tunc erat
in terra. Apparuit aũt dñs abram: z dixit ei. Se-
mini tuo dabo terram banc. Qui edificauit ibi al-
tare dño q apparuerat ei: et inuocauit ibi nomen
eius. Et inde transgrediẽs ad montẽ q erat ꝺ ori
entem bethel: tetendit ibi tabernaculum suuz: ab
occidente bñs bethel: z ab oriẽte hay. Edificauit
q̃z ibi altare dño: z inuocauit nomẽ eius. Perre-
xitq; abram vadẽs z vltra ꝓgrediens ad meridiẽ
Facta est aũt fames in terra. Descẽditq; abram i
egyptuz vt pegrinaret ibi. Preualuerat enim fames
in terra. Cũq; ꝓpe esset vt ingrederet egyptũ: di-
xit sarai vxoꝛi sue. Noui q; pulchra sis mulier: et
q; cũ viderint te egyptij dicturi sunt: vxoꝛ illius ẽ
z interficient me: z te reseruabũt. Dic q̃ obsecro te
q; soꝛoꝛ mea sis: vt bene sit mihi ꝓpter te: et viuat
aĩa mea ob gr̃am tui. Cũq; ita ingressus esset abrã
egyptum viderũt egyptij mulierẽ q; eẽt pulchra
nimis. Et nũciauerũt ꝓncipes pharaoni: z lauda-
uerũt eam apud illum. Et sublata est mulier i do
mum pharaonis: abrã vo bene vsi sunt ꝓpter illã.
Fueruntq; ei oues z boues z asini z fui z familie
z asine z cameli. Flagellauit aũt dñs pharaonem
plagis maximis: z domuz eius ꝓpter sarai vxoꝛẽ
abram. Uocauitq; pharao abraz: z dixit ei. Quid
nam est ꝺ qõ fecisti mihi? Quare nõ idicasti mihi
q; vxoꝛ tua esset? Qnã ob cãm dixisti esse soꝛoꝛẽ
tuã: vt tollerem eã mihi in vxoꝛẽ? Nunc igit ecce
ꝺiunx tua: accipe eam z vade. Precepitq; pharao
sup abrã viris: z deduxerunt eũ z vxoꝛem eius: et
oĩa que habebat. XIII

Ascendit g̃ abram de egypto ipse z vxoꝛ
eius: z oĩa que habebat: z loth cuz eo ad
australẽ plagam. Erat aũt diues valde i
possessione auri z argenti. Reuersusq; est ꝑ iter q̃
venerat a meridie i bethel: vsq; ad locũ vbi ꝑius
fixerat tebernaculũ inter bethel z hay: i loco alta
ris qõ fecerat ꝑius: z inuocauit ibi nomẽ dñi. Sz
z loth g̃ erat cũ abram fuerũt greges ouiuz z ar-
menta z tabernacula: nec poterat eos cape ẽra vt
habitarent simł. Erat gppe substãtia eoꝝ multa: z
negebant habitare cõiter. Unꝺ facta est rixa inẽ pa
storez gregũ abrã z loth. Eo aute tpe chananeus
z pherezeus hĩtabant in terra illa. Dixit g̃ abram
ad loth. Ne queso sit iurgiũ inẽ me z te: et ĩter pa
storez meos z pastoꝛes tuos: frẽs. n. sumus. Ecce
vniuersa ẽra coꝛã te ẽ: recede a me obsecro. Si ad
sinistram ieris: ego dexteraz tenebo: si tu dexterã
elegeris: ego ad sinistrã pgam. Eleuatis itaq; loth
oculis vidit oẽz circa regionẽ iozdanis: q̃ vniuer-
sa irrigabat añq; subuerteret dñs sodomam z go
morrã sicut paradisus dñi: z sic egypt venientib in
segoꝛ. Elegitq; sibi loth r̃gionẽ circa iozdanẽ z re
cessit ab oriẽte. Diuisiq; sẽ alterutr a frẽ suo. Abrã
hitauit i ẽra chanaan. Loth vo mozat ẽ i oppidis
q̃ erãt circa iozdanẽ: z hĩtauit i sodomis. Porro hoies ãt
sodomite pessimi erãt z pctoꝛes coꝛã dño nimis.
Dixitq; dñs ad abrã: postq̃ diuisus ẽ ab eo loth.

Leua oculos tuos in directū: & vide a loco i q̄ nūc es: ad aglonem & meridiē: ad orientē & occidētē. Oēm terrā quā ꝓspicis: tibi dabo & semini tuo vsq; in sempiternū. Faciāq; semē tuum sic̄ puluerē terre. Si qs pōt hoium numerare puluerē terre semē q̄z tuū numerare poterit. Surge: q̄ & pambula terrā i longitudine & i latitudine sua: q̄ tibi daturus sum eā. Mouens igit̄ tabernaculū suū abrā venit & habitauit iux̄ qualē mābre: q̄ est in hebron: & ędificauitq; ibi altare dño. XIIII

Factus est aūt in illo tpe vt amraphel rex sennaar: & arioch rex pōti: et chodorlaomor rex elamitar: & thadal rex gentium: inirēt bellū ꝺ basa regē sodomor: et ꝺ bersa regē gomorre: & ꝺ sennaar regem adame: & ꝺ semeber regē seboym & regē bale: ipsa ē segor. Oēs hi quenerūt in vallē siluestrem: q̄ nūc est mare salis. Duodecim. n. ānis fuerant chodorlaomor: et tertiodecimo āno recesserūt ab eo. Igit̄ q̄rtodecimo āno venit chodorlaomor & reges q erāt cū eo & pcusserūt raphaym in astoroth & carnaym & çuçim cū eis: & emim in sabe cariathaim: & chorreos i mōtib⁹ seyr: vsq; ad cāpestria pharan que ē in solitudine. Reuersiq; sūt & venerūt vsq; ad fōtez mephat: ipsa est cades & pcusserūt oēm regionē amalachitar: & āmorreor q habitābāt i asasonthamar. Et egressi sūt rex sodomor & rex gomorre rexq; adame & rex seboym: necnō & rex bale q̄ ē segor: & direxerāt aciez ꝺ eos i valle siluestri. s. aduersus chodorlaomor regē elamitar & thadal regem gentiū & amraphel regez sennaar & arioch regem ponti: q̄tuor reges aduersus quinq;. Vallis āt siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex sodomor & rex gomorre terga verterūt & ceciderūtq; ibi: & q remāserāt fugerūt ad mōtē. Tulerūt aūt oēs substantiam sodomor & gomorre orum & vniuersa que ad cibū ptinent: & abierunt. Necnō & loth & substantiā eius filiū frīs abram q habitabat in sodomis. Et ecce vnus qui euaserat nūciauit abram hebreo q habitabat in qualle mambre āmorrei: frīs eschol & fratris aner. Hi. n. pigerant fedus cū abram. Q̄ō cū audisset abrā captum vz loth frēz suū: numerauit expeditos verna culos suos trecētos decē & octo: & psecutus ē eos vsq; dan. Et diuisis socijs irruit super eos nocte. Percussitq; eos & psecut⁹ ē vsq; soba & phenicen: que est ad leuam damasci. Reduxitq; oēz substātiā & loth fratrem suum cum substantia illius mulieres quoq; & populum. Egressus est autem rex sodomor in occursum eius: postquā reuersus ē a cede chodorlaomor & regem q cum eo erant in valle sabe: q̄ est vallis regis. At ꝟo melchisedech rex salem: pferens panē & vinuz: erat enī sacerdos dei altissimi: bñdixit ei & ait. Bñdictus abrā deo excelso q creauit celū & terrā: & bñdictus de⁹ excelsus: q̄ ptegente: hostes i manib⁹ tuis sunt. Et dedit ei decimas ex oibus. Dixit aūt rex sodomorū ad abrā. Da mihi aīas: cetera tolle tibi. Qui rñdit ei. Leuo manū meā ad dñm deū excelsum possessorem celi & terre: q̄ a filo subtegminis vsq; ad corrigiā calige nō accipiam ex oibus q̄ tua sunt ne dicas: ego ditaui abram: exceptis his q̄ comederūt iuuenes: & partibus viroꝝ q venerunt mecū: aner: eschol & mābre. Isti accipiēt partes suas. XV

His itaq; transactis: factus est ꝟmo dñi ad abrā p visionē dicēs. Noli timere abrā. Ego ꝓtector tuus: et merces tua magna nimis. Dixitq; abram. Dñe deus qd ꝺabis mihi? Ego vadā absq; liberis & filius ꝓcuratoris dom⁹ mee: iste damasc⁹ elyeçer. Addiditq; abrā. Mihi aūt non dedisti semē: & ecce vernaculus me⁹ heres meus erit. Statimq; ꝟmo dñi factus ē ad eū dicens. Nō erit hic heres tuus: sz q egredietur de vtero tuo: ipsum hēbis heredem. Eduxitq; eum foras & ait illi. Suscipe celū: & numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semē tuū. Credidit abraz deo: & reputatū est illi ad iusticiā. Dixitq; ad eum Ego dñs q eduxi te de ur chaldeoꝝ: vt darem tibi terrā istā & possideres eā. At ille ait. Dñe de⁹ vnde scire possum q̄ possessurus sim eā? Et rñdit dñs. Sume iugt mihi vaccā triennem & caprā trimam: & arietem ānoꝝ trium: turturem q̄z & columbam. Qui tollēs vniuersa hec diuisit ea p mediū: & vtraq; ptes ꝺ se alterinsecus posuit. Aues autem nō diuisit. Descenderūtq; volucres sup cadauera: & abigebat eas abrā. Cūq; sol occūberet sopor irruit sup abrā: & borror magnus & tenebrosus inuasit eū. Dictūq; est ad eū. Scito ꝓnoscens q̄ pegrinum futur̄ sit semē tuū in terra nō sua: & subiciēt eos seruituti: & afligēt q̄dringentis ānis. Verūtn̄ gētem cui seruituti sunt: ego iudicabo: & post hec egredient̄ cū magna substātia. Tu aūt ibis ad patres tuos i pace sepult⁹ in senectute bona. Generatione aūt q̄rta reuertent̄ huc. Necdū. n. ꝟplete sunt iniquitates āmorreoꝝ vsq; ad pñs tp̄s. Cum g̃ occubuisset sol: facta est caligo tenebrosa: et apparuit cliban⁹ fumās: & lāpas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dñs fedus cū abraz dicēs. Semini tuo dabo traz hāc: a fluuio egypti vsq; ad fluuiū magnū eufraten. Cineos & ceneçeos: cethmoneos & etheos & phereçeos: raphaim q̄z & āmorreos: eueos & chananeos & gergeseos & iebuseos. XVI

Sarai vxor abrā ñ genuerat sibi liberos: sz hñs ācillā egyptiā noīe agar: dixit marito suo Ecce ꝓclusit me dñs ne parerem: ingredē ad ancillā meā si forte saltē ex illa suscipiā filios. Cūq; ille acgesceret depzecanti: tulit agar egyptiā ancillā suā: p⁹ annos decē q̄ habitare cepant i tra chanaan: & ꝺdit eā viro suo vxorē. Qui ingressus ē ad eā. At illa ꝺcepisse se vidēs ꝺspexit dñam suā. Dixitq; sarai ad abram. Iniuste agis ꝺ me. Ego dedi ancillā meā in sinū tuū: q̄ videns q̄ ꝺcepit: despectui me hz. Iudicet dñs inē me & te. Cui rñdit abrā. Ecce ait ancilla tua i manu tua est vtere ea vt libet. Affligēte igit̄ eā sarai: fugā iniit.

Cūq̄ inuenisset eā angelus dñi iux̄ fontē aque in solitudine q̄ est in via sur in deserto: dixit ad illam. Agar ancilla sarai: vñ venis: z q̄ vadis. Que rñdit A facie sarai dñe mee ego fugio. Dixitq̄ ei āgel⁹ dñi. Reuertere ad dñaz tuā: z humiliare sub manu illius. Et rursum. Multiplicās inḡt mltiplicabo semē tuū z nō numerabit pre multitudine. Ac deīceps: ecce ait cepisti z paries filiū: vocabisq̄ nomē ei⁹ ismahel: eo q̄ audierit dñs afflictiōez tuam. Hic erit ferus hō: man⁹ ei⁹ ꝫ oēs: et man⁹ oiuz ꝫ eū: z e regiōe vniuersoz fratz suoz figet tabernacula. Vocauit aūt agar nomen dñi q̄ loquebat ad eā: tu deus q̄ vidisti me. Dixit n. pfecto h̄ vidi posterioza videntis me. Propterea appellauit puteū illū: puteū viuentis z videntis me. Ipse ē iter cades z barad. Pepitq̄ agar abze filiū: q̄ vocauit nomē ei⁹ ismahel. Octogīta z sex ānoz erat abrā qñ pepit ei agar ismahelem. XVII

Postq̄ vo nonaginta et nouē ānoz eē cerat: apparuit ei de⁹. Dixitq̄ ad eū. Ego dñs oipotēs. Ambula cozā me: z esto perfect⁹. Ponāq̄ fedus meū inē me z te: z mltiplicabo te vehemēter nimis. Cecidit abrā pnus i faciē Dixitq̄ ei de⁹. Ego sum: et ponā pactū meū tecuz: erisq̄ pr mltaz gentiū. Nec vltra vocabit nomē tuū abrā: sz appellaberis abrahā: q̄z prem mltaz gentiū ꝫstitui te. Faciāq̄ te crescere vehemētissime: z ponā te i gentib⁹: regesq̄ ex te egredient: et statuā pactū meū inter me z te z ī semē tuū p te in generatōib⁹ suis fedre sempiterno: vt sim de⁹ tu⁹: z seminis tui p te. Daboq̄ tibi et semini tuo p te terrā pegrinatōis tue: oēm terram chanaan i possessionē eternā: eroq̄ de⁹ eoz. Dixit iterz deus ad abrahā. Et tu q̄ custodies pactū meū: z semē tuū post te i generatōib⁹ suis. Hoc ē pactū meū q̄ observabitis ītr me z vos z semē tuū post te. Circūcidet ex vobis oē masculinū: z circūcidet⁹ carnez ꝑputij vr̄i: vt sit i signū federis ītr me z vos. In fans octo diez circūcidet in vob. Oē masculinus in generatōib⁹ vr̄is tam vernaculus q̄ empticius circūcidet: z gcūq̄ non fuerit de stirpe vr̄a. Erit q̄ pactū meū in carne vr̄a in fedus eternū. Masculus cui⁹ ꝑputij caro circūcisa nō fuerit: delebit aīa illa ō ppl̄o suo: q̄z pactū meū irritū fecit. Dixit q̄z de⁹ ad abrahā. Sarai vxoze tuā non vocabis sarai: sz saram. Et bñdicā ei: z ex illa dabo tibi filium cui bñdictur⁹ sum. Eritq̄ in natiōes: z reges ppl̄oz orient ex eo. Cecidit abrahā i faciē suaz: et risit i corde suo dicēs. Putasne cētenario nascet filius: z sara nonagenaria pariet? Dixitq̄ ad dñm. Utinā ismahel viuat cozā te. Et ait dñs ad abraham. Sara vxor tua piet tibi filiuz vocabisq̄ nomē ei⁹ isaac. Et ꝫstituā pactū meū illi i fedus sempiternū: z semi ni eius post eū. Sup ismahel q̄z exaudiui te. Ecce bñdicā ei: z augebo z mltiplicabo eū valde. Duodecim duces generabit: z faciā illū crescere in gentē magnā. Pactū vo meū statuaz ad isaac: quē piet tibi sara tpe isto in anno altero.

Cūq̄ finitus esset fmo loquētis cū eo: ascēdit de⁹ ad abrahā. Tulit aūt abrahā ismahel filiuz suum et oēs vernaculos dom⁹ sue: vniuersosq̄ quos emerat: z cūctos mares ex oib⁹ viris domus sue: z circūcidit carnē ꝑputij eoz: statim i ipsa die sicut pcepat ei de⁹. Abrahā nonaginta z nouē erat ānorum q̄n circūcidit carnē ꝑputij sui: et ismahel filius⁹ suus tredecim ānos ipleuerat tpe circūcisiōis sue. Eadē die circūcisus est abrahā: z ismahel filius⁹ ei⁹: z oēs viri dom⁹ illi⁹: tam vernaculi q̄ empticij et alienigene piter circūcisi sunt. XVIII

Apparuit aūt ei dñs i conualle mābre: sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cūq̄ eleuasset oculos: apparuerūt ei tres viri stātes ppe eū. Quos cū vidisset: cucurrit in occursum eoz de ostio tabernaculi sui: z adozauit i terrā: z dixit. Dñe si inueni gram i oculis tuis ne trāseas seruū tuū: sz afferā pauxillū aque: et lauent pedes vr̄i: z regescite sub arboze. Ponāq̄ buccellā panis: z ꝫfortet cor vr̄m: postea trānsibitis. Idcirco. n. declinastis ad seruū vr̄m. Qui dixerūt. Fac vt locutus es. Festinauit abrahā in tabernaculū ad sarā: dixitq̄ ei. Accelera tria sata simile cōmisce: z fac subcinericios panes. Ipse vo ad armentum cucurrit: z tulit inde vitulū tenerrimū et optimū: deditq̄ puero. Qui festinauit: z coxit illū. Tulit q̄z butyz z lac z vitulū quē coxerat z posuit coram eis. Ipse vo stabat iux̄ eos sub arboze. Cūq̄ comedissent dixerūt ad eū. Ubi est sara vxor tua? Ille rñdit. Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Reuertēs veniā ad te tpe isto. vita comite: z hēbit filiū sara vxor tua. Quo audito: sara risit post ostiū tabernaculi. Erāt aūt ambo senes ꝓiectq̄ etat⁹: z desierant sare fieri muliebria. Que risit occulte dicēs. Postq̄ senui z dñs me⁹ vetulus ē voluptati opam dabo? Dixit aūt dñs ad abrahā. Quare risit sara vxor tua dicēs: nō vo paritura sz anus? Nūqd deo gcūq̄ est difficile? Iux̄ ꝫdictū reuertar ad te h̄ eodez tpe: vita comite: z hēbit sara filium. Negauit sara dicēs: non risi: timoze pterrita. Dñs aūt non est inḡt ita: sz risisti. Cū ḡ surrexissent ide viri: direxerūt oculos ꝫ sodomam: z abrahā simul gradiebat: deducens eos. Dixitq̄ dñs. Nū celare potero abrahā que gesturus sum: cū futurus sit i gentem magnā ac robustissimā: z bñdicende sint in eo oēs nationes terre? Scio. n. q̄ pceptur⁹ sit filijs suis z domui sue post se: vt custodiant viam dñi: z faciāt iudiciū z iusticiam: vt adducat dominus ꝑpter abrahā oīa que locutus ē ad eū. Dixit itaq̄ dñs. Clamoz sodomoz z gomozreoz multiplicatus est: z pcūm eoz aggrauatum est nimis. Descendā: z videbo: vtz clamozē q̄ venit ad me opere ꝓpleuerint: an nō est ita: vt sciam. Conuerterūtq̄ se inde: z abierunt sodomam. Abrahā vero adhuc stabat cozam domino: et appzopinquās ait. Nūqd pdes iustū cū impio? Si fuerint q̄nquaginta iusti i ciuitate pibūt? si: z nō parces loco illi ppt̄ q̄nquaginta iustos si fuerint in eo? Absit a te vt rē

hāc facias: z occidas iustū cū ipio: fiatq; iustus sic̄ impius. Nō ē ḃ tuū q iudicas oēm trā. Nequaq; facies iudicium ḃ. Dixitq; dñs ad eū. Si inuenero sodomis qnquaginta iustos in medio ciuitatis: dimittā oī loco ppter eos. Rñdit abzaham: z ait. Quia semel cepi: loquar ad dñm meū cū sim pul uis z cinis. Quid si minus qnquaginta iustis qnq; fuerint: delebis ppē quadragintaqnq; vniersam vrbē? Et ait. Nō delebo si inuenero ibi quadra/ gintaqnq;. Rursūq; locut⁹ ē ad eū. Si ār quadra/ ginta ibi inuenti fuerint qd facies: ait. Nō pcutiā propt̄ q̄dragita. Ne queso īqt idigneris dñe si lo quar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Rñdit. Nō faciā: si inuenero ibi triginta. Quia semel ait cepi: loquar ad dñm meū. Quid si ibi iuēti fuerit viginti? Ait. Nō interficiā ppē viginti. Obsecro īqt ne irascar dñe: si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decē? Dixit. Nō delebo ppē de cem. Abijt dñs postq; cessauit log ad abzaham: z ille reuersus est in locū suum. XIX

Venerūtq; duo āgeli sodomā vespe sedē/ te loth i fozib⁹ ciuitatis. Qui cū vidisset eos surrexit: z iuit obuiaz eis: adozauitq; pron⁹ in trāz: et dixit. Obsecro dñi: declinate i do mū pueri vr̄i: z manete ibi. Lauate pedes vr̄os: et mane pficiscemini in viā vr̄am. Qui dixerūt. Mi nime: sz in platea manebim⁹. Cōpulit illos opido vt diuerterent ad eū. Ingressiq; domū eius fecit convīuiū: coxit açima: z comederūt. Pr⁹ aūt q̄ irēt cubitū: viri ciuitatis vallauerūt domū illius a pu ero vsq; ad senē: ois ppl's sīl. Vocauerūtq; loth z dixerūt ei. Vbi sunt viri q introierūt ad te nocte? Educ illos hue vt cognoscam⁹ eos. Egressus ad eos loth post tergū occludens ostiū ait. Nolite q̄ so frēs mei nolite malū hoc facere. Habeo duas filias que necdū cognouerūt viz. Educaz eas ad vos: et abutimini eis sic̄ vob placuerit: dūmodo viris istis nihil mali faciatis: qz ingressi sunt sub vmbza culminis mei. At illi dixerūt. Recede il/ luc. Et rursus. Ingressus es inqunt vt aduena nū qd vt iudices? Te q̄ ipsum mag⁹ q̄ bos affligem⁹. Vimq; faciebāt loth vehemētissime. Iamq; ppe erāt vt effringerēt fores: z ecce miserūt manū vi ri: z introduxerūt ad se loth clauserūtq; ostium: z eos q foris erāt pcusserūt cecitate a minimo vsq; ad maximū ita vt ostiū inuenire nō possent. Dixe/ rūt aūt ad loth. Habes ḃ quēpiā tuoz genez aut filios aut filias? Oēs q tui sunt educ de vrbe hac. Delebimus. n. locū istū: eo q̄ increuerit clamor eoz coram dño: q̄ misit nos vt pdam⁹ illos. Egres sus itaq; loth: locut⁹ est ad generos suos q acceptu ri erant filias eius: z dixit. Surgite z egredimī de loco isto: qz delebit dñs ciuitatem hāc. Et visus ē eis q̄si ludens log. Lūq; esset mane: cogebāt eū angeli dicentes. Surge tolle vxozē tuā z duas fi lias quas habes ne z tu pariē peas i scelere ciuita tis. Dissimulāte illo apprehēderūt manum eius z manū vxozis ac duaz filiaz eius: eo q̄ pceret do minus illi: eduxerūtq; eū z posuerūt ex̄ ciuitatez: ibiq; locuti sunt ad eū dicētes. Salua aīam tuaz. Noli respicere post tergū nec stes in oī circa regi/ one: sz i mōte saluū te fac ne et tu sīl peas. Dixitq; loth ad eos? Queso dñe mi: qz inuenit fuus tuus gr̄am coz̄ā te: z magnificasti gr̄iam z misericordiā tuā quā fecisti mecū vt saluares aīam meā: nec pos sum in mōte saluari: ne forte apprehēdat me ma/ lum z moziar. Est ciuitas hic iux̄ ad quā possum fugere parua: z saluabor in ea. Nūqd nō modica est z viuet aīa mea? Dixitq; ad eū. Ecce etiā in hoc suscepi pces tuas: vt non subuertam vrbē: p qua locut⁹ es. Festina et saluare ibi: qz ñ potero facere qcq; donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatuz est nomē vrbis illius segoz. Sol egressus est sup trā: z loth ingressus est segoz. Igit̄ dñs pluit sup sodo mā z gomozrā sulphur z ignē a dño ō celo: z sub/ uertit ciuitates has: z oēm circa regionez: vniuer sos hītatozes vrbiū z cūcta r̄e virentia. Respici ensq; vxor eius post se versa est in statuam salis. Abzaham aūt ꝛsurgens mane vbi steterat pzius cuz dño: intuitus est sodomā z gomozrā z vniuer sam r̄am regionis illius. Viditq; ascēdentem fa/ uillaz de r̄a quasi foznacis fumū. Cū.n. subuerte ret dñs ciuitates regiōis illi⁹: recozdat⁹ ē abzahe: z liberauit loth de subuersione vrbiū in qbus ha bitauerat. Ascēditq; loth de segoz z māsit in mō te: due q̄z filie eius cū eo. Timuerat.n. manere i se goz: z māsit in spelūca ipse z due filie eius cuz eo. Dixitq; maioz ad minoz̄. Pat̄ nr̄ senex est: z nul lus viroz remāsit in terra q possit ingredi ad nos iux̄ mozē vniuerse r̄e. Veni inebriem⁹ eum vino: dozmiamusq; cuz eo: vt fuare possim⁹ ex pr̄e nr̄o semē. Dederūt itaq; pr̄i suo bibere vinū nocte illa. Et ingressa ē maioz: dozmiitq; cū pr̄e. At ille nō sensit: nec qñ accubuit filia: nec qñ surrexit. Alia q̄z die dixit maioz ad minoz̄. Ecce dozmiui heri cū pr̄e meo. Hem⁹ ei bibere vinū etiā hac nocte z dozmies cū eo vt saluem⁹ semē de pre nr̄o. Bede rūtq; etiā z illa nocte pr̄i suo bibere vinū. Ingres saq; minoz filia dozmiuit cū eo. Et nec qdem tūc sensit qñ concubuerit: vel qñ illa surrexit. Cōce/ perūt ḡ due filie loth de pr̄e suo. Pepitq; maioz filiū: z vocauit nomē ei⁹ moab. Ipse ē pr̄ moabita rū vsq; i pñtem diē. Minoz q̄z pepit filiū: z voca/ uit nomē ei⁹ āmon: id est filius ppli mei. Ipse ē pr̄ āmonitaꝝ vsq; hodie. XX

Profect⁹ ide abzahā i r̄am australē: hīta/ uit inter cades z sur: z pegrinat⁹ ē in gera ris. Dixitq; ō sara vxore sua: sozoz mea ē Misit ḡ abimelech rex gerare: z tulit eam. Venit aūt de⁹ ad abimelech p somniū nocte: z ait illi. En mozieris ppē mulierē quā tulisti. Habet.n. virū. Abimelech vo nō tetigerat eā. Et ait. Domine nū gentem ignozantem et iustam interficies? Nōne ipse dixit mihi sozoz mea est: et ipsa ait: frater me us est? In simplicitate cozdis mei z mūdicia ma/ nuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum deus

Et ego scio q̄ simplici corde fecer̄: & iō custodiui te ne peccares i me: & nō dimisi vt tangeres eaz. Nūc ḡ redde viro suo vxorē: et orabit p̄ te quia prophēa ē: & vives. Si autē nolueris reddē: scito q̄ morte morieris: tu & oīa q̄ tua sūt. Statimq̄ ō nocte ꝛsurgens abimelech vocauit oēs famulos suos: & locut⁹ē vniuersa v̄ba hec in auribꝰ eoz. Timueruntq̄ oēs viri valde. Vocauit āt abimelech ēt abrahā & dixit ei. Quid fecisti nobꝭ Quid peccauimus i te q̄z induxisti sup me & sup regnū meū pctm̄ grande: Que nō debuisti facere: fecisti nob. Rursusq̄ expostulās ait. Quid vidisti vt hoc faceres: Rn̄dit abrahā. Cogitaui mecū dicēs. Forsitan nō est timor dei in loco isto & interficiant me ꝓp̄ vxorez meā. Alias aūt & vere soror mea ē: filia p̄ris mei: & nō filia mr̄is mee: & duxi eā in vxorē. Postq̄ āt eduxit me deus de domo p̄ris mei: dixi ad eam. Hāc misericordiā facies mecū. In oī loco ad quē ingrediemur: dices q̄ frat̄ tu⁹ sim. Tulit igit̄ abimelech oues & boues & famulos & ancillas & dedit abrahā. Reddiditq̄ illi sarā vxorē suā & ait. Terra coram vob̄ ē: vbicūq̄ tibi placuerit habita. Sare āt dixit. Ecce mille argenteos dedi frī tuo: hoc erit tibi i velamē oculoz ad oēs q̄ tecū sunt: et q̄cūq̄ preteris memēto te deprehensam. Orāte āt abrahā sanauit deꝰ abimelech & vxorem: ancillasq̄ eius: & pepererūt. Aperuerat.n. dn̄s oēz vuluā domus abimelech ꝓpter sarā vxorē abrahe.

XXI

Visitauit aūt dn̄s sarā sicut p̄miserat & impleuit q̄ locut⁹ est. Concepitq̄ & pepit filiuz i senectute sua tpe q̄ p̄dixerat ei deꝰ. Vocauitq̄ abrahā nomē filij sui quem genuit ei sara isaac: & circūcidit eū octauo die: sic̄ p̄ceperat ei deus cū esset cētum āno. Hac q̄ppe etate p̄ris nat⁹ est isaac. Dixitq̄ sara. Risum fecit mihi deꝰ: et q̄cūq̄ audierit corridebit mihi. Rursumq̄ ait. Quis audituꝝ crederet abrahā q̄ sara lactaret filiū quē pepit ei iā seni: Creuit igit̄ puer: & ablactat⁹ ē. Fecitq̄ abrahā grāde cōuiuiū i die ablactatōis ei⁹. Cūq̄ vidisset sara filiū egyptie ludentē cū isaac filio suo: dixit ad abrahā. Eijce ācillam hāc & filiū ei⁹. Nō.n. erit heres filiꝰ ancille cū filio meo isaac. Dure accepit hoc abrahaz ꝓ filio suo. Cui dixit deus: Nō tibi videat̄ aspe q̄ sup puero & sup ācilla tua: Oīa q̄ dixerit tibi sara: audi vocē ei⁹: qz i isaac vocabit̄ tibi semē. Sed & filiū ācille faciā i gentē magnā: qz semē tuū ē. Surrexit itaq̄ abrahaz mane & tollēs panē et vtrē aq̄ ipposuit scapule ei⁹: tradiditq̄ pueꝛ: & dimisit eā. Que cū abiisset: errabat i solitudine bersabee. Cūq̄ ꝓsumpta eēt aq̄ in vtre abiecit pueꝛ subt̄ vnā arborem q̄ ibi erat: & abiit. Sedit̄q̄ e regione procul: q̄tum pōt arcus iacē. Dixit.n. Nō videbo morientē pueꝛ. Et sedēs ē: leuauit vocē suā & fleuit. Exaudiuit āt deꝰ vocē pueri. Vocauitq̄ āgelus dn̄i agar ō celo dicēs. Quid agis agar⁹ Noli timē. Exaudiuit.n. deus vocem pueri: de loco in q̄ est. Surge & tolle pueꝛ: et tene manū illius: qz in gentē magnā faciam eū. Aperuitq̄ oculos eius deus. Que videns puteū aque: abijt & implenit vtrem: deditq̄ puero bibere: & fuit cū eo. Qui creuit & morabatus est in solitudine: factusq̄ est iuuenis sagittari⁹. Habitauitq̄ in deserto pharan. Et accepit illi mr̄ sua vxorē de terra egypti.

Eodem tpe dixit abimelech & phicol p̄nceps exercitus eius ad abrahaz. Deus tecū est in vniuersis q̄ agis. Jura ḡ ꝓ dn̄o ne noceas mihi & posteris meis stirpiq̄ mee: sz iuxt̄ misericordiā quā feci tibi: facies mihi & terre i qua versatus es aduena. Dixitq̄ abrahā. Ego iurabo. Et increpauit abimelech ꝓpter puteū aq̄: quē vi abstulerāt famuli eius. Rn̄ditq̄ abimelech. Nescivi qs fecerit hāc rem. Sz & tu nō indicasti mihi: & ego nō audiui preter hodie. Tulit itaq̄ abrahaz oues & boues: & dedit abimelech. Percusserūtq̄ ambo fedus. Et statuit abrahā septem agnas gregis seorsum. Cui dixit abimelech. Quid sibi volūt septē agne iste q̄s stare fecisti seorsum: At ille. Septē inḡt agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium: q̄m ego fodi puteū istu. Idcirco vocatus ē locus ille bersabee: qz ibi vterq̄ iurauit: et inierunt fedus ꝓ puteo iuramēti. Surrexit aūt abimelech & phicol p̄nceps exercit⁹ eius: reuersiq̄ sunt in terrā palestinoꝝ. Abrahā vo plantauit nemus in bersabee: & inuocauit ibi nomē dei eterni: & fuit colon⁹ terre palestinoꝝ dieb⁹ multis.

XXII

Que postq̄ gesta sunt: tēptauit deus abrahā: & dixit ad eū. Abrahā abrahā. At ille rn̄dit. Adsum. Ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis isaac: & vade in trā visionis: atq̄ ibi offeres eū in holocaustū: sup vnū mōtiuz quē mōstrauero tibi. Igit̄ abrahā de nocte ꝛsurgens: strauit asinū suū: ducens secū duos iuuenes & isaac filiū suuz. Cūq̄ ꝛcidisset ligna in holocaustuz abijt ad locū quē ꝑceperat ei deus. Die aut̄ tertio eleuatis oculis vidit locuz procul: dixitq̄ ad pueros suos. Expectate hic cū asino: ego & puer illuc vsq̄ ꝓperātes: postq̄ adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit q̄z ligna holocausti: et iposuit sup isaac filiū suū. Ipe vo portabat i manib⁹ ignē & gladiū. Cūq̄ duo pgerēt sil: dixit isaac patri suo. Pat̄ mi. At ille rn̄dit. Quid vis fili: Ecce igt ignis & ligna: vbi ē victima holocausti: Dixit āt abrahā deꝰ puidebit sibi victimā holocausti fili mi. Pergebāt ḡ pariter: & venerūt ad locū quē oñderat ei deus: in q̄ edificauit altare: & desup ligna ꝓposuit. Cūq̄ alligasset isaac filiū suū: posuit euz in altare sup struem lignoꝝ. Extenditq̄ manū & arripuit gladiū vt imolaret filiū suū. Et ecce āgelꝰ dn̄i de celo clamauit dicens. Abrahā abrahaz. Qui rn̄dit. Adsum. Dixitq̄ ei. Nō extēdas manū tuā sup puerū: neq̄ facias illi q̄cq̄. Nūc cognoui q̄ timeas dn̄z: & nō pepcisti vnigenito filio tuo ꝓpter me. Leuauit abrahā oculos suos: viditq̄ post tergū arietē inter vepres herētem cornib⁹. Quē assumēs: obtulit holocaustū ꝓ filio. Appellauitq̄ nomē loci illi⁹ dn̄s videt. Un̄ vsq̄ hodie dr̄. i mōte: dn̄s videbit

Uñ vſq; hodie dicit: in mõte: dñs videbit. Uocauit ãt ãgelus dñi abrahã ſcõo de celo dicẽs. Per memetipſũ iurauí dic̃ dñs: q̃ feciſti hãc rẽ: ⁊ ñ pepciſti filio tuo vnigenito ppt̃ me: bñdicã tibi ⁊ mlt̃ riplicabo ſemẽ tuũ ſic̃ ſtellas celi: ⁊ velut harenã q̃ ẽſt littoꝛe maꝛ. Poſſidebit ſemẽ tuũ poꝛtas iimicoꝛ ſuoꝛ: ⁊ bñdicẽt̃ i ſemĩe tuo oẽs gẽtes ꝛre: q̃ obediſti voci mee. Reuerſus ẽ abrahã ad pueroſ ſuos: abieruntq; berſabee ſiſ: ⁊ habitauit ibi. His itaq; geſtis nunciatum eſt abrahã q̃ melcha q̃q; genuiſſ̃ filios nachoꝛ fratri ſuo: hus p̃mogenitũ ⁊ buc̃ frẽm eius: ⁊ chamuel pr̃em ſyroꝛ: et caſeth ⁊ açau: pheldas q̃ et iedlaf ⁊ batuhel: de q̃ nata ẽ rebecca. Octo iſtos genuit melcha nachoꝛ fratri abrahã. Cõcubina vo illius noĩe roma: peperit thabee ⁊ gaon ⁊ thaas ⁊ maacha. XXIII

Uixit aũt ſara centũ vigintiſeptem ãnis et moꝛtua eſt i ciuitate arbee que ẽ hebꝛon in ꝛra chanaan. Uenitq; abrahã vt plãgeret ⁊ fleret eã. Cũq; ſurrexiſſet ab officio funeris: locutus eſt ad filios heth dicens. Aduena ſum et pegrinus apud vos: date mihi ius ſepulchꝛi vobiſcũ: vt ſepeliam moꝛtuũ meuz. Rñderunt filij heth dicẽtes. Audi nos dñe. Princeps dei es apõ nos: in electis ſepulchꝛis nr̃is ſepeli moꝛtuũ tuũ: nulluſq; te phibere poterit: qn i monumẽto eius ſepelias moꝛtuũ tuũ. Surrexit abrahã ⁊ adoꝛauit pplm ꝛre: filios videlicet heth. Dixitq; ad eos Si placet aĩe vr̃e vt ſepeliã moꝛtuũ meũ: audite me: ⁊ intercedite p me apud ephꝛon filiuz ſeoꝛ vt det mihi ſpelũcam duplicẽ quã hz i extrema pte agri ſui. Pecunia digna tradet eã mihi coꝛã vob in poſſeſſionem ſepulchꝛi. Habitabat aũt ephꝛon i medio filioꝛ heth. Rñditq; ephꝛon ad abrahã cũctis audientibus q̃ ingrediebãtur poꝛtam ciuitatis illius dicens. Nequaq; ita fiet dñe mi: ſz tu magꝛ auſculta q̃ loquoꝛ. Agꝛ trado tibi ⁊ ſpelũcam que i eo ẽ pñtib⁹ filijs ppli mei. Sepeli moꝛtuũ tuũ. Adoꝛauit abrahã coꝛã dño ⁊ pplo ꝛre: ⁊ locut⁹ eſt ad ephꝛon: circũſtãte plebe ei⁹. Queſo vt audias me. Dabo pecuniã p agro: ſuſcipe eam ⁊ ſic ſepeliã moꝛtuuz meũ i eo. Rñditq; ephꝛon. Dñe mi audi me. Terra quã poſtulas q̃dringẽtos ſiclos argenti valet. Iſtud eſt p̃cium inr̃ me et te. Sz q̃tum eſt hoc. Sepeli moꝛtuũ tuũ. Aq̃ cũ audiſſet abrahã appendit pecuniã quã ephꝛon poſtulauerat: audientibus filijs heth q̃dringentos ſiclos argenti: pbate monete publice. Cõfirmat⁹ eſt ager quõdam ephꝛonis i q̃ erat ſpelũca duplex reſpiciens mãbꝛe: tã ipſe q̃ ſpelunca: ⁊ oẽs arboꝛes ei⁹ in cũctis t̃minis ei⁹ p circuitũ abrahe i poſſeſſionem videntib⁹ filijs heth: ⁊ cũctis q̃ itrabãt poꝛtã ciuitat⁹ illi⁹. Atq; ita ſepeliuit abrahã ſarã vxorem ſuã i ſpelũca agri duplici q̃ reſpiciebat mãbꝛe hec ẽ ebꝛon i ꝛra chanaan. Et cõfirmat⁹ eſt ager et antrũ qõ erat i eo abrahe i poſſeſſionẽ monumẽti a filijs heth. XXIIII

Erat aũt abrahã ſenex dieruq; mltoꝛ: ⁊ dominus in cunctis bñdixerat ei. Dixitq; ad ſeruum ſeniozem domus ſue qui p̃erat oĩbus q̃ habebat. Pone manũ tuã ſubter femur meũ vt adiurez te p deũ celi ⁊ ẽre vt nõ accipias vxoꝛẽ filio meo de filiabus chananeoꝛ inr̃ q̃s habito: ſed ad terrã ⁊ cognatõez meã p̃ficiſcaris: ⁊ inde accipias vxoꝛem filio meo iſaac. Rñdit puus. Si noluerit mulier venire mecũ i ꝛrã hãc: nũqd reducere debeo filiũ tuũ ad locuz de q̃ tu egreſſus es? Dixitq; abrahã. Caue ne q̃n reducas filiũ meuz illuc. Dñs celi ⁊ ẽre qui tulit me de domo pr̃is mei: et de ꝛra natiuitatis mee q̃ locutus ẽ mihi: et iurauit dicẽs: ſemini tuo dabo terram hãc: ipſe mittet angelum ſuũ te coꝛã: ⁊ accipies ide vxoꝛẽ filio meo. Sin ãt mulier noluerit ſeq te: nõ teneberis iuramẽto: filiũ tm̃ meũ ne reducas illuc. Poſuit q̃ puus manũ ſub femoꝛe abrahã dñi ſui: ⁊ iurauit illi ſup ſermone h̃. Tulitq; decem camelos de grege dñi ſui ⁊ abijt ex oĩbus bonis eius poꝛtãs ſecũ: pfectuſq; pꝛexit i meſopotamiã ad vrbẽ nachoꝛ. Cũq; camelos feciſſet accũbere ex̃ oppidũ: iuxt̃ puteum aque: veſpere: eo tpe quo ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquã: oꝛauit dñm dicẽs. Domine deus dñi mei Abrahã occurre obſecro mihi hodie: ⁊ fac miſericoꝛdiam cum dño meo abrahã Ecce ego ſto p̃pe fontez aque: et filie habitatoꝛuz huius ciuitatis egredientur ad hauriendaz aquã. Igitur puella cui dixero inclina hydriam tuã vt bibaz: ⁊ illa rñderit bibe: qn et camelis tuis dabo potum: ipſa eſt quã pparaſti puo tuo iſaac: ⁊ p hoc intelligam q̃ feceris miſericoꝛdiam cũ dño meo abrahã. Necdum intra ſe ẏba ꝓpleuerat: ⁊ ecce rebecca egrediebat̃ filia bathuel filij melche vxoꝛis nachoꝛ fratris abrahã: hñs hydriam i ſcapula ſua: puella decoꝛa nimis: virgoq; pulcherrima: ⁊ incognita viro. Deſcẽderat aũt ad fontez et impleuerat hydriam aqua: ac reuertebat̃. Occurritq; ei puus ⁊ ait: Pauxillum aq̃ mihi ad bibẽdũ p̃be de hydria tua. Que rñdit: bibe dñe mi. Celeriterq; depoſuit hydriam ſup vlnam ſuã ⁊ dedit ei potum. Cũq; ille bibiſſet adiecit. Quin ⁊ camel⁹ tuis hauriam aquã: donec cũcti bibant. Effundẽſq; hydriam in canalibus recurrit ad puteum vt hauriret aquam: ⁊ hauſtam omnibus camelis dedit. Ipſe autem cõtemplabatur eam tacitus: ſcire volens vtr̃ proſperuz iter ſuũ feciſſet deus an nõ Poſtq; autez biberunt cameli pꝛotulit vir inaures aureas: appendentes ſiclos duos: ⁊ armillas totidem pondo ſiclozum decem. Dixitq; ad eam. Cuius es filia? Indica mihi. Eſt in domo patris tui locus ad manendum? Que reſpondit. Filia ſum bathuelis: filij nachoꝛ quẽ peperit ei melcha. Et addidit dicens. Palearum quoq; ⁊ feni plurimũ eſt apud nos: ⁊ locus ſpacioſus eſt ad manendu. Inclinauit ſe homo ⁊ adoꝛauit dñm dicens. Benedictus dñs deus dñi mei abrahã: qui nõ abſtulit miſericoꝛdiam et veritatem ſuã a domino meo: ⁊ recto itinẽ me pduxit i domũ frr̃is dñi mei

Cucurrit itaq; puella: z nūciauit ī domū mris sue oīa que audierat. Debat aut rebecca frēm noie laban. Qui festinus egressus ē ad hoīem vbi erat fons. Cūq; vidisset iaures z armillas ī manibus sororis sue: z audisset cūcta verba referentis hec locut⁹ est mihi hō: venit ad vir̄ q stabat iux̄ camelos z ppe fontem aque: dixitq; ad eū. Ingredere bñdicte dñi. Cur foris stas: pparaui domū z locū camelis tuis. Et introduxit eū in hospitiū: ac destrauit camelos: deditq; paleas z fenū: z aquā ad lauandos pedes cameloꝝ: z viroꝝ q venerāt cuz eo. Et appositus est in ꝓspectu eius panis. Qui ait. Non comedā: donec loquar ſmones meos. Rñdit ei. Loquere. At ille: Puus ingt abraham sum. Et dñs bñdixit dño meo valde: z magnificatus est: et dedit ei oues z boues: argentū z auꝝ: puos z ācillas camelos z asinos. Et pepit sara vxor dñi mei filiū dño meo ī senectute sua: deditq; illi oīa q̄ habuerat. Et adiurauit me dñs me⁹ dicens. Nō accipies vxorē filio meo de filiab⁹ chananeoꝝ: ī q̄ra habito: ſz ad domū pris mei pges: z de cognatione mea accipies vxorē filio meo. Ego vo rñdi dño meo. Quid si noluerit venire mecuz mulier? Dñs ait in cuius ꝓspectu ambulo: mittet angelum suū tecū: z diriget viā tuā: accipiesq; vxorem filio meo de cognatiōe mea: z de domo pris mei. Innocēs eris a maledictōe mea: cū veneris ad pr̄ios meos z non dederint tibi. Veni g hodie ad fontē aque: z dixi. Dñe de⁹ dñi mei abraham: si direxisti viā meā ī q̄ nūc ābulo: ecce sto iux̄ fontē aq̄ z vgo q̄ egredier̄ ad hauriendaz aquā: audierit z me dixerit mihi z tu bibe z camelis tuis hauriā: ipa est mulier quā pparauit dñs filio dñi mei. Antq; ſ tacitus mecū voluerē: apparuit rebecca veniēs cuz hydria quā portabat ī scapula: descēditq; ad fontem: z hausit aquā. Et aio ad eā. Da mihi paululū bibere. Que festinās deposuit hydriā ō humero z dixit mihi. Et tu bibe: z camelis tuis tribuā potum. Bibi: z adequauit camelos. Interrogauiq; eaz et dixi. Cuius es filia? Que rñdit. Filia bathuelis sum: filij nachoꝝ: quē pepit et melcha. Suspendi itaq; iaures ad oznādū faciē ei⁹: z armillas posui ī manib⁹ eius. Adorauiq; adoraui dñm bñdicens dño deo dñi mei abraham: q̄ duxit me recto itinē vt sumerez filiā frīs dñi mei filio ei⁹. Quāobrē si facitis misericordiā z veritatē cū dño meo īdicate mihi: sin aut aliud placet: z ſ dicite mihi: vt vadā ad dextrā siue ad sinistrā. Rñderunt laban z bathuel. A dño egressus ē ſmo. Nō possum⁹ ex̄ placitū ei⁹ qcq; aliud log tecū. En rebecca coram te ē: tolle eā z pficiscere: et sit vxor filij dñi tui: sic locutus ē dñs. Hō cū audisset puer abraham: p̄cidens adorauit ī ra dñm. Prolatisq; vasis argēteis et aureis ac vestib⁹: dedit ea rebecce p munē. Frib⁹ q̄z ei⁹ z mri: dona obtulit. Finitoq; conuio: vescentes pariter z bibētes māserūt ibi. Surgēs aut mane locutus ē puer. Dimittite me: vt vadā ad dñz meū. Rñderūtq; frater eius z mater. Maneat puella saltem decez dies apud nos: z postea pficiscetur. Nolite ait me retinere: qz dñs direxit viam meā. Dimittite me vt pgam ad dñm meū. Et dixerunt: Vocemus puellā z queramus ipsius volūtatem. Cūq; vocata veniſſet: sciscitati sunt. Vis ire cū homine isto? Que ait. Vadā. Dimiserūt g eā z nutricem illius: Puumq; abraham z comites ei⁹: ꝰ precantes pspera sorori sue atq; dicētes. Soror nra es: Crescas in mille milia z possideat semen tuū portas inimicoꝝ suoꝝ. Igit rebecca z puelle illi⁹ ascēsis camelis secute sunt virū: q festinus reuertebat ad dñm suū. Eo aut tpe deambulabat isaac p viā que ducit ad puteū cuius nomē est viuentis z videntis. Habitabat enim in terra australi: z egressus fuerat ad meditandū in agro inclinata iā die: Cūq; eleuasset oculos: vidit camelos venientes procul. Rebecca q̄z ꝓspecto isaac descēdit de camelo z ait ad puer̄. Quis est ille homo q venit p agruz ī occursuz nob. Dixitq; ei. Ipse est dñs me⁹. At illa tollens cito palliū suū opuit se. Seruus aūt cuncta que gesserat narrauit dño suo isaac. Qui introduxit eam in tabernaculū sare mris sue z accepit eam vxorē z in tm̄ dilexit eā vt dolorē q ex morte mris eius acciderat temperaret.

XXV

Abraham vo aliā duxit vxorem nomine cethuram: q̄ pepit ei çamram z iecsan: et madan: et madiam: et iesboch: et Sue. Iecsan q̄z genuit saban z dadan. Filij dadan fuerunt assurim et lathusim z laomim. Filij vo ex madiam ozr̄ epha z epher. z enoch z abida: eldaa. Oēs hi filij ceture. Deditq; abrahā cūcta q̄ possederat isaac: filijs aūt ꝓcubinaꝝ largit⁹ est munera: z sepauit eos ab isaac filio suo dū adhuc ipe viueret ad plagā oriētalē. Fuerūt aūt dies vite abrahe centum septuaginta anq; āni: z deficiēs mortu⁹ ē ī senectute bona, pfectq; etatis z plenus dieꝝ: cōgregatusq; ē ad pp̄m suū. Et sepelierūt eū isaac z ismahel filij sui ī spelūca duplici quesita est ī agro ephron: filij seor ethei: e regione mābre: quē emerat a filijs heth. Ibi sepultus est ipse et sara vxor eius. Et post obitū illius bñdixit de⁹ isaac filio ei⁹ q habitabat iux̄ puteū noīe viuentis et videtis. Hec sunt generatōes ismahel filij abrahe quē pepit ei agar egyptia famula sare: et hec noīa filioꝝ eius ī vocabulis z generationibus suis. Primogenitus ismahelis nabaioth: deinde cedar: et abdebel: et mabsan: masma q̄z z duma et massa: adad et thema z iachur z naphis et cedma. Isti sūt filij ismahel: z hec noīa p castella z oppida eoꝝ duodecī pncipes tribuū suaꝝ. Et facti sunt āni vite ismahelis centū triginta septem: deficiensq; mortu⁹ est: z appositus ad pp̄m suū. Habitauit aūt ab euila vsq; sur: que respicit egyptuz introeuntibus assyrios. Coram cūctis fratribus suis obiit. Hec q̄z sunt generationes isaac filij abraham. Abraham genuit isaac. Qui cū q̄draginta esset ānoꝝ: duxit vxorē rebeccā filiā bathuel syri ō mesopotamia sororē laban

Deprecatusq; est isaac dñm p uxore sua eo q; eet sterilis. Qui exaudiuit eū z dedit ꝯceptū rebecce sz collidebant i utero eius puuli. Que ait. Si sic mihi futuꝝ erat qd necesse fuit ꝯcipe? Perrexitq; rebecca vt ꝯsuleret dñm. Qui rñdēs ait. Due gentes sunt in utero tuo: z duo ppli ex ventre tuo diuidentur: populusq; populū superabit: et maior seruiet minori. Iaz ips pariendi aduenerat: z ecce gemini i utero eius repti sunt. Qui p̄mus egressus est rufus erat: z totus in morem pellis hispidus vocatū q; est nomē eius esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu: z idcirco appellauit eum iacob. Sexagenarius erat isaac q̄n nati sūt puuli. Quibus adultis: factus ē esau vir gnarus venandi z homo agricola: iacob aūt vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat esau: eo q; de venatōibus illius vesceret: z rebecca diligebat iacob. Coxit aūt iacob pulmētū. Ad quē cū venisset esau de agro lassus: ait. Da mihi de coctōe hac rufa: qz oppido lassus sum. Quā ob cām vocatū ē nomē ei edom. Qui dixit iacob. Vende mihi p̄mogenita tua. Ille rñdit. En morior. Quid mihi prosunt p̄mogenita? Ait iacob. Jura ḡ mihi. Jurauit ei esau: z vendidit p̄mogenita: z sic accepto pane z lentis edulio comedit z bibit z abijt: parui pendens q; p̄mogenita vendidisset. XXVI

Orta aūt fame sup̄ terram post eam sterilitatem que acciderat in diebus abrahā: abijt isaac ad abimelech regem palestinoꝝ in gerara. Apparuitq; ei dñs z ait. Ne descendas in egyptum: sz quiesce i terra quā dixero tibi z pegrinare in ea: eroq; tecū z bñdicam tibi. Tibi enim z semini tuo dabo vniuersas regiones has ꝯplens iuramētuꝫ q; spopondi abraham p̄ri tuo: z multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. Daboq; posteris tuis vniuersas regiones has z bñdicentur in semine tuo oēs gentes terre eo q; obedierit abrahā voci mee: et custodierit p̄cepta z mandata mea: z cerimonias legesq; seruauerit. Mansit itaq; isaac in geraris. Qui cū interrogaret a viris loci illi sup uxore sua: rñdit. Soror mea est. Timuerat enim ꝯfiteri q; sibi esset sociata ꝯiugio reputans ne forte interficerent eum ppter illi pulchritudinē. Cūq; ptransissent dies plurimi z ibi dē moraret p̄spiciens abimelech rex palestinoꝝ p fenestram: vidit eū iocantem cū rebecca uxore sua: z accersito eo ait. Perspicuum est q; uxor tua sit. Cur mētitus es eam sororem tuā esse? Rñdit. Timui ne morerer ppter eā. Dixitq; abimelech: Quare ipposuisti nobis. Potuit coire q̄spiaz ō populo cū uxore tua: z īduxeras sup nos grāde peccatum. Precepitq; oī pplo dicens. Qui tetigerit hoīes huius uxorem: morte morietur. Seuit autē isaac in terra illa: z inuenit in ipso āno centuplum: Bñdixitq; ei deus z locupletatus est hō: z ibat p̄ficiens atq; succrescens: donec magnus uehemēt effectus est: habuitq; possessiones ouiū z armentoꝝ z familie plurimū. Ob hꝫ inuidētes ei palestini oēs puteos q̄s foderant serui p̄ris illius abrahā: illo tpe obstruxerūt implētes humo: in tm vt ipe abimelech diceret ad isaac. Recede a nobis: q̄m potentior nobis factus es valde. Et ille discedēs vt veniret ad torrentē gerare bitaretq; ibi: rursus fodit alios puteos: q̄s foderant serui p̄ris sui abrahā: z q̄s illo mortuo olim obstruxerāt philistijm. Appellauitq; eos eisdē noībus q̄bus aūt p̄ vocauerat. Foderūtq; in torrēte z reppererūt aquā viuā Sz et ibi iurgiū fuit pastoruꝫ gerare: aduersus pastores isaac dicentiuꝫ. Nostra est aqua. Quāobrē nomē putei ex eo q̄ accīderat vocauit calūniaz. Foderūt aūt z aliū z p illo q̄z rixati sunt: appellauitq; eū īimicitias. Profectus inde fodit aliū puteū: p q̄ nō ꝯtenderunt. Itaq; vocauit nomē eius latitudo dicēs. Nūc dilatauit nos dñs: z fecit crescere sup̄ terram. Ascendit autē isaac ex illo loco in bersabee: vbi apparuit ei dñs in ipsa nocte dicēs. Ego sum deus abrahaz p̄ris tui. Noli timere: qz ego tecū sum. Bñdicaz tibi z multiplicabo semē tuū: ppter seruū meuz abrahā. Itaq; edificauit ibi altare dño: z inuocato noīe dñi extēdit tabernaculū: fecitq; puteū tuis vt foderent puteuz. Ad quē locum cum veniſſet de geraris: abimelech et ochoçath amici illius z phicol duxe militū: locutꝰ est isaac. Quid venistis ad me hoīem quē odistis: z expulistis a vobis? Qui rñderūt. Vidimus tecuz esse dñm: z idcirco nos diximus. Sit iuramētuz inter nos: z ineamus fedus: vt nō facias nobis q̄quā malī sicut z nos nihil tuoꝝ attigimus: nec fecimus q̄d te lederet: sz cū pace dimisimus auctū bñdictōe dñi. Fecit ḡ eis ꝯuiuiū. Et post cibū z potū surgentes mane: iurauerunt sibi mutuo: dimisitq; eos isaac pacifice in locū suū. Ecce aūt venerunt in ipso die serui isaac. annunciantes ei de puteo quē foderant: atq; dicentes. Inuenimus aquā. Vñ appellauit eū abundantiā: z nomē urbi ipositum est bersabee vsq; in p̄sentē diē. Esau vo q̄dragenarius duxit uxores duas: iudith filiā beeri ethei: z basemath filiā elon eiusdē loci: que ambe offenderant animū isaac z rebecce. XXVII

Senuit aūt isaac: z caligauerūt oculi eius: z videre nō poterat: vocauitq; esau filiū suū maiorē: z dixit ei. Fili mi. Qui rñdit: Adsum. Qui p̄. Vides ingt q; senuerim: z ignorē diem mortis mee. Sume arma tua: et pharetram z arcū z egredere foras. Cūq; venatu aliqd apprehenderis fac mihi inde pulmētum sicut velle meministi: z affer vt comedā: z bñdicat tibi aīa mea añ q̄z moriar. Qō cū audisset rebecca: et ille abijsset i agrū vt iussionē p̄ris īpleret: dixit filio suo iacob. Audiui p̄rem tuū loquētem cū esau frē tuo: z dicētem ei. Affer mihi de venatōe tua: z fac cibos vt comedā: z bñdicā tibi coram dño añ q̄z moriar. Nūc ḡ fili mi acquiesce cōsilijs meis: et pgens ad gregem affer mihi duos hedos optimos: vt faciam ex eis escas p̄ri tuo: q̄bus libenē vescit: q̄s cū tuleris et comederit: bñdicat tibi priusq; moriatur. Cui ille

rñdit. Nosti q̄ esau frat̄ me⁹ hō pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pr̄ me⁹ z sensserit: timeo ne putet sibi voluisse me illudē: z inducat sup me maledictōez p bñdictōe. Ad quē mr̄ in me sit ait ista maledictio fili mi: tm̄ audi vocē meā: z pgens affer q̄ dixi. Abijt z attulit: deditq; mr̄i. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrē illi⁹: z vestibus esau valde bonis: quas apō se hēbat domi: induit eū pelliculasq; hedozū circūdedit manib⁹: z colli nuda ptexit. Deditq; pulmētum: z panes q̄s coxerat tradidit. Quib⁹ illatis: dixit. Patter mi. At ille respōdit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; iacob. Ego sum p̄mogenitus tu⁹ esau. Feci tibi sicut p̄ce pisti mihi. Surge sede z comede ō venatōe mea: vt bñdicat mihi aīa tua. Rursumq; isaac ad filiū suū. Quō ingt tā cito īuenire potuisti fili mi? Qui rñdit. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret mihi q̄ volebā. Dixitq; isaac. Accede huc vt tangā te fili mi: z pbem vtr̄ tu sis filius me⁹ esau: an nō. Accessit ille ad pr̄em: z palpato eo: dixit isaac. Vox q̄dem: vox iacob est: sz manus: manus sūt esau. Et nō cognouit eū: q; pilose manus sili⁹tudinem maiozis exp̄sserāt. Bñdicēs ergo ille ait. Tu es fili⁹ meus esau? Rñdit. Ego sum. At ille. Affer inquit mihi cibos de venatōe tua fili mi: vt bñdicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei etiā vinū. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: z da mihi osculū fili mi. Accessit: z osculat⁹ est eū. Statimq; vt sensit vestimētoz eius fragrātiaz bñdicens illi ait. Ecce odoz filij mei sic̄ odoz agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deus de roze celi: z de pinguedine t̄re abūdantiaz frumēti vini z olei z seruiant tibi ppli: z adozent te trib⁹. Esto dñs fratrum tuoz: z incurruētur añ te filij mr̄is tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹: z q̄ bñdixerit tibi: bñdictōibus repleat. Vix isaac p̄monē ipleuerat: et egresso iacob foras: venit esau: coctoq; de venatōe cibos ītulit pr̄i dicēs. Surge pr̄ mi: z comede de venatōe filij tui: vt bñdicat mihi anima tua. Dixitq; illi isaac. Quis.n.es tu? Qui respōdit. Ego sum filius tu⁹ p̄mogenit⁹ esau. Expauit isaac stupoze vehementi: z vltra q̄s credi pōt admirās ait. Quis igit̄ ille est q̄ dudū captam venatōem attulit mihi: z comedi ex oīb⁹ p̄usq; tu venires? Bñ dixiq; ei: et erit bñdictus. Audit⁹ esau p̄monibus pr̄is: irrugijt clamoze magno: et ꝓsternat⁹ ait. Bñdic etiā z mihi pr̄ mi. Qui ait. Venit german⁹ tu⁹ fraudulenter: et accepit bñdictionem tuā. At ille subiunxit. Juste vocatū ē nomē eius iacob. Supplantauit.n.me en altera vice. Primogenita mea añ tulit: z nūc secūdo surripuit bñdictōem meaz. Rursumq; ad pr̄em: nūqd nō rep̄uasti ait z mihi bñdictōem? Rñdit isaac. Dñm tuū illum ꝓstitui: z oēs frēs suos fuituti eius subiugaui. Frumento z vino z oleo stabiliui eu: z tibi post h̄ fili mi vltra qd faciā? Cui esau. Nū vnā ingt tm̄ bñdictionem habes pater? Mihi q̄s obsecro vt bñdicas. Cūq; ciulato magno fleret: motus isaac dixit ad eū. In pinguedine terre z in roze celi desup erit bñdictō tua. Viues ī gladio: z fratri tuo seruies: tp̄sq; veniet cum excutias z solueas iugū eius de ceruicib⁹ tuis. Oderat q̄ semp esau iacob p bñdictione q̄ bñdixerat ei pr̄. Dixitq; in corde suo. Venient dies luctus p̄ris mei: z occidā iacob frēm meū. Nūciata sunt hec rebecce. Que timēs: z vocans iacob filiū suū: dixit ad eū. Ecce esau frater tu⁹ minat̄ vt occidat te. Nūc ḡ fili audi vocē meā: z ꝓsurgens fuge ad laban frēm meū in arā: bītabisq; cū eo dies paucos: donec requescat furoz frīs tui: z cesset indignatio eius: obliuiscaturq; eoz que fecisti in eum: postea mittam z adducaz te inde huc. Cur vtroq; oz̄baboz filio in vno die? Dixitq; rebecca ad isaac. Tedet me vite mee ꝓpter filias heth. Si accepit iacob vxozem de stirpe huius t̄re: nolo viuere.

Vocauit itaq; isaac iacob z bñ dixit eū: p̄cepitq; ei dicens. Noli accipe cōiugem de genere chanaan: sz vade z p ficiscere ī mesopotamiā syrie: ad domū bathuel pr̄is mr̄is tue: z accipe tibi inde vxozem de filiabus laban auūculi tui. Deus aūt oīpotēs bñdicat tibi: z crescere te faciat atq; mr̄tiplicet vt sis ī turbas pplox: z det tibi bñdictiōes abzahe z semini tuo post te: vt possideas t̄ram pegrinatōis tue: quā pollicitus est auo tuo. Cūq; dimisisset eū isaac p fectus puenit ī mesopotamiā syrie: ad laban filiū bathuel syri: frēm rebecce matris sue. Videsq; aūt esau q̄ bñdixisset pater suus iacob: z misisset euz in mesopotamiā syrie: vt inde vxozem duceret: z q̄ post bñdictōem p̄cepisset ei dicēs: nō accipies vxozem ō filiabus chanaan: q̄q; obediēs iacob parentibus suis isset in syriam pbās q̄s q̄ nō libēter aspicerer filias chanaan pater suus: iuit ad ismahelem: z duxit vxozem: absq; his q̄s p̄us habebat: melech filiaz ismahelis filij abzahā sozozē nabaioth. Igit egressus iacob de bersabee: pergebat aran. Cūq; veniss̄z ad quēdā locū: z vellet ī eo regescē post solis occubitū tulit de lapidib⁹ q̄ iacebant: z supponēs capiti suo: dozmiuit ī eodē loco. Viditq; ī somnis scalā stantē sup t̄ram: z cacumē illius tangēs celū: angelos q̄s dei ascēdētes z descendētes p eā: z dñm innixū scale dicētem sibi. Ego sum dñs deus abzahaz patris tui z deus isaac. Terrā ī qua dozmis tibi dabo z semini tuo: eritq; semen tuū q̄si pulvis t̄re. Dilataberis ad ozientem z occidentem z septētrionem z meridiē: et bñdicent̄ in te z in semine tuo cūcte tribus terre. Et ero custos tu⁹ q̄cūq; prexer̄: et reducā te in t̄rā banc: nec dimittā nisi ꝓpleuero vniuersa que dixi. Cūq; euigilass̄z iacob ō somno ait. Vere dñs ē in loco isto: z ego nesciebā. Pauēsq; q̄ t̄ribilis ē ḡt loc⁹ iste. Nō ē hic aliud nisi dom⁹ dei: z porta celi. Surgēs ḡ iacob mane tulit lapidē quē supposuēat capiti suo: z erexit ī titulū fūdēs oleū ōsup. Appellauitq; nomē vrb̄ bethel: q̄ p̄us luza vocabat. Vouit ēt votū dicens. Si fuerit dñs mecū: z custodierit me ī via p quā ābulo: z ōderit mibi panē ad

vescendum z vestimẽtuz ad induendũ: reuersusq; fuero pspere ad domuz pris mei: erit mihi dns in deum: z lapis iste quem erexi i titulum. vocabitur domus dei: cũctoz ũq; que dederis mihi: decimas offeram tibi. XXIX

Profectus ḡ iacob venit in terram oriẽta/lem: z vidit puteũ in agro: tres q̃z greges ouiuz accubãtes iux eũ. Nã ex illo adaq̃ bantur pecoza: z os eius grandi lapide claudebaẽ. Moseq; erat: vt cũctis ouibus congregatis deuolue rent lapidem: z refectis gregib⁹ rursum sup os pu tei ponerent. Dixitq; ad pastores. Frẽs vnde estis? Qui rñderunt: de aran. Quos interrogãs: nũquid ait nostis laban filiũ nachor? Dixerũt. Nouimus. Sanus ne est ingt? Valet ingunt. z ecce rachel fi/lia eius venit cũ grege suo. Dixitq; iacob. Adhuc multũ diei supest: nec est tps vt reducãtur ad cau las greges. Date añ potum ouib⁹: z sic eas ad pa/stuz reducite. Qui rñderũt. Nõ possumus. donec oĩa pecora congregent̃ et amoueamus lapidẽ ò oze putei vt adaquemus greges. Adhuc loquebant̃: z ecce rachel veniebat cuz ouibus pris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quã cũ vidisset iacob: z sci ret cognatã suã: ouesq; laban auũculi sui: amouit lapidem q̃ puteus claudebatur: z adaquato grege osculatus ẽ eam. Et eleuata voce fleuit: z indicauit ei q̃ frat̃ eẽt pris sui: z filius rebecce. At illa festi/nans nunciauit patri suo. Qui cũ audisset venisse iacob filiũ sororis sue: occurrit obuiã ei: cõplexus q; eũ: z in oscula ruens: duxit in domũ suã. Audit; autẽ causis itineris: rñdit. Os meũ es z caro mea. Et postq̃ impleti sunt dies mẽsis vnius: dixit ei. Nũ qz frater meus es: gratis seruies mihi? Dic q̃d mercedis accipias. Habebat vo duas filias. Nomẽ maioris lya: minor vero appellabaẽ rachel. Sed lya lippis erat oculis: rachel decora facie z venu sto aspectu: quã diligens iacob ait. Seruiã tibi p rachel filia tua minore septem ãnis. Rñdit laban Melius ẽ vt tibi eã dem q̃z alteri viro. Mane apũ me. Seruiuit ḡ iacob p rachel septez ãnis: z vide baẽ illi pauci dies pre amoris magnitudine. Di/xitq; ad laban. Da mihi vxorem meam: qz iã tps impletũ est vt ingrediar ad illã. Qui vocatis mul tis amicoz turbis ad conuiuiũ: fecit nuptias: z vespe re lyam filiam suam itroduxit ad eum: dans ancillaz filie celphã noie. Ad quam cũ ex more iacob fuis set ingressus: facto mane vidit lyam: z dixit ad so cerum suum. Quid ẽ qõ facere voluisti? Nonne pro rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi? Rñdit laban. Nõ est i loco nro cõsuetudinis vt minores añ tradamus ad nuptias. Simple hebdomadã die rum huius copule: z hãc q̃z dabo tibi p operẽ q̃ seruiturus es mihi septem ãnis aliis. Acquieuit placito: z hebdomada transacta rachel duxit vxorẽ. Cui pater suas balam tradiderat. Tãdẽq; potitus op tatis nuptiis amorẽ sequentis pozi extulit: seruiẽs apud eũ septem aliis ãnis. Videns aũt dns q̃ de/spiceret lyam: aperuit vulua eius: sororem sterili per manẽte. Que concepta genuit filiuz: vocauitq; nõ men eius ruben dicẽs. Vidit dns humilitatẽ meã. Nũc amabit me vir meus. Rursumq; concepit et pepit filiũ: z ait. Quia audiuit me dns habens exẽp/tum: dedit etiam istũ mihi. Vocauitq; nomen eius symeon. Concepitq; tertio z genuit aliũ filiũ: dixit/q;. Nũc q̃z copulabit̃ mihi maritus me⁹ eo q̃ pe/perim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomẽ ei⁹ leui. Quarto concepit: z pepit filiũ: z ait. Nõ cõfite/bor dño. Et ob hoc vocauit eum iudam. Cessauitq; parere. XXX

Cernens aũt rachel q̃ infecũda esset: inui dit sororem sue: z ait marito suo. Da mihi li beros: alioquin moriar. Cui iratus rñdit iacob. Nũq̃ p deo ego sum: q̃ priuauit te fructu ven/tris tui? At illa habeo ingt famulã balam ingredẽ ad illam vt pariat sup genua mea: z habeã ex illa filios. Dedit̃q; illi balam in coniugium. Que ingres/so ad se viro: concepit z pepit filium. Dixitq; rachel. Iu dicauit mihi dns: z exaudiuit vocem meam dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomẽ ei⁹ dan: Rursumq; bala concipiens pepit alterũ: q̃ ait ra/chel. Cõparauit me dns cũ sorore mea z inualui: Vocauitq; eũ neptalim. Dentiẽs lya q̃ parere de sisset: celpham ancillã suaz marito tradidit. Qua post conceptum edente filiũ dixit. Feliciter. Et idcir co vocauit nomẽ eius gad. Repit q̃z celpha alte/rum: dixitq; lya. Hoc p beatitudine mea. Beatã q̃ pe me dicent oẽs mulieres. Propterea appellauit eum aser. Egressus aũt ruben tpe messis triticee in agruz reppit mãdragoras: q̃s matri lye detulit Dixitq; rachel. Da mihi ptem de mãdragoris filij tui. Illa rñdit. Parum ne tibi videt̃ q̃ priueris maritum mihi: nisi etiam mãdragoras filij mei tu leris? Ait rachel. Dormiat tecũ hac nocte p man/dragoris filij tui. Redeũtiq; ad vespam iacob ò agro: egressa est in occursum eius lya: z ait. Ad me ingt intrabis: qz mercede conduxi te p mãdragoris filij mei. Dormiuitq; cũ ea nocte illa: z exaudiuit deus preces eius. Concepitq; z pepit filium quintum z ait. Dedit deus mercedem mihi: qz dedi ancillã meã viro meo. Appellauitq; nomen eius isachar. Rursum lya concipiens pepit sextum filiũ z ait. Do tauit me deus dote bona. Et iã hac vice mecũ erit maritus me⁹: eo q̃ genuerim ei sex filios. Et idcir co appellauit nomẽ eius zabulon. Post quẽ pepe rit filiam nomĩe dinã. Recordatusq; dns rachel: exaudiuit eam z aperuit vuluã eius: q̃ concepit z pe perit filiũ dicens. Ablstulit deus opprobriũ meũ. Et vocauit nomẽ illi⁹ ioseph dicens. Addat mihi dns filium alterũ. Nato aũt ioseph: dixit iacob so/cero suo. Dimitte me vt reuertar in prĩam meã et ad terram meam. Da mihi vxores z liberos me/os p quos seruiui tibi vt abeam. Tu vo nosti seruitu tem q̃ seruiui tibi. Ait illi laban. Inueniam grã i conspectu tuo. Experimẽto didici: qz bñdixerit mihi deus propter te. Cõstitue mercedem tuaz quã dem tibi. Ad ille rñdit. Tu nosti quõ seruierĩ tibi: z q̃ta

in manibus meis fuit possessio tua. Quodicũ ba-
buisti añq̃ venirem ad te: et nunc diues effect⁹ es:
bñdixitq̃ tibi deus ad introitum meum. Justum
est igit̃ vt aliq̃n quideam domui mee. Dixitq̃ la-
ban. Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo: sed si
feceris q̃ postulo: itez pascam et custodiam pecu-
ra tua. Gyra oẽs greges tuos: et sepa cũctas oues
varias et sparso vellere: et q̃cũq̃ ruffum et macu-
losum variũq̃ fuerit: tã in ouibus q̃ in capris: erit
merces mea. Rñdebitq̃ mihi cras iusticia mea:
q̃n placiti tps aduenerit coram te: et oĩa que nõ fu-
erint varia et maculosa et ruffa tam in ouibus q̃ in
capris: furti me argues. Dixitq̃ laban. Gratuz ba-
beo q̃ petis. Et separauit in die illa capras et oues
et hircos et arietes varios et maculosos. Cũctũ aũt
gregem vni colorem. i. albi et nigri velleris: tradi-
dit in manu filioz suoz: et posuit spatium itineris
trium diez inter se et genez: g pascebat reliq̃s gre-
ges eius. Tollẽs ĝ iacob virgas populeas viridas
et amygdalinas et ex platanis: ex pte decorticauit
eas. Detractisq̃ corticibus i bis que spoliata fue-
rant: candor apparuit: illa vo que itegra fuerant:
virida pmãserunt: atq̃ i hunc modũ color effect⁹
est varius. Posuitq̃ eas i canalib⁹ vbi effundebat
aqua: vt cum veniss̃ greges ad bibẽdum: ante
oculos bẽrent virgas: et in aspectu eaz ꝯciperent.
Factũq̃ est vt in ipso calore coitus oues intuerẽt
virgas et parerent maculosa et varia et diuerso colo
re respsa. Diuisitq̃ gregem iacob: et posuit virgas
in canalibus añ oculos arietuz. Erãt aũt alba et ni
gra quecq̃ laban: cetera vo iacob: separatis iter se
gregibus. Igit̃ q̃n pmo tpe ascendebant̃ oues po
nebat iacob virgas in canalib⁹ aquaz añ oculos
arietum et ouiuz: vt in eaz ꝯcẽplatõe ꝯcipent. Cũ
vo serotina admissura erat: et ꝯceptus extrem⁹: ñ
ponebat eas. Factaq̃ sũt ea que erant serotina: la
ban: et q̃ pmi tpis iacob. Ditatusq̃ ẽ bõ vltra mo-
dum: et habuit greges multos: ancillas et seruos ca
melos et asinos. XXXI

Postq̃ aũt audiuit vba filioz laban dicen
tium: tulit iacob oĩa que fuerũt pris nr̃i: et
de illius facultate ditatus: factus ẽ iclyt⁹:
animaduertit q̃z faciem laban q̃ nõ esset erga se ficut
heri et nudiustertius: maxime dicente sibi dño: re
reuertere in terram patz tuoz et ad generationem
tuam: eroq̃ tecũ: misit et vocauit rachel et lyam in
agrum vbi pascebat greges: dixitq̃ eis. Video fa
ciem pris vri q̃ non sit erga me ficut heri et nudi-
ustertius. Deus aũt pris mei fuit mecum: et ipse no
stis q̃ totis viribus meis seruierim pri vro. Pz et pr
vester circũuenit me: et: mutauit mercedem meaz
decem vicibus: et tñ non dimisit eum deus vt no-
ceret mihi. Si q̃n dixit: varie erunt mercedes tue
pariebãt oẽs oues varios fetus: q̃n vo ecõtrario
ait: alba quecq̃ accipies p mercede: oẽs greges al-
ba pepererũt. Tulitq̃ deus substantiaz pris vri:
et dedit mihi. Postq̃ enim ꝯceptus ouium temp⁹
aduenerat: leuaui oculos meos: et vidi i somnis ascẽ
dentes mares sup seminas: varios et maculosos et
diuersoz colorꝫ. Dixitq̃ angelus dñi ad me i som
nis. Iacob. Et ego rñdi. Adsũ. Qui ait. Leua ocu
los tuos: et vide vniuersos masculos ascendentes
sup seminas varios maculosos atq̃ respsos. Vidi
enim oĩa que fecit tibi laban. Ego sũ deus bethel:
vbi vnxisti lapidem: et votum vouisti mihi. Nunc
ĝsurge et egredere de terra hac: reuertens i terraz
natiuitatis tue. Rñderuntq̃ rachel et lya. Nũqd
habemus residui qcq̃ in facultatibus et hereditа
te domus pris nr̃i? Nõne quasi alienas reputauit
nos: et vendidit: comeditq̃ pcium nr̃m? Qz deus
tulit opes pris nr̃i: et eas tradidit nob ac filijs no-
stris. Ergo oĩa que pcepit tibi dñs: fac. Surrexit ãt
iacob et impositis liberis ac coniugibus suis sup ca
melos abijt: tulitq̃ oẽm substantiam suam: et gre-
ges: et qcqd in mesopotamia acq̃sierat: pgens ad
isaac pr̃em suum i terra chanaan. Eo tpe erat la-
ban ad tondendas oues: et rachel furata est idola
pris sui. Noluitq̃ iacob cõfiteri socero suo q̃ fu-
geret. Cũq̃ abiisset tam ipse q̃ oĩa que iuris sui
erant: et amne trãsmisso pgeret ꝺ mõteq̃ galaad:
nunciatũ est laban die tertio q̃ fugeret iacob. Qui
assumptis fratribus suis: psecutus est eum diebus
septem: et ꝺprehendit eum in mõte galaad. Vidit
q̃ in somnis dicẽtem sibi dñm. Caue ne qcquam
aspe loquaris ꝺ iacob. Jamq̃ iacob extenderat i
mõte tabernaculuz. Cũq̃ ille cõsecutus fuisset eũ
cum fratribus suis: in eodem mõte galaad fixit tẽ
torium. Et dixit ad iacob. Quare ita egisti: vt claz
me abigeres filias meas q̃si captiuas gladio? Cur
ignorante me fugere voluisti: nec idicare mihi vt
prosequerer te cum gaudio et cãticis et tympanis
et citharis? Non es passus vt osculer filios meos
et filias. Stulte opatus es. Et nunc quidem valet
manus mea reddere tibi malũ: sz de⁹ pris tui heri
dixit mihi. Caue ne loquaris ꝺ iacob qcquã duri⁹.
Esto. Ad tuos ire cupiebas: et desiderio erat tibi
domus pris tui. Cur furatus es deos meos? Rñ-
dit iacob. Ex inscio te pfectus sum: timui ne vio-
ler̃ auferres filias tuas. Ex aũt furti me arguis: apũ
quẽcũq̃ inueneris deos tuos: necet̃ coram fribus
nr̃is. Scrutare: qcqd tuoz apud me inueneris: au-
fer. Hec dicẽs ignorabat q̃ rachel furata eẽt idola.
Ingressus itaq̃ laban tabernaculum iacob et lye
et vtriusq̃ famule: non inuenit. Cũq̃ intrasset tẽto
rium rachelis: illa festinans abscõdit idola subter
stramẽta cameli et sedit desup: scrutanteq̃ oĩe ten
torium et nihil inuenienti: ait. Ne irascat̃ dñs me⁹
q̃ coram te assurgere nequeo: quia ĩx ꝺsuetudinez
feminarum nũc accidit mihi. Sic delusa solicitu
do querentis est. Tumenscq̃ iacob: cum iurgio ait.
Quam ob culpã meam et ob qd̃ petñ meuz sic ex
arsisti post me: et scrutatus es oẽm suppellectilem
meã? Quid inueniſti de cũcta substãtia domus tue?
Pone hic coram fribus meis et fribus tuis: et iu
dicent inter me et te. Idcirco viginti ãnis sui tecũ
oues tue et capre steriles ñ fuerunt arietes gregis

tui nō comedi: nec captum a beſtia oſtdi tibi. Ego
dānuz omne reddebā. Quicqd furtim pibat a me
exigebas: die noctuqꝫ eſtu ɔrgebar et gelu: fugie-
batqꝫ ſomnus ab oculis meis. Sicqꝫ ꝓ viginti an
nos in domo tua fuiui tibi: quatuoꝛdecim ꝓ filia-
bus: ꝛ ſex ꝓ gregibuz tuis. Immutaſti q̄z merce-
dem meaz decem vicibus. Niſi deus patris mei
abꝛaham ꝛ timoꝛ iſaac aſſiſtiſſet mihi: foꝛſitaz mō
nudum me dimiſiſſes. Afflictōez meam ꝛ laboꝛē
manuum meaꝝ reſpexit dñs: ꝛ arguit te heri. Re
ſpōdit ei laban. Filie mee ꝛ filij ꝛ greges tui ꝛ oīa
que cernis: mea ſunt. Quid poſſum facere filijs et
nepotibus meis? Veni q̄ ꝛ ineam fedus: vt ſit teſti
monium inꝛer me ꝛ te. Tulit itaqꝫ iacob lapidem:
ꝛ eꝛexit illum in titulum. Dixitqꝫ fratribus ſuis. Af
ferte lapides. Qui ɔgregantes fecerunt tumulum:
comederuntqꝫ ſup eū. Quē vocauit laban tumu-
lum teſtis: ꝛ iacob aceruum teſtimonij: vteꝛqꝫ iuꝛ
ꝓpetatē ligue ſue. Dixitqꝫ laban. Tumulus iſte
teſtis erit īter me ꝛ te hodie. Et idcirco appellatū
eſt nomē eius galaad. i. tumulus teſtis. Et adiecit
laban. Intueatur ꝛ iudicet inter nos dñs qñ receſ
ſerimus a nobis: ſi afflixeris filias meas: ꝛ ſi ītro-
duxeris alias vxoꝛes ſup eas. Nullus ſmonis no
ſtri teſtis eſt abſqꝫ deo q̄ pñs reſpicit. Dixitqꝫ rur-
ſus ad iacob. Ecce tumulus hic ꝛ lapis quem eꝛexi
inter me ꝛ te teſtis erit. Tumulus inqꝫ iſte et lapis
ſint in teſtimonium: ſi aūt ego tranſiero illum per
gens ad te: aut tu pꝛeterieris malū mihi cogitās.
Deus abꝛaham ꝛ deus nachoꝛ iudicet inter nos:
deus pꝛis eoꝝ. Iuꝛauit ergo iacob ꝓ timoꝛē pꝛis
ſui iſaac: īmolatiſqꝫ victimis in monte vocauit fra
tres ſuos vt ederent panem. Qui cū comediſſent
manſerūt ibi. Laban vo de nocte ɔſurgens: oſcu-
latus eſt filios ꝛ filias ſuas: ꝛ bñdixit illis: reuerſuſ
qꝫ eſt in locum ſuum. XXXII

Iacob aūt abiit in itinere q̄ cepat: ſuerūtqꝫ
ei obuiam angeli dei. Quos cū vidiſſet
ait. Caſtra dei ſunt hec. Et appellauit no-
men loci illius manaim. i. caſtra. Miſit aūt ꝛ nun
cios añ ſe ad eſau frēm ſuum in terra ſeyr: in regi-
one edom: pꝛecepitqꝫ eis dicens. Sic logmini do
mino meo eſau. Hec dicit frater tuus iacob. Apō
laban pegrinatus ſum: ꝛ fui vſqꝫ in pñtem diem.
Habeo bones ꝛ aſinos ꝛ oues ꝛ ſeruos ꝛ ancillas:
mittoqꝫ nunc legationem ad dñm meū vt īueniaz
gꝛam in cōſpectu tuo. Reuerſiqꝫ ſunt nuncij ad
iacob dicentes. Venimus ad eſau frēm tuū: ꝛ ecce
pꝛoperat in occurſum tuū cū quadrīgentis viris.
Timuit iacob valde: et perterritus diuiſit ppl'm q̄
ſecū erat: greges q̄z ꝛ oues ꝛ boues et camelos in
duas turmas: dicens. Si venerit eſau ad vnā tur-
mam ꝛ pcuſſerit eam: alia turma que reliqua ē ſal
uabitur. Dixitqꝫ iacob. Deus pꝛis mei abꝛaham: ꝛ
deus pꝛis mei iſaac: dñe qui dixiſti mihi: reuertē
in terram tuaz ꝛ in locum natiuitatis tue: ꝛ bñfaci
am tibi: minoꝛ ſum cūctis miſeratiōibus tuis: ꝛ ve
ritate tua quam expleſti ſuo tuo. In baculo meo
tranſiui iooꝛdanem iſtuz: ꝛ nunc cū duabus turmis
regꝛedioꝛ. Eꝛue me de manu fratris mei eſau: ga
valde euz timeo: ne foꝛte veniens pcutiat matres
cum filijs. Tu locutus es ꝙ bñfaceres mihi: ꝛ di-
latares ſemen meum ſicut arenam maris: que pꝛe
mꝛtitudine numerari non pōt. Cūqꝫ doꝛmiſſz ibi
nocte illa: ſeparauit de his que habebat munera
eſau fratri ſuo: capꝛas ducentas: bircos viginti:
oues ducentas: arietes viginti: camelos ſetas cuz
pull' ſuis triginta: vaccas quadraginta: ꝛ thauros
viginti: aſinas viginti: ꝛ pullos eaꝝ decem. Et mi-
ſit per manus ſuoꝛum ſuoꝝ: ſingulos ſeoꝛſuz gre
ges: dixitqꝫ pueris ſuis. Aūcedite me: ꝛ ſit ſpatium
inter gregem ꝛ gregez. Et pcepit pꝛimo dicens. Si
obuiuz habueris frēm meū eſau: ꝛ interrogauerit
te: cuius es aut q̄ vadis: aut cuius ſūt iſta q̄ ſeqꝛis?
rīdebis. Serui tui iacob. Munera miſit dño ſuo
eſau: ipſe q̄z poſt nos venit. Sīlr dedit mādata ſe
cundo ꝛ tertio: ꝛ cūctis qui ſequebant greges: di-
cens. Diſcem vbis logmini ad eſau cū īueneritis
eum: et addetis. Ipſe q̄z ſeruus tuus iacob: iter nr̄m
inſeqꝛtur. Dixit. n. placabo illum muneribus que
pꝛecedūt: ꝛ poſtea videbo illum. Foꝛſitan ꝓpitia
bitur mihi. Pꝛeceſſerūt itaqꝫ munera añ eū: ipſe
vo māſit nocte illa in caſtris. Cūqꝫ mature ſurre-
xiſſet tulit duas vxoꝛes ſuas ꝛ totidez famulas cū
vndecim filijs: ꝛ tranſiuit vadum iaboch. Tranſ
ductiſqꝫ oībus que ad ſe pertinebant: māſit ſolus
ꝛ ecce vir luctabaꝛ cū eo vſqꝫ mane. Qui cū vide
ret ꝙ eum ſupare non poſſet: tetigit neruum femo
ris eius: ꝛ ſtatim emarcuit. Dixitqꝫ ad eū. Dimitte
me. Jam. n. aſcendit auroꝛa. Rīdit. Nō dimittā
te niſi bñdixeris mihi. Ait q̄. Nō eſt nomen tibi?
Rīdit. Jacob. At ille. Nequaqꝫ īngt iacob appel
labiꝝ nomen tuum: ſz iſrl'. Qm̄ ſi ɔ deum foꝛtis ſu
iſti: q̄ꝫ tomagis ɔ hoies pualebis. Interrogauit euz
iacob. Dic mihi quo appellaris noīe? Rīdit. Cur
queris nomen meū qō eſt mirabile? Et bñdixit ei
in eodem loco. Vocauitqꝫ iacob nomē loci illius
phanuel: dicens. Vidi dīz facie ad faciem: ꝛ ſalua
facta eſt aīa mea. Oꝛtuſqꝫ eſt ei ſtatim ſol poſtquā
tranſgreſſus eſt phanuel. Ipſe vero claudicabat
pede. Quā ob cām non comedunt neruū filij iſrl'
q̄ emarcuit in femoꝛe iacob vſqꝫ in pñtem diē: eo
ꝙ tetigerit neruū femoꝛis eius ꝛ obſtupuerit. XXXIII

Leuans aūt iacob oculos: vidit venientē
eſau: ꝛ cū eo q̄dringētos viros. Diuiſitqꝫ
filios lye ꝛ rachel ambarūqꝫ famulaꝝ: et
poſuit vtrāqꝫ ancillā ꝛ liberos eaꝝ in pncipio: lyā
vo ꝛ filios eius in ſecūdo loco: rachel aūt ꝛ ioſeph
nouiſſimos. Et ipſe ꝓgrediens adoꝛauit pꝛoꝛus i
ꝛaz ſepties: donec appꝛopinquaret frāter eī. Cur
rens itaqꝫ eſau obuiam fratri ſuo: amplexat' ē eum:
ſtrīgēſqꝫ collū eī' ꝛ oſculās eū fleuit: leuatiſqꝫ ocu
lis vidit mꝛieres ꝛ paruulos earū: ꝛ ait. Quid ſibi
volunt iſti: ꝛ ſi ad te ptineāt? Rīdit. Paruuli ſūt
q̄s donauit mihi deus ſuo tuo. Et appꝛopinquan
tes ancille ꝛ filij eaꝝ īcuruati ſunt. Acceſſit q̄z lya

cum pueris suis: & cū sīl adorassent: extremi ioseph & rachel adorauerunt. Dixitq; esau. Que nam sunt iste turme quas obuiam habui? Rndit. Ut inuenirem gram coram dño meo. At ille ait. Habeo plurima frater mi: sint tua tibi. Dixitq; iacob. Noli ita obsecro: sz si inueni gram in oculis tuis: accipe munusculū de manib⁹ meis. Sic.n. vidi faciē tuā: q̄si viderim vultū dei. Esto mihi ppitius: & suscipe bñdictionem quā attuli tibi: et quā donauit mihi deus tribuēs oia. Vix fratre ꝓpellente suscipiens: ait. Gradiamur simul eroq; socius itineris tui. Dixitq; iacob. Nosti dñe mi q̄ puulos hēam teneros & oues & boues fetas mecū: q̄s si plus ī ābulādo fecero laborare: morient vna die cūcti greges. Precedat dñs me⁹ aīa sua: & ego sequar paulatim vestigia ei⁹ sicut videro puulos meos posse donec veniam ad dñm meum ī seyr. Rndit esau. Oro te vt de pplo q̄ mecū ē: saltez socij remaneāt vie tue. Nō est ingt necesse: ſ vno tū indigeo vt inueniam gram in ꝓspectu tuo dñe mi. Reuersus est itaq; illo die esau itinere q̄ venerat in seyr. Et iacob venit in socoth: vbi edificata domo et fixis tentoriis: appellauit nomē loci illius sochot. i. tabernacula. Trāsiuitq; in salē vrbē sichimoꝝ que est in terra chanaan: postq̄ reuersus est de mesopotamia syrie: & habitauit iuxē oppidū: emitq; ptē agri in qua fixerat tabernacula: a filijs emoꝝ prīs sichem centū agnis: & erecto ibi altari īuocauit sup illud fortissimū deū isrl. XXXIIII

Egressa ē aūt dina filia lye vt videret mulieres regiōis illi⁹. Quā cū vidisset sichē filius emoꝝ euei ꝓnceps tre illi⁹: adamauit eam & rapuit: & dormiuit cū illa: vi opprimens ꝗginem. Et ꝓglutinata est aīa eius cū ea: tristemq; deliniuit blāditijs: & pgens ad emoꝝ prem suum: accipe ingt mihi puellā hanc ꝓuge. Nō cū audisset iacob: absentib⁹ filijs & in pastu pecoꝝ occupatis siluit donec rediret. Egresso aūt emoꝝ prē sichē vt loqueret ad iacob: ecce filij eius veniebant de agro: auditoq; q̄ acciderat: irati sunt valde: eo q̄ fedam rem opati esset in isrl: et violata filia iacob rem illicitaz ppetrasset. Locutus ē itaq; emoꝝ ad eos. Sichem filij mei adhesit aīa filie vre. Date eā illi vxorem & iungamus vicissim ꝓnubia. Filias vras tradite nobis: & filias nras accipite: & hītate nobiscū. Terra in ptāte vra est: exercete: negociamini: & possidete eam. Sz & sichem ad prem & ad frēs eius ait. Inueniā gram coram vobis & quecū statueritis dabo. Augete dotem & munera postulate: & libenter tribuā q̄ petieritis: tm̄ date mihi puellam hanc vxorē. Rndērunt filij iacob: sichem & pri eius in dolo seuientes ob stupr̄ sororis. Non possum⁹ facere q̄ petitis: nec dare sororē nostraz hoī incircūciso: q̄ illicitū & nephariū ē apud nos. Sz in hoc valebim⁹ federari. Si volueritis eē sicut nos: & circūcidat in vobis oīs masculini sexus: tūc dabimus & accipiem⁹ mutuo filias vestras ac nostras & hītabim⁹ vobiscū: erimusq; vnus pplus. Si aūt circūdi nolueritis: tollem⁹ filiā nram & recedem⁹. Placuit oblatio eoꝝ emoꝝ & sichē filij ei⁹: nec distulit adolescens gn statim q̄ petebat explere. Amabat.n. puellā valde: & erat iclytus ī oī domo prīs sui. Ingressiq; portaz vrbis locuti sūt ad pplm. Viri isti pacifici sūt: & volūt hītare nobiscū. Negocient in terra & exerceant eā: que spatiosa & lata cultoribus ꝺtiget. Filias eoꝝ accipiem⁹ vxores & nras illis dabim⁹. Unū est q̄ differtur tm̄ bonū. Si circūdamus masculos nros ritū gentis imitātes: & substātia eoꝝ & pecora & cūcta que possident nra erūt. Tm̄ in hoc acquiescamus: & hītantes sīl: vnū efficiam⁹ pplm. Assensiq; sunt oēs circūcisis cūctis maribus. Et ecce die tertio q̄ grauissim⁹ vulneruz dolor est: arrepti duo filij iacob: symeon et leui fratres dine gladijs: ingressi sunt vrbē ꝟsidenter: interfectisq; oibus masculis: emoꝝ et sichem pariter necauerunt: tollentes dinam de domo sichem sororem suam. Quib⁹ egressis irruerunt sup occisos ceteri filij iacob: & depopulati sūt vrbē in vltōem stupri: oues eoꝝ & armēta & asinos: cūctaq; vastātes que in domib⁹ & ī agris erāt: puulos q̄s eoꝝ & vxores duxerunt captiuas. Quib⁹ ꝑpetratis audacter. iacob dixit ad symeon & leui. Turbastis me: & odiosum fecistis me chananeis & pherezeis hītatoribus terre huius. Nos pauci sumus: illi ꝗgregati pcutient me: & deleboꝝ ego & domus mea. Rndērunt. Nunqd vt scorto abuti debuere sororē nostra.

Interea locutus est deus ad XXXV
iacob. Surge et ascende bethel & habita ibi: facq; altare dño q̄ apparuit tibi qñ fugiebas esau frēm tuum. Jacob ꝛo ꝺuocata oī domo sua ait. Abijcite deos alienos q̄ in medio vri sunt & mūdamini: ac mutate vestimēta vra. Surgite & ascendamus in bethel: vt faciam⁹ ibi altare dño q̄ exaudiuit me ī die tribulatōis mee: & socia⁹ fuit itineris mei. Dederunt ḡ ei oēs deos alienos q̄s hēbant: & inaures q̄ erant in aurib⁹ eoꝝ. At ille infodit eas subter terebinthū que ē p̄ vrbē sichē. Cūq; pfecti eēnt: terroꝝ dei inuasit oēs p circuitus ciuitates: et nō sūt ausi pseq; recedentes. Uenit igit iacob luçam q̄ est in terra chanaan cognomento bethel: ipse & oīs ppls cū eo. Edificauitq; ibi altare: & appellauit nomē loci illius dom⁹ dei. Ibi enī apparuit ei deus cū fugeret frēm suū. Eodem tpe mortua est delboza nutrix rebecce: & sepulta ē ad radices bethel subter quercū: vocatūq; est nomē loci illius quercus fletus. Apparuit aūt iterū deus iacob postq̄ reuersus est de mesopotamia syrie: & venit ī bethel: bñdixitq; ei dicēs. Non vocaberis vltra iacob: sz isrl erit nomē tuū. Et appellauit eū isrl. Dixitq; ei. Ego deus oīpotens. Cresce & multiplicare: gentes & pplī nationū ex te erūt. Reges ō lūbis tuis egredient: terrāq; quā dedi abraham et isaac: dabo tibi & semini tuo p̄te. Et recessit ab eo. Ille ꝛo erexit titulū lapideū: in loco q̄ locutus fuerat ei deus: libant sup eū libamina: & effundens oliū vocansq; nomē loci illius bethel. Egressus aūt

inde:venit verno tpe ad terrā que ducit effrathā
In q̄ cuz parturiret rachel ob difficultatē pr̄ picli
tari cepit. Dixitq̄ ei obſtetrix. Noli timere:quia z
hunc habebis filiuz. Egrediente aūt aīa p̄ dolore
et iminente iam morte:vocauit nomē filij ſui bē
noni.i.filius doloris mei. Pater vo appellauit eū
beniamin.i.filius dextre. Mortua eſt ḡ rachel:et
ſepulta eſt in via que ducit effratham:hē eſt beth
leem. Erexitq̄ iacob titulum ſup ſepulchruz eius.
Hic eſt titulus monumenti rachel vſq̄ ī p̄ſētē diē.
Egreſſus inde fixit tabernaculum trans turrē gre
gis. Cūq̄ habitaret in illa regione:abiit ruben: et
dormiuit cū bala ꝯcubina p̄ris ſui. Nō illū mini
me latuit. Erāt aūt filij iacob duodecim. Filij lye
p̄mogenitus ruben:z ſymeon:z leui iudas: et iſa
char:z ꝯabulon. Filij rachel:ioſeph et beniamin.
Filij bale ācille rachelis:dan z neptalim. Filij ꝯel
phe ancille lye:gad z aſer. Hi ſunt filij iacob: qui
nati ſunt ei in meſopotamia ſyrie. Venit etiaz ad
iſaac p̄rem ſuum in mambre ciuitatem arbee:hec
ē ebron: ī qua pegrinatus eſt abzaham z iſaac. Et
completi ſunt dies iſaac centū octoginta annoz̄:
conſumptuſq̄ etate mortuus eſt:z appoſitus ē po
pulo ſuo ſenex z plenus diez:z ſepelierūt eū eſau
z iacob filij ſui.

XXXVI

Hec autē ſūt generatōes eſau:ipſe ē edom.
Eſau accepit vxores ō filiabus chanaan:
ada filiam elom ethei:z ooliabama filiam
ane filij ſebeon euei. Baſemath q̄z filiam iſmabel
ſororem nabaioth. Peperit aūt ada eliphaç. Ba
ſemath genuit rahuel. Ooliabama genuit iebus:et
ibelon:z choze. Hi filij eſau qui nati ſunt ei ī terra
chanaan. Tulit aūt eſau vxores ſuas z filios z fi
lias z oēm aīam domus ſue z ſubſtantiā z pecora
z cūcta q̄ bē poterat ī ēra chanaan: z abiit in alte
ram regionez:receſſitq̄ a frē ſuo iacob. Diuites.n.
erant valde:z ſiī habitare nō poterāt: nec ſuſtine
bat eos terra pegrinatōis eox̄ pre multitudīe gre
gum. Habitauitq̄ eſau in mōte ſeyr:ipſe ē edom.
Hec aūt ſunt generatōes eſau p̄ris edom in mōte
ſeyr:z hec noīa filioz̄ eius. Eliphaç filiī ada:vxo
ris eſau. Rahuel q̄z filius baſemath vxoris eius
Fueruntq̄ eliphaç filij: theman:omar: ſephua: et
gathan:z ceneç:z choze. Erat aūt thamna ꝯcubi
na eliphaç filij eſau:que pepit ei amalech. Hi ſunt
filij ada vxoris eſau. Filij aūt rahuel:naath z ẓara
ſemna z meça. Hi filij baſemath vxoris eſau. Iſti
q̄z erant filij oolibama filie ane filij ſebeon vxoris
eſau:quos genuit ei:iebus et ibelon et choze. Hi
duces filioz̄ eſau. Filij eliphaç p̄mogeniti eſau:
dux theman: dux omar: dux ſephua: dux ceneç:
dux choze:dux gathan:dux amalech. Hi filij eli
phaç in terra edom:z hi filij ada: hi q̄z filij rahuel
filij eſau:dux naath:dux ẓara:dux ſemma:dux me
çа. Hi aūt duces rahuel:ī terra edom. Iſti filij ba
ſemath vxoris eſau. Hi aūt filij oolibama vxoris
eſau. Dux iebus:dux ibelon:dux choze. Hi duces
oolibama filie ana vxoris eſau. Iſti ſunt filij eſau
z hi duces dorum:ipſe eſt edom. Iſti ſunt filij ſeyr
horrei habitatores terre:lothan z ſobal z ſebeon et
anan z diſon z eſer z diſan. Hi duces horrei filij
ſeyr:in terra edom. Facti ſunt aūt filij lothan: hor
rei z eman. Erat aūt ſoror lothan thamna. Et iſti
filij ſobal:aluban z maneeth et ebal ſephi et onan.
Et hi filij ſebeon:achia z anan. Iſte eſt anan q̄ inue
nit aquas calidas in ſolitudine:cū paſceret aſinas
ſebeon patris ſui. Habuitq̄ filium diſan z filiam
ooliabama. Et iſti filij diſan:abdaç et ieſban et ie
thzan z charan. Hi q̄z filij eſer:balaannan z ẓeuan
z achan. Habuit autē filios diſan hus z aran. Hi
duces horreox̄. Dux lothan dux ſobal:dux ſebe
on:dux ana: dux diſon: dux eſer: dux diſan. Iſti
duces horreox̄ q̄ iperauerūt in terra ſeyr. Reges
aūt q̄ regnauerūt in terra edom:añq̄ haberēt re
gem filij iſrl:fuerūt hi. Balach filius beor:nomen
q̄z vrbis eius denaba. Mortuus eſt aūt balach:z
regnauit p̄ eo iobab filiꝰ ẓare de boſra. Cūq̄ mor
tuus eēt iobab:regnauit p̄ eo huſan de terra the
manox̄. Hoc q̄z mortuo:regnauit p̄ eo adad filius
badadi q̄ peuſſit madian in regione moab:et no
men vrbis eius auith. Cūq̄ mortuus eſſet adad:
regnauit p̄ eo ſemla de maſerecha. Hoc q̄z mor
tuo regnauit p̄ eo ſaul de fluuio rooboth. Cūq̄ et
hic obiiſſet:ſucceſſit in regnuz balanan filiꝰ acho
bor. Iſto q̄z mortuo:regnauit p̄ eo adad:nomēq̄
vrbis eiꝰ phou. Et appellabat vxor eius meeça
bel filia matreth:filie miçaab. Hec ḡ noīa ducum
eſau in cogantōibus z locis z vocabulis ſuis:dux
thamna:dux aluba :dux iethetb: dux oolibama :
dux ela:dux phinon:dux ceneç:dux theman: dux
mabſar:dux mabdiel:dux hiraz. Hi duces edom
hitantes in terra iperij ſui:ipſe ē eſau pater idume
orum. Habitauit aūt iacob in terra chanaan in q̄
pater ſuus pegrinatus eſt.z he ſūt generatōes eiꝰ.

XXXVII

Ioſeph cū ſedecim eēt annox̄ pascebat gregem cum fribus ſuis adhuc
puer. Et erat cum filijs bale z ẓelphe vxo
rum p̄ris ſui:accuſauitq̄ frēs ſuos apud patrem
crimie peſſimo. Iſrl aūt diligebat ioſeph ſup oēs
filios:eo q̄ in ſenectute genuiſſet eum. Fecitq̄ ei tu
nicam polymitam. Videntes aūt frēs eius q̄ a pa
tre plus cūctis filijs amarēt:oderant eum:nec po
terant ei qcq̄ pacifice log. Accidit q̄z vt viſū ſom
niuz referret fribus ſuis que cā maiozis odij ſemi
narū fuit. Dixitq̄ ioſeph fribus ſuis. Audite ſom
niuz meū qō vidi. Putabā nos ligare manipulos
in agro:z quaſi ꝯſurgē manipulū meū et ſtare:ve
ſtroſq̄ manipulos circūſtantes adorare manipu
lum meū. Rñderūt frēs eius. Nūqd rex nr̄ eris:
aut ſubiiciemur ditōi tue? Hec ḡ cā ſomnioꝝ atq̄
ꝑmonum iuidie z odij ſomitem miniſtrauit. Aliō
q̄z vidit ſomniuz qō narrans fribus ait. Vidi per
ſomniū:q̄ſi ſolem z lunam z ſtellas vndeci adora
re me. Nō cū p̄ri ſuo z fribus retuliſſet:increpauit
eum p̄ ſuus:z dixit. Quid ſibi vult ꝫ ſomniū qō
vidiſti? Nū ego z mr̄ tua z frēs tui adorabimus

te sup terrā? Ignuidebāt ei igit frēs sui: pater vero rem tacitus ꝑsiderabat. Cūq; frēs illius in pascendis gregibus pris mozarent in sichem: dixit ad eum isrl. Frēs tui pascūt oues i sichimis: veni mittam te ad eos. Quo rndēte: ꝑsto sum ait. Vade et vide si cūcta ꝓspera sint erga frēs tuos ⁊ pecora ⁊ renūcia mihi qd agat. Missus ō valle ebron venit in sichem. Inuenitq; eū vir errantem in agro: ⁊ interrogauit qd quereret. At ille rndit. Frēs meos quero. Indica mihi: vbi pascant greges. Dixitq; ei vir. Recesserūt de loco isto. Audiui aūt eos dicentes. Eamus in dothaim. Perrexit itaq; ioseph post frēs suos: ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eum procul: antq; accederet ad eos cogitauerūt illum occidere ⁊ mutuo loquebantur. Ecce somniator venit. Venite occidamus eum: ⁊ mittamus in cisternam veterē: dicemusq; fera pessima deuorauit eum: ⁊ tunc apparebit qd illi ꝓsint somnia sua. Audiens autē hec ruben: nitebat liberare eum de manibus eor: ⁊ dicebat. Nō interficiam aīam eius: nec effundam sanguinem: sed ꝓicite eū in cisternā hāc veterē que ē in solitudīe: manusq; vras reuocate in noxias. Hoc autē dicebat volens eripe eum de manibus eor: ⁊ reddere pri suo. Cōfestim igit vt venit ad frēs suos: nudauerunt eum tunica talari ⁊ polymita: miserūtq; eū in cisternaz veterem que nō habebat aquā. Et sedentes vt comederent panem viderunt ismahelitas viatores venire de galaad: et camelos eor portantes aromata ⁊ resinam ⁊ stacten in egyptū. Dixit q; iudas frībus suis. Quid nobis ꝓdest si occiderim frēm nrm: ⁊ celauerimus sanguinem ipsius? Melius est vt venundet ismahelitis: ⁊ manus nre non polluantur. Frater.n. ⁊ caro nra est. Acqeuerūt fratres monib illi: ⁊ ptereuntib madianitis negociatoribus: extrahentes eum de cisterna vendiderūt eū ismahelit viginti argēteis: q duxerūt eū i egyptū. Reuersusq; ruben ad cisternam nō inuenit puerū ⁊ scissis vestib pgens ad frēs suos ait. Puer nō cōparet: ⁊ ego quo ibo? Tulerūt aūt tunicam ei: ⁊ in sanguine hedi quē occiderāt tinxerunt: mittentes qui ferrent ad prem: ⁊ dicerent. Hanc inuenimus vide vtrū tunica filij tui sit an nō. Quā cū cognouisset pater: ait. Tunica filij mei est. Fera pessima comedit eū: bestia deuorauit ioseph. Scissisq; vestibus: indutus est cilitio: lugens filium suū mlto tēpore. Congregatis aūt cūctis liberis ei vt lenirent dolorem pris: noluit cōsolatōem accipe: sed ait. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo seuerante in fletu: madianite vēdiderūt ioseph in egypto: phutifari eunucho pharaonis magistro militum. XXXVIII

Eodem tpe descendens iudas a frib suis: diuertit ad vir odollamiten noīe hiram viditq; ibi filiā hois chananei vocabulo Sue. Et accepta vxore ingressus est ad eā. Que cepit ⁊ peperit filium ⁊ vocauit nomen eius her. Rursūq; cōcepto fetu natum filiū vocauit onan. Tertium q; pepit quē appellauit sela. Quo nato: parere vltra cessauit. Dedit aūt iudas vxorē primogenito suo her: noīe thamar. Fuit q; her primogenitus iude: nequā in ꝓspectu dñi: ⁊ ideo ab eo occisus est. Dixit q; iudas ad onan filiū suum. Ingredere ad vxorem fratris tui ⁊ sociare illi vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios: introiens ad vxorem fratris sui: semen fundebat in terram: ne liberi frī nomīe nascerēt. Et idcirco pcussit eū dns: eo q; rem detestabilez faceret. Quā nurum vxorem dixit iudas thamar nurui sue. Esto vidua in domo pris tui: donec crescat sela filius meus. Timebat.n. ne ⁊ ipse moreretur sicut frēs eius. Que abijt ⁊ habitauit in domo pris sui. Exolutis autē mltis ānis: mortua est. Sue vxor iude. Qui post luctum ꝓsolatōe suscepta: ascendebat ad tonsores ouium suaꝝ ipse et hiras opilio gregis odollamita in thamnas. Nūciatumq; est thamar q; socer illius ascēderet in thamnas. ad tondēdas oues. Que depositis viduitat vestibus: assumpsit teristruz ⁊ mutato habitu sedit in biuio itineris quod duc thamnam: eo q; creuisset sela ⁊ non eum accepisset maritum. Quā cū vidisset iudas: suspicatus est esse meretricem. Operat.n. vultum suum ne agnosceretur. Ingredienscq; ad eam: ait. Dimitte me vt coeam tecū. Nesciebat.n. q; nurus sua esset. Quā rndente. qd dabis mihi vt fruaris cōcubitu meo: dixit. Mittam tibi hedum de gregibus. Rursūq; illa dicente: patiar qō vis si dederis mihi arrabonem donec mittas qō pollicteris: ait iudas. Quid tibi vis ꝑ arraboze dari? Rndit. Annulū tuum ⁊ armillas ⁊ baculū quē in manu tenes. Ad vnus igit coitum mulier ꝓcepit: ⁊ surgens abijt: depositoq; habitu quē sumpserat: induta est viduitatis vestibus. Misit aūt iudas hedum ꝑ pastorē suū odollamiten: vt reciperet pignus qō dederat mulieri. Qui cū nō inuenisset eā: interrogauit hoies loci illi. Vbi est mulier que sedebat in biuio? Rndentib cūctis non fuit in loco isto meretrix: reuersus ē ad iudam: ⁊ dixit ei. Non inueni eaz. Hz ⁊ hoies loci illius dixerūt mihi: nūq; fuisse ibi scortuz. Ait iudas. Habeat sibi. Certe mēdacij arguere nos non pōt. Ego misi hedum quē ꝓmiseram: ⁊ tu nō inuenisti eam. Ecce aūt post tres menses nūciauerunt iude dicētes. Fornicata est thamar nurus tua: et videtur vterus illius intumescere. Dixitq; iudas. Producite eam vt ꝛburatur. Que cū duceret ad penam: misit ad socer suum dicens. De viro cuius hec sunt ꝓcepi. Cognosce cui sit anulus ⁊ armilla ⁊ baculus. Qui agnitis munerib ait. Iustior me est: qz nō tradidi eaz sela filio meo. Attn vltra nō cognouit eam. Instante aūt partu: apparuerūt gemini i vtero: atq; in ipsa effusione infantiū vnus ꝑ tulit manū: i qua obstetrix ligauit coccinū dicēs. Iste egredie ꝓz. Illo ꝛo retrahēte manū: egressus est alter. Dixitq; mulier. Quare diuisa est ꝓpte maceria! Et ob hanc cām vocauit nomen eius phares. Postea egressus est frater eius: in cuius

manu erat coccinū:quē appellauit çarā. XXXIX

Itur ioseph ductus est in egyptū:emitq; eū phutifar eunuchus pharaonis p̄nceps exercitus sui:vir egyptius de manu ismahelitarū:a q̄bus pductus erat.Fuitq; dñs cū eo:& erat vir in cūctis p̄spere agens.Habitauitq; i domo dñi sui:q optime nouerat dñm esse cū eo:& oīa que gereret ab eo dirigi in manu illius.Inuenitq; ioseph grām coram dño suo:& ministrabat ei.Ad q̄ p̄positus oībus:gubernabat creditam sibi domū & vniuersa que ei tradita fuerant.Benedixitq; dñs domui egyptij ꝓpter ioseph:& multiplicauit tam i edibus q̄ in agris cunctā eius substantiam.Nec gerēbat aliud nonerat:nisi panez quo vescebat.Erat autē ioseph pulchra facie & decorus aspectu.Post multos itaq; dies: iniecit dña sua oculos suos in ioseph:& ait.Dormi mecū.Qui nequaq; acquiescēs ogi nephario:dixit ad eam.Ecce dñs meus oīa mihi traditis:ignorat q̄d habeat i domo sua:nec quicq; est q̄ non in mea sit ptāte: vel nō tradiderit mihi: p̄ter te q̄ vxor eius es.Quō ergo possum hāc malū facere: & peccare in dñm meū?Huiuscemōi vbis p singulos dies loquebat̄:& mlier molesta erat adolescenti:& ille recusabat stuprū.Accidit āt quadā die vt intraret ioseph domū:& opis q̄ppiaz absq; arbitris faceret:& illa apprehensa lacinia vestimēti eius diceret.Dormi mecū.Qui relicto in manu eius pallio fugit:& egressus ē foras.Cūq; vidisset mulier vestem in manib⁹ suis:& se eē ꝓtempnam: vocauit ad se hoīes domus sue:& ait ad eos.Ecce introduxit vir hebreum:vt illuderet nob̄.Ingressus est ad me vt coiret mecū.Cūq; ego succlamassem & audisset vocem meam reliqt palliū q̄ tenebā:& fugit foras.Iam argumētum q̄ fidei retentum pallium oñdit marito reuertenti domum: et ait.Ingressus est ad me puus hebreus quē adduxisti:vt illuderet mihi.Cūq; audisset me clamare reliqt palliū q̄ tenebā & fugit foras.His auditis dñs & nimiū credulus vbis ꝓiugis iratus ē valde tradiditq; ioseph in carcerem vbi vincti regis custodiebant̄:& erat ibi clausus.Fuit aūt dñs cū ioseph & miktus est illius:& dedit ei grām i ꝓspectu p̄ncipis carceris.Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos q in custodia tenebant̄:& q̄cq̄d fiebat sub ipso erat:nec nouerat aliq̄d cūctis ei creditis.Dñs.n.erat cū illo:& oīa opa ei⁹ dirigebat.XL

Hs itaq; gestis: accidit vt peccarent duo eunuchi: pincerna regis egypti et pistor dño suo.Iratusq; ō eos pharao: nā alter pincernis p̄erat:alter pistoribus:misit eos in carcerem p̄ncipis militum:in q̄ erat vinct⁹ et ioseph'.At custos carceris tradidit eos ioseph:& q̄ mīstrabat eis.Aliquātuluz tpis fluxerat:et illi i custodia tenebant̄.Viderunt̄q; ambo somniuz nocte vna: iux interp̄tationem ꝓpriam sibi.Ad q̄s cū itroisset ioseph mane & vidisset eos tristes:sciscita⁹ est dicens.Cur tristior est hodie solito facies vestra?Qui rñderunt.Somnium vidimus:& non est qui interp̄tetur nobis.Dixitq; ad eos ioseph.Nōne quid non dei est interp̄tatio?Referte mihi q̄ viderit?Narrauit p̄or p̄positus pincernar̄ somniū suum.Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines crescere paulatim in gēmas:& post flores vuas maturescere:calicēq; pharaōis i manu mea.Tuli q̄ vuas & exp̄ssi in calicem quem tenebam:et tradidi poculum pharaoni.Rñdit ioseph.Hec ē interp̄tatio somnij.Tres ppagines tres adhuc dies sunt post quos recordabit̄ pharao ministerij tui: & restituet te in gradum p̄stinum:dabisq; ei calicē iux officium tuum sicut añ facere ꝓsueueras.Tū memento mei cū tibi bñ fuerit:& facies mecū misericordiā vt suggeras pharaoni vt educat me de isto carcere:q̄ furtim sublatus sum de tra hebreorum:& hic innocēs in lacū missus sum.Videns pistorū mḡr q̄ prudenter somnium dissoluisset:ait Et ego vidi somnium q̄ tria canistra farine hērez sup caput meū:& in vno canistro q̄ erat excelsi⁹ portare me putabam oēs cibos q fiunt arte pistoria:auesq; comedere ex eo.Rñdit ioseph.Hec ē interp̄tatio somnij.Tria canistra:tres adhuc dies sunt post quos auferet pharao caput tuum: ac suspendet te in cruce:& lacerabunt volucres carnes tuas.Exinde dies tertius natalitius pharaōis erat Qui faciens grande ꝓuiuiū pueris suis recordat⁹ est inter epulas mḡri pincernar̄ & pistor̄ p̄ncipis: restituitq; alter̄ in locū suum vt porrigeret ei poculum:alter̄ suspendit in patibulo: vt cōiectoris vitas ꝓbaretur.Et tñ succedentib⁹ prosperis: p̄positus pincernar̄ oblit⁹ ē interp̄tis sui. XLI

Post duos ānos vidit pharao somnium. Putabat se stare sup fluuiū:de q̄ ascēdebant septē boues pulchre:& crasse nimis & pascebant̄ i locis palustrib⁹.Alie q̄z septē emergebant de flumine fede ꝓfectēq; macie:& pascebātur i ipsa amnis ripa i locis virentib⁹:comorauerūtq; eas quarū mira spēs & habitudo corpor̄ erat. Expgefactus pharao rursum dormiuit: & vidit alter somnium.Septem spice pullulabant i culmo vno plene atq; formose: alie q̄z totidem spice tenues:& p̄cusse vredine oriebātur:deuorantes oēs p̄or pulchritudinem.Euigilans pharao p⁹ getez: & facto mane pauore p̄territus:misit ad oēs ꝓiectores egypti:cūctosq; sapientes:& accersitis:narrauit somniū:nec erat q interp̄taretur.Tūc demum reminiscens mḡr pincernar̄:ait.Culpā meā confiteor peccatū meū.Iratus est rex puis suis:me & mḡrm pistorum retrudi iussit in carcerem p̄ncipis militum:vbi vna nocte vterq; vidimus somniū:p̄sagium futuror̄. Erat ibi puer hebreus eiusdem ducis militum famulus:cui narrātes somnia:audiuim⁹ q̄cq̄d postea rei pbauit euent⁹.Ego.n.redditus sum officio meo:et ille suspensus ē in cruce.Interim⁹ ad regis ipium eductum de carcere ioseph totonderunt ac veste mutata obtulerūt ei.Cui ille ait.Vidi sōnia nec est q edisserat:q̄ audiui te sapientissime cōijcere.Rñdit ioseph.Absq; me deus rñdit prospera

pharaoni. Narrauit ḡ pharao q̄ viderat. Putabā me stare super ripam fluminis: z septez boues de amne ꝓscendere: pulchras nimis z obesis carnib⁹ que ī pastu paludis virecta carpebāt. Et ecce has sequebant alie septem boues in tñ deformes et macilente vt nūq̄ tales in terra egypti viderim. Que deuorarāt z ꝓsumpt⁹ ꝓzib⁹: nullū saturitat⁹ ō dere vestigiuz: sz sūt macie z squalore torpebant. Euigilans: rursus sopore depressus vidi somnium. Septem spice pullulabāt ī culmo vno plene atq̄ pulcherrime. Alie q̄z septē tenues z pcusse vredie oziebant e stipula que ꝓz pulchritudinez deuo rauerūt. Narraui ꝓiectozib⁹ somniū: z nemo est q̄ edisserat. Rñdit ioseph. Somniū reg⁹ vnum est. Que factur⁹ est de⁹ oñdit pharaoni. Septē boues pulchre z septē spice plene: septem vbertat⁹ āni sūt eandēq̄ vim somnij ꝓhendunt. Septem q̄z boues tenues atq̄ macilente que ascēderūt post eas z septem spice tenues: z vento vrente pcusse: septē āni venture sunt famis: q̄ ꝑ ordine ꝓplebūtur. Ecce septem āni venient fertilitatis magne ī vniuersa terra egypti quos sequētur septem āni alij tāte sterilitatis vt oblitioni tradat⁹ cūcta retro abūdā tia. Cōsumptura est.n. fames oēm terrā z vbertat⁹ magnitudinez pditura est inopie magnitudo. Nō aūt vidisti secūdo: ad eandē rem ptinēs somniuz firmitatis indiciuz est: eo q̄ fiat fmo dei z velociꝰ impleat⁹. Nūc ergo ꝓuideat rex vir⁹ sapientē z industrium: z pficiat eū ter egypti q̄ cōstituat ꝓpositos p cūctas regiones: z q̄ntam ptem fructuū: per septem āos fertilitatis q̄ iam nūc futuri sunt: congreget in horrea: z oē frumentum sub pharaonis ptāte ꝓdat⁹: fueturq̄ in vrbibus z ꝓparetur future septem āno⁹ fami: q̄ oppressura est egyptū: z non ꝓsumet⁹ terra inopia. Placuit pharaoni ꝓsilium: z cūctis ministris eius. Locutusq̄ ē ad eos. Nū inuenire poterim⁹ talem virū qui spū dei plenus sit? Dixit ḡ ad ioseph. Quia oñdit tibi deus oīa q̄ locut⁹ es: nūq̄d sapiētiorem z ꝓsilem tui inuenire poteros? Tu eris sup domū meam: z ad tui oris ipium cūctus ppl⁹ obediet. Uno tñ regni solio p̄cedam te. Dixitq̄ rursum pharao ad ioseph. Ecce ꝓstitui te sup vniuersam terram egypti. Tulitq̄ ānulū de manu sua z dedit eū ī manu ei⁹: vestiuitq̄ eū stola byssina: z collo torquē aureā circūposuit. Fecitq̄ eū ascēdere sup currum suum secūdum clamante prēcone: vt oēs corā eo genuflecterent: z ꝓpositum esse scirent vniuerse terre egypti. Dixit q̄z rex egypti ad ioseph. Ego sū pharao. Absq̄ tuo ipio nō mouebit q̄sq̄ manū aut pedem ī oī tra egypti. Uertitq̄ nomē eius: z vocauit eū lingua egyptiaca saluatorē mundi. Dedit q̄ illi vxorem: asseneq̄ filiam phutifaris sacerdotis eliopoleos. Egressus est itaq̄ ioseph ad tram egypti. Triginta āno⁹ erat q̄n stetit in ꝓspectu regis pharaonis: z circuit oēs regiones egypti. Uenitq̄ fertilitas septē āno rum: z ī manipulos redacte segetes ꝓgregate sunt in horrea egypti. Dis etiam frugū abūdantia ī singulis vrbibus ꝓdita est. Tantaq̄ fuit abundantia tritici: vt arene maris coequaret⁹: z copia mēsuras excederet. Natiq̄ sūt ioseph filij duo añq̄ fames veniret q̄s peperit ei asseneq̄ filia phutifaris sacerdot⁹ eliopoleos. Uocauitq̄ nomē ꝑmogeniti manasses dicēs. Obliuisci me fecit deus oīum laborꝰ meoꝝ: z domus ꝑris mei. Nomē q̄z secūdi appellauit effraim dicēs. Crescere me fecit deus ī terra paupertatis mee. Egit⁹ trāsactis septem ānis vbertatis q̄ fuerāt in egypto: cepunt venire septē āni inopie: q̄s ꝓdixerat ioseph: z ī vniuerso orbe fames ꝓualuit. In cūcta etiā tra egypti fames erat. Qua esuriente: clamauit ppl⁹ ad pharaonē: alimēta petens. Quib⁹ ille rñdit. Ite ad ioseph: et q̄cq̄d ipse vobis dixerit: facite. Crescebat āt quotidie fames in oī terra: aperitq̄ ioseph vniuersa horrea z vēdebat egyptijs. Nā z illos oppⁱsserat fames. Deniq̄ ꝓvincie veniebant ī egyptum vt emerent escas: et malum inopie temperarent. XLII

Audiens aūt iacob q̄ alimēta venderent⁹ in egypto dixit filijs suis. Quare negligitis? Audiui q̄ triticū venūdetur ī egypto descendite z emite nobis necessaria: vt possim⁹ viuere: z nō cōsumamur inopia. Descendentes igit⁹ frēs ioseph decem vt emerent frumēta in egypto beniamin domi retento a iacob q̄ dixerat frib⁹ ei⁹ ne forte ī itinere q̄cq̄ patiat⁹ mali: ingressi sūt tra egypti cū alijs q̄ pgebāt ad emēdum. Erat aūt fames in terra chanaan: z ioseph erat pnceps in tra egypti: atq̄ ad eius nutū frumēto ppl⁹ vēdebant. Cūq̄ adorassent eū frēs sui: et aḡuisset eos q̄t ad alienos durius loquebat⁹: interrogans eos. Unde venistis? Qui rñderunt: de terra chanaan: vt emamus victui necessaria. Et tñ frēs ipse cognoscens non est cognitus ab eis. Recordatusq̄ somnioꝝ que aliq̄n viderat: ait ad eos. Exploratores estis vt videatis infirmiora tre venistis. Qui dixerūt. Non est ita dñe: sz fui tui venerunt vt emerent cibos. Oēs filij vnius viri sumus. Pacifici venim⁹: nec q̄cq̄ famuli tui machinātur mali. Quibus ille rñdit. Aliter ē. Immunita terre huius ꝓsiderare venistis. At illi. Duodecim inquiunt fratres serui tui sumus: filij viri vnius in terre chanaan. Quorum minimus cuz pre nro est: alius non est sup. Hoc est ait q̄ locutus sum. Exploratores estis. Iam nūc experimentum vri capiam. Per salutē pharaonis nō egrediemini hinc: donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis vnū z adducat eū: vos aūt critis ī vinculis: donec pbētur que dixist⁹ vtr vera an falsa sint. Aliogn p salutem pharaonis exploratores estis. Tradidit ḡ illos custodie tribus diebus. Die aūt tertio eductis de carcere ait. Facite que dixi: z viuet⁹. Deū.n. timeo. Si pacifici est⁹: frater vester vnus liget⁹ in carcere: vos aūt abite: z ferte frumēta que emistis in domos vras: z fratrē vrm minimū ad me adducite: vt possim vros probare fmones: z nō moriamini. Fecerūt vt dixerat: z locuti sūt ad iuicē. Merito h̄ patimur: q̄

peccauimus in frēm nr̄m videntes angustias aie illius: dum deprecaretur nos: z nō audiuimus: idcirco venit sup nos ista tribulatio. Et ḡbus vnus ruben ait. Nūḡd non dixi vobis: nolite peccare i puerum: z nō audistis me: Ecce sanguis eius exgritur. Nesciebant. n. q̄ intelligeret ioseph: eo q̄ p interpretem loqueretur ad eos. Auertitq̄ se parumper z fleuit: et reuersus locutus est ad eos. Tollensq̄ symeon z ligans illis pūtibus: iussit ministr̄ vt implerent eor̄ saccos tritico: et reponerent pecunias singulor̄ in sacculis suis: dar̄ supza cibarijs in via. Qui fecerūt ita. At illi portantes frumēta i asinis suis pfecti sunt. Aptoq̄ vnus sacco vt daret iumēto pabulum in diuersorio: ꝺtemplatus pecuniā in ore sacculi: dixit fr̄ibus suis. Redd̄ita est mihi pecunia. Ecce hēt̄ur in sacco. Et obstupefacti turbati q̄ mutuo dixerūt. Quid nā ē hoc q̄ fecit nob ḋs? Venerūtq̄ ad iacob pr̄em suū in terra chanaan: z narrauerunt ei oīa q̄ accidissent sibi dicentes. Locutus est nobis dñs r̄e: dure: z putauit nos exploratores eē puincie. Cui rn̄dimus. Pacifici sumus nec vllas mollimur insidias. Duodecim fr̄es vno pre geniti sumus: vnus n̄ est sup: minim⁹ cū patre nr̄o est in terra chanaan. Qui ait nobis. Sic ꝓbabo q̄ pacifici sitis. Frēm vr̄m vnū dimittite apd̄ me: et cibaria domibus vr̄is necessaria sumite et abite. Frēmq̄ vr̄m minimū adducite ad me: vt sciam q̄ nō sitis exploratores: z istum q̄ tenetur i vinculis recipe possitis: ac deinceps q̄ vultis: emēdi habeatis licentiam. Hec dictis cū frumēta effūderent: singuli repererūt in ore saccor̄ ligatas pecunias: exterritisq̄ sūt oībus: dixit pr̄ iacob. Absq̄ liberis me esse fecistis. Joseph nō est sup: symeō tenet̄ i vinculis: z beniamin auferetis? In me hec oīa male reciderunt. Cui rn̄dit ruben. Duos filios meos interfice: si non reduxero illū tibi. Trade illum in manu mea: z ego eū tibi restituam. At ille. Non descēdet ingt filius meus vobiscū. Frat̄ ei⁹ mortuus est: z ipse solus remānsit. Si qd ei aduersitatis acciderit in terra ad quā pgitis: deducetis ca nos meos cum dolore ad inferos.

XLIII

Locutꝰ aũt ē dñs ad moysen in cãpestribꝰ moab iuxta iordanē ꝫ iericho. Pcipe filijs israˊ vt dent leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandū:⁊ suburbana earꝫ circuitū:vt ipsi ī oppidis maneant:⁊ suburbana iumentis pecoribꝰ ac iumentis:quę a muris ciuitatū,forinsecus ꝫ circuitū mille passuū spacio tendentur. Cōtra orientē duo milia erūt cubitī:⁊ cōtra meridiem similiter erunt duo milia. Ad mare quoq; qđ respicit occidentē:cadē mēsura erit: ⁊ septentrionalis plaga eq̄li termino finiet. Eruntq; vrbes ī medio:⁊ foris suburbana. De ipsis aũt oppidis que leuitis dabitis sex erunt in fugitiuorꝫ auxilia sepata: vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinē:⁊ exceptis his alia q̄dragintaduo oppida.i.sit q̄dragintaocto cū suburbanis suis. Ipseq; vrbes q̄ dabunt de possessionibꝰ filiorꝫ israˊ:ab his q plꝰ hñt: plures auferent:⁊ qui minus pauciores. Singuli iuxꝝ mēsurā hereditatis sue dabūt oppida leuitis. Ait dñus ad moysen. Loquere filijs israˊ:⁊ dices ad eos. Quando trāsgressi fuerit iordanē ī terrā chanaan: ēcernite q̄ vrbes esse debeāt in psidia fugitiuorꝫ q nolentes sanguinē fuderīt:in q̄bus cū fugerit ꝓfugꝰ: cognatꝰ occisi nō poterit cū occidere donec stet in ꝫspectu multitudinis:⁊ cā illiꝰ iudicet. De ipis aũt vrbibꝰ q̄ ad fugitiuorꝫ subsidia separanť:tres erūt trās iordanē:⁊ tres in terra chanaan:tā filijs israˊ q̄ aduenis atq; pegrinis:vt ꝫfugiat ad eas q nolens sanguinē fuderit. Si qs ferro pcusserit:⁊ mortuus fuerit:q percussus ē reus erit homicidij:⁊ ipse morietur. Si lapidē iecerit:⁊ ictus occubuerit:similiter punietur. Si ligno pcussus iterierit:pcussoris sāguine vindicabit. Propinquus occisi homicidā interficiet:statim vt apprehēderit eū:interficiet.. Si per odiū quis hoīem ipulerit vel iecerit quippiā in eū q insidias:aut cū esset inimicus manu pcusserit: ⁊ ille mortuꝰ fuerit:pcussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statī vt inuenerit eū:iugulabit. Qꝫ si portuitu ⁊ absq; odio ⁊ inimicitijs quicq; horꝫ fecerit:⁊ hoc audiente pplo fuerit ꝫprobatū:atq; inter pcussorē ⁊ ppinquū sanguinis q̄stio ventilata: liberabit innocens de vltoris manu:⁊ reducet ꝫ sententiā in vrbē ad quā ꝫfugerat: manebitq; ibi donec sacerdos magnꝰ qui oleo sācto vnctus ē:moriatur. Si iterfectoꝫ extra fines vrbiū q̄ exulibꝰ deputate sunt fuerit iuentus:⁊ pcussus ab eo q vltor est sāguinis:absq; noxa erit q eū occiderit. Debuerat enī ꝓfugus vsq; ad mortē pōtificis in vrbe residere. Postq; aũt ille obierit: homicida reuertet in terrā suā. Hec sempiterna erunt ⁊ legitima ī cūctis habitatiōibus vris. Homicida sub testibus punietur. Ad vniꝰ testimoniū nullus cōdemnabit. Nō accipiet; pciū ab eo q reus est sanguinis: statī ⁊ ipse morietur. Exules ⁊ pfugi ante mortē pōtificis nullo mō in vrbes suas reuerti poterūt:ne polluatis terrā habitatiōis vre:q̄ insontiū cruore maculat:nec aliter expiari pōt nisi p eius sanguinē q alterius sanguinē fuderit. Atq; ita emundabit vra possessio me cōmorante vobiscū. Ego enī sū dñs qui habito inter filios israˊ.

XXXVI

Accesserūt aũt ⁊ pncipes familiaꝝ galaad filij machir filij manasse de stirpe filiorꝫ ioseph:locutiq; sunt moysi cora pncipibꝰ israˊ:atq; dixerunt. Tibi dño nro pcepit dñs vt terrā sorte diuideres filijs israhel:⁊ vt filiabus salphaad fratris nri dares possessionē debitā pri:qs si alteriꝰ tribꝰ hoies vxores accepint: sequet possessio sua:⁊ trāslata ad aliā tribū de nra hereditate minuet:atq; ita fiet vt cū iubileus.i. quinquagesimus ānus remissionis aduenerit:confundat sortiū distributio:⁊ aliorꝫ possessio ad alios trāseat. Rñdit moyses filijs israˊ ⁊ dño pcipiente ait. Recte tribus filiorꝫ ioseph locuta ē:⁊ hec lex sup filiabus salphaad a dño promulgata ē. Habāt q̄bus volūt: tm̄ vt sue tribꝰ hoibus:ne cōmisceat possessio filiorū israˊ de tribu in tribum. Oēs enī viri ducēt vxores de tribu ⁊ cognatiōe sua:⁊ cūcte femine de eadem tribu maritos accipient:vt hereditas permaneat in familijs:nec sibi misceantur tribus: sed ita maneant vt a domino separate sunt. Fecerunt; si lie salphaad vt sibi fuerat imperatuz:⁊ nupserunt maala ⁊ thersa ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ noa filijs patrui sui de familia manasse qui fuit filius ioseph:⁊ possessio que illis fuerat attributa mansit in tribu ⁊ familia patris earum. Hec sunt mandata atque iudicia que mandauit dominus per manum moysi ad filios israhel in cāpestribus moab supra iordanem contra iericho.

Explicit liber Numeri. Incipit liber elleaddaberim q deuteronomiū pnotat. Capitulū I

Hec sunt uerba

que locutꝰ ē moyses ad oēm israˊ trans iordanē in solitudine campestri ꝫ mare rubrū: inter pharan ⁊ thofel ⁊ laban ⁊ aseroth: vbi auri est plurimū vndecī diebus de oreb:p viā montis seyr vsq; cades barne. Quadragesimo anno vndecimo mense:primo die mensis locutus ē moyses ad filios israˊ oīa q̄ pceperat illi dñs:vt diceret eis:postq; percussit seon regem ammorreorum: qui habitauit in esebon: ⁊ og regem basan qui mansit in aseroth ⁊ in edrai trans iordanem in terra moab. Cepitque moyses explanare legem

z dicere. Dñs deus noster locutus ē ad nos ī oreb dicens. Sufficit vobis q̄ in hoc monte mānistis. Reuertimī z venite ad montē ammorreoꝝ z ad cēa que ei ꝓxima sūt cāpestria atq̄ mōtana: z bu milioza loca cōtra meridiē z iuxta littus marꝭ: ter rā chananeoꝝ z libani vsq̄ ad flumen magnū eu fratē. Ecce ītgt tradidi vobis. Ingredimī z possidete eā: super quā iurauit dñs pr̄ib⁹ vestris abzabaz isaac z iacob: vt daret illam eis z semini eoꝝ post eos. Dixiq̄ vobis illo ī tpe. Non possū solus sustinē vos: ga dñs de⁹ vester multiplicauit vos: z ecce hodie sicut stelle celi plurimi. Dñs de⁹ patruꝫ vr̄oꝝ addat ad hunc numerū multa milia: z bñdi cat vobis sicut locutus est. Nō valeo solus nego cia vr̄a sustinere z pondus z iurgia. Date ex vob viros sapientes z gnaros: quoꝝ conuersatio sit pbata ī tribub⁹ vestr̄ꝭ: vt pouā eos vob ꝓncipes. Qūc rñ distis mihi. Bona res ē quā vis facere. Tuliq̄ de tribub⁹ vr̄is viros sapientes z nobiles: z ꝓstitui eos ꝓncipes tribunos z centuriones z quinquagenarios ac decanos q̄ docerent vos singula: ꝓcepiq̄ eis di cens. Audite illos: z qđ iustū est iudicate. Siue ci uis sit ille siue pegrinus: nulla erit distantia ꝓsona rū. Sta paruū audietis vt magnū: nec accipiet cui uisq̄ ꝓsonam: qa dei iudiciū est. Et si difficile vob visuz aliqd fuerit: referte ad me z ego audiā. Pze cepiq̄ eis oīa que facere debētis. Profecti aūt ō oreb transiuim⁹ p̄ heremū terribilē z maximaz solitudinē quam vidistis p̄ viam montꝭ ammoz rei: sicut ꝓceperat dñs de⁹ nr̄ nob. Qūq̄ venissem⁹ ī cades barne: dixi vobis. Venistis ad montē am morrei: quē dñs de⁹ vr̄ dat⁹ ē vobis. Vide ter rā quā dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. Ascēde z posside eā: sicut locut⁹ ē dñs de⁹ nr̄ pr̄ib⁹ tuis. Noli timē: nec q̄q̄ paueas. Et accessistis ad me oēs atq̄ dixistꝭ. Mittam⁹ viros q̄ ꝓsiderent terrā: z renūciēt p qō iter debeamus ascēdere: z ad q̄s ꝑgere ciuitates. Cūq̄ mihi ꝑmo placuisset: misi ex vobis duodeci viros singulos ō tribub⁹ suis. Qui cū ꝓfectꝰ z as cēdissēt ī mōtana venēr̄t vsq̄ ad vallē botri: z ꝓsi derata tra: sumentes de fructib⁹ ei⁹ vt oñderēt vō tatē attulerūt ad nos atq̄ dixerūt. Bōa est tra quā dñs de⁹ nr̄ daturus est nobis. Et noluistis ascendē sz increduli ad ꝑmonē dei nr̄i murmurastis in ta bernaculis vr̄is: atq̄ dixistis. Odit nos dñs: z id circo eduxit nos de tra egypti vt traderet nos in manu ammorrei atq̄ delēt. Quo ascendem⁹? Nū cij terruerūt coz nr̄m dicētes. Maxima multitu do est: z nobis statura ꝓcerioz. Urbes magne: z ad celū vsq̄ mūite. Filios enachim vidim⁹ ibi. Et di xi vobis: nolite metuere: nec timeat⁹ eos. Dñs de⁹ q̄ eductoz est nr̄: ꝑ vobis ipe pugnabit: sicut fecit ī egypto cūctis vidētib⁹: z ī solitudine ipsi vidistis. Portauit te dñs de⁹ tu⁹ vt solet hō gestare paruu lū filiū suū ī oī via p̄ quā ambulastis donec veni ret⁹ ad locū istuz. Et nec sic qđē credidist⁹ dño do vr̄o q̄ ꝓcessit vos ī via: z metat⁹ ē locū in q̄ tētoria figere deberet⁹: nocte ostendēs vobis iter p̄ ignez: z die p̄ columnā nubis. Cūq̄ audisset dñs vocem fermonū vr̄oꝝ: irat⁹ iurauit: z ait. Non videbit qs pia de hoib⁹ gnātionis hui⁹ pessime trā bonā quā sub iuramento pollicit⁹ sum pr̄ib⁹ vr̄is: ꝓter caleb filiuz iephone. Ipse enī videbit eā: z ipsi dabo ter ram quā calcauit: z filijs ei⁹: qa secut⁹ ē dñz. Nec mirāda īdignatio ī ppt̄m cū mihi q̄z irat⁹ de⁹ ꝓpt̄ vos dixerit. Nec tu ingredieris illuc: sz iosue filius nun minister tu⁹ ipse intrabit p̄ te. Hūc exhortare z roboza: z ipse sorte terram diuidet israheli. Par uuli vr̄i de quib⁹ dixistis q̄ captiui ducerent: z fi lij q̄ hodie boni ac mali ignorant distantiā: ipsi in grediēt̄r: z ipsis dabo terram z possidebūt eam: vos aūt reuertimini z abite in solitudinē p̄ viā ma ris rubri. Et respondistis mihi. Peccauim⁹ dño: Ascēdemus z pugnabimus: sicut ꝓcepit dñs deus noster. Cūq̄ instructi armis ꝑgeretis in montē: ait mihi dñs. Dic ad eos. Nolite ascēdere nec̄ pugne tis. Non enī sū vobiscū: ne cadatis coz̄ īimicis ve strīs. Locut⁹ sum z non audistis: sed aduersantes īperio dñi z tumētes supbia ascēdistis in montez. Itaq̄ egressus āmorreus q̄ habitabat in mōtib⁹ z obuiam veniēs ꝓsecutus ē vos sicut solent apes ꝓsequi: z cecidit ō seyr vsq̄ horma. Cūq̄ reuer si plozaretis coram domino non audiit vos: nec voci vestre voluit acquiescere. Sedistis ergo in ca des barne multo tpe. II

Profectiq̄ inde venim⁹ ī solitudinē q̄ du cit ad mare rubriū sic mihi dixerat dñs: z circuiuimus mōtem seir lōgo tpe. Dixit q̄z dñs ad me. Sufficit vobis circuire mōtē istū: ite ꝓra aglonē z pplo ꝑcipe dicēs. Trānsibitis p̄ ter minos fratꝝ vestroꝝ filioꝝ esau q̄ habitāt in seir: z timebunt vos. Videte q̄ diligēter ne moueam ī ō eos. Nec enī dabo vobis de terra eoꝝ quantū pōt vni⁹ pedis calcare vestigiū: qz in possessionez esau dedi montem seir. Cibos emet⁹ ab eis pecu nia z comedet⁹: aquam emptam hauriet⁹ z bibe tis. Dñs de⁹ tuus bñdixit tibi in oī ope manuum tuaꝝ. Nouit iter tuū: quō trāsier⁹ solitudinē hanc magnā p̄ q̄draginta ānos habitās tecū dñs deus tu⁹: z nihil tibi defuit. Cūq̄ trāsissem⁹ frēs nr̄os fi lios esau q̄ habitabāt in seir p̄ viā cāpestrem de be latb z de asiongaber: venim⁹ ad iter qō ducit ī de sertū moab. Dixitq̄ dñs ad me. Nō pugnes ꝓtra moabitas: nec ineas aduersus eos pliū. Nō. n. da bo tibi q̄q̄ de terra eoꝝ: qz filijs loth tradidi eā ī possessionē. Emim ꝓmi fuerūt habitatores eius: ppl's magn⁹ z validus z tā excelsus vt ō enachim stirpe q̄si gigātes crederent⁹: z ēnt sil'es filiozum enachim. Veniq̄ moabite appellāt eos emim. In seir aūt ꝓus habitauerūt horrei: quibus expulsis atq̄ delet⁹ habitauerūt filij esau sicut fecit isr'l ter ra possessionis sue quā dedit illi dñs. Surgētes q̄ vt trāsirem⁹ torrentē zareth: venim⁹ ad eū. Tem pus aūt q̄ ābulauim⁹ de cades barne vsq̄ ad trāsi tū zareth triginta z octo ānoꝝ fuit: donec ꝓsumere tur oīs ꝓgregatio' bellatoꝝ de castr̄ꝭ: sicut

iurauerat dñs:cui⁹ man⁹ fuit aduersus eos vt interiret ꝺ castrozū medio. Postq̄ aūt vniuersi ceciderunt pugnatozes:locut⁹ ē dñs ad me dicēs. Tu transibis hodie terminos moab vrbē noīe ar:z accedens i vicinia filioꝝ ammon:caue ne pugnes ꝺ eos nec mouearis ad pelliū. Non enī dabo tibi ꝺ terra filioꝝ ām on:qa filijs loth dedi eam in possessionē. Terra gigātū reputata est:z i ipsa olim habitauerūt gigantes:quos ammonite vocāt çommim:ppl's magn⁹ z mult⁹ z ꝓcere lōgitudinis: sicē enachim q̄s deleuit dom⁹ a facie eoꝝ:z fecit illos habitare ꝓ eis: sicut fecerat filijs esau q habitabāt in seir delens horreos:z terrā eoꝝ illis tradēs:quā possident vsq̄ i ꝑsens. Eueos quoq̄ q habitabāt in aserim vsq̄ gaçaz capadoces expulerūt:q egressi de capadocia deleuerūt eos: z habitauerūt ꝓ illis. Surgite z transite torrētē arnon. Ecce tradidi i manu tua seon regē esebon āmorreū z terram eⁱ⁹ icipe possidē:z ꝓmitte aduersus eū ꝓlium. Hodie icipiā mittere terroꝝ atq̄ formidinē tuā i populos q habitāt sub omni celo:vt audito noīe tuo paueāt:z in morē parturiētium ꝓtremiscāt:z dolore teneant. Misi q̄ nūcios de solitudīe cademoth ad seon regē esebon vbis pacificis dicēs. Trāsibimus ꝑ terrā tuā:publica gradiemur via. Non declinabim⁹ neq̄ ad dexterā neq̄ ad sinistrā:alimēta ꝓcio vēde nobis vt vescamur:aquā pecunia tribue:z sic bibem⁹. Tm̄ ē vt nob ꝓcedas trāsitū:sicē fecerūt filij esau qui habitant i seyr:z moabite qui morant i ar donec veniam⁹ ad iordanē:z trāseamus ad terrā quā dñs de⁹ nr̄ dat⁹ est nobis. Noluit q̄ seon rex esebon dare nobis trāsitū:qa i durauerat dñs ꝺ tu⁹ spīn ei⁹:z obfirmauerat cor illi⁹ ita vt traderet⁹ in man⁹ tuas sicut nūc vides. Dixit q̄ dñs ad me. Ecce cepi tibi tradē seon z terrā ei⁹ icipe possidere eā. Egressusq̄ ē seon obuiā nobis cū oī populo suo ad pliū i iasa:z tradidit eū dñus de⁹ nr̄ nobis:ꝑcussimusq̄ eū cū filijs suis z oī populo suo:cūctasq̄ vrbes i tpe illo cepim⁹ iterfect⁹ habitatoꝝib⁹ eaꝝ viris ac mulieriꝫ z ꝑuulis. Nō relīqmus in eis quicq̄ ablq̄ iumētis: que in partē venere ꝑdantiū:z spolijs vrbiū q̄s cepim⁹ ab aroer q̄ ē super ripam torrētis arnon oppido:qꝺ in valle situm ē vsq̄ galaad. Nō fuit vicus ciuitas q̄ nostras effugēt manus. Oīnes tradidit dñs de⁹ noster nobis:ablq̄ terra filioꝝ ammon ad quā non accessimus:z cūct⁹ q̄ adiacēt torrēti ieboc z vrbibus mōtanis:vniuersiq̄ loc⁹ a gb⁹ nos ꝓhibuit dñs de⁹ noster.

III

Taq̄ ꝓuersi ascēdim⁹ ꝑ iter basan. Egressusq̄ ē og rex basan i occursū nobis cum ppl'o suo ad bellādū i edrai. Dixitq̄ dñs ad me. Ne timeas eū:qa in manu tua tradit⁹ ē cū oīi ppl'o ac ṫra sua:faciesq̄ ei sicut fecisti seon rḡi āmorreoꝝ q habitauit in esebon. Tradidit ḡ dñs de⁹ nr̄ i manib⁹ nr̄is etiā og regē basan z vniuersū ppl'm ei⁹:ꝑcussimusq̄ eos vsq̄ ad internitionē vastantes cūctas ciuitates illi⁹ vno tpe. Nō fuit oppidū qꝺ nos effugēt. Sexagīta vrbes z oēm regionē argob regni og i basan. Cūcte vrbes erant munite muris altissimis:portisq̄ z vectib⁹:absq̄ oppidis inumer⁹ q̄ nō habebāt muros. Et deleuim⁹ eos sicut feceram⁹ seon regi esebon dispdētes oēs ciuitatem viroſq̄ ac mulieres z paruulos:iumēta aūt z spolia vrbiū diripuim⁹. Tulimusq̄ illo i tpe trā de manu duoꝝ regū āmorreoꝝ q erāt trās iordanē a torrente arnon vsq̄ ad mōte hermon:quē sidonij sarion vocant z āmorrei sanir: oēs ciuitates q̄ site sūt i planitie z vniuersā terrā galaad z basan vsq̄ ad selcha z edrai ciuitates regni og in basan. Sol⁹ qppe og rex basan restiterat ꝺ stirpe gigantū. Et monstrat⁹ lect⁹ eⁱ⁹ ferreus q ē in rabath filioꝝ ām on:nouē cubitos hīs lōgitudinis:z q̄tuor latitudīs ad mēsurā cubiti virilis man⁹. Terrā q̄ possedim⁹ tpe illo ab aroer q̄ ē sup ripā torrētis arnon:vsq̄ ad mediā ptē mōtis galaad:z ciuitates illi⁹ dedi ruben z gad. Reliquā aūt ptē galaad z oēm basan regni og:tradidi medie tribui manasse omnem regionem argob. Cunctaq̄ basan vocabat ṫra gigantū. Iair fili⁹ manasse possedit oēm regionē argob vsq̄ ad ēminos gessuri z machati. Vocauitq̄ ex noīe suo basā anothiair.i. villas iair vsq̄ in pnt̄ diē. Machir q̄s dedi galaad: z tribubus ruben z gad dedi ꝺ ṫra galaad vsq̄ ad torrētē arnon mediū torrētis z ꝓximū vsq̄ ad torrentez ieboc qui est terminus filioꝝ ammon:z planiciez solitudinis atq̄ iordanem: z terminos cenereth vsq̄ ad mare deserti quod est salsissimū ad radicem montis phasga contra orientez. Precepiq̄ vobis in tēpore illo dicēs. Dom⁹ deus vester dat vobis terrā hāc in hereditatem: expediti ꝓcedite fratres vestros filios isr̄l oēs omnes viri robusti absq̄ vxoribus z paruulis atq̄ iumentis. Noui enim q̄ plura habeat⁹ pecora z in vrbib⁹ remanere debebunt quas tradidi vobis:donec requiē tribuat dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: z possideant ipsi etiam terram quam daturus est eis trans iordanem:tunc reuertetur vnusquisq̄ in possessionem suam quā dedi vobis. Iosue quoq̄ in tempore illo precepi dicens. Oculi tui viderūt que fecit dominus deus noster duobus his regibus:sic faciet omnibus regnis ad que transiturus es. Ne timeas eos. Dom⁹ enim deus vester pugnabit ꝓ vobis. Precatusq̄ sum dominum in tempore illo dicens. Domine deus:tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manūq̄ fortissimam. Neq̄ enim est alius deus vel in celo vel in terra qui possit facere opera tua:z comparari fortitudini tue. Transibo igitur z videbo terrā hanc optimam trans iordanem:z montem istum egregium z libanum. Iratusq̄ est dñs mihi ꝓpt̄ vos: nec exaudiuit me:sed dixit mihi. Sufficit tibi:ne qua q̄ vltra loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen phasge:z oculos tuos circumfer ad occidentem z ad aquilonem:austrumq̄ z orientem: z aspice. Nec enim transibis iordanem istum.

Precipe iosue ꝛ cozroboza eū atq; ꝓfozta:qz ipse precedet populum istum:ꝛ diuidet eis terraz quā visurus es. Mansimusq; in valle cōtra phanum phogoz:

IIII

Et nūc isrl audi pcepta ꝛ iudicia q̄ ego doceo te vt faciēs ea viuas: ꝛ ingrediēs possi deas terrā quā dñs de⁹ patrū vestroꝝ daturus ē vobis. Nō addetis ad ꝙbū qō ego vobis loq̄r:nec auferetis ex eo. Custodite mādata dñi dei vri q̄ ego pcipio vobis. Oculi vri viderūt:oia q̄ fecit dñs ō beelphegoz:quō cōtriuerit oēs cultores ei⁹ de medio vri. Vos aūt q adheretis dño deo vro:viuitis vniuersi vsq; in pñte die. Scitis q̄ docuerim vos pcepta atq; iustificias sicut mādauit mihi dñs de⁹ me⁹:sic facietis ea in tra quā possessuri estis ꝛ obseruabitis ꝛ implebitis opere. Hec est.n. vra sapia ꝛ itellect⁹ coram pplis:vt audiētes vniuersa pcepta hec dicāt. En pplis sapiēs ꝛ itelligens gens magna. Nec ē alia natio taz grādis q̄ habeat deos appropinquātes sibi:sic de⁹ nr adest cūctis obsecratiōib⁹ nris. Que.n. ē alia gens sic iclyta vt habeat cerimonias iusta qz iudicia ꝛ vniuersaz legē quā ego ꝓponaz hodie añ oculos vros? Custodi igit temetipsū ꝛ aīam tuā sollicite. Ne obliuiscaris verboꝝ q̄ viderūt oculi tui:ꝛ ne excidant ō cor de tuo cunctis diebus vite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos:die q̄ stetisti coram dño deo tuo in oreb q̄n dominus locut⁹ ē mihi dicēs. Congrega ad me populū vt audiāt ꝛmōes meos:ꝛ discant timere me oi tpe q̄ viuūt in tra:doceātq; filios suos. Et accessistis ad radices mōtis q̄ ardebat vsq; ad celū: erātq; in eo tenebre ꝛ nubes ꝛ caligo. Locutusq; ē dñs ad vos de medio ignis. Vocē verboꝝ eius audistis:ꝛ formā penit⁹ nō vidistis. Et ondit vobis pactum suū qō pcepit vt faceretis:ꝛ decē verba q̄ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mādauit illo tpe vt docerē vos cerimonias ꝛ iudicia: q̄ facere deberetis in terra quā possessuri estis. Custodite igit sollicite aīas vras. Non vidistis aliquā similitudinē in die q̄ locut⁹ ē vobis dñs in oreb de medio ignis:ne forte decepti faciatis vobis sculptā similitudinē:aut imaginē masculi vel femine:similitudinem oīum iumentoꝝ q̄ sunt sup terrā:vel auiū sub celo volantiū:atq; reptiliū q̄ mouent in terra:siue piscium q̄ sub terra morant in aquis:ne forte eleuatis oculis ad celū videas solē ꝛ lunā ꝛ oīa astra celi:ꝛ errore deceptꝰ adores ea ꝛ colas:q̄ creauit dñs de⁹ tuus in ministeriū cunctis gentib⁹ q̄ sub celo sūt. Vos aūt tulit dñs ꝛ eduxit de fornace ferrea egypti: vt haberet pplm hereditariū sicut ē in pñti die. Iratusq; ē dñs mihi ꝓpter ꝛmones vros:ꝛ iurauit vt non transirē iordanē nec ingrederer terrā optimā quaz daturus ē vobis. Ecce morior in hac humo:nō transibo iordanē:vos transibitis ꝛ possidebitis terraz egregiā. Caue ne q̄n obliuiscaris pacti dñi dei tui q̄ pepigit tecū:ꝛ facias tibi sculptā similitudinē eoꝝ q̄ fieri dñs ꝓhibuit. Quia dñs de⁹ tuus ignis ꝙsumens est:deus emulatoꝝ. Si genueris filios ac nepotes:ꝛ morati fueris in terra:ꝛceptiq; feceris vobis aliquā similitudinē patrantes malū coram dño deo vro vt eū ad iracundiā ꝓuocetis:testes inuoco hodie celū ꝛ terrā:cito perituros vos esse de tra:quā trāsito iordane possessuri estis. Nō habitabitis in ea longo tpe:sed delebit vos dñs atq; dispget in oēs gentes:ꝛ remanebitis pauci in nationib⁹ ad q̄s vos ducturus ē dñs. Ibiq; seruietis dijs q̄ hoium manu fabricati sūt:ligno ꝛ lapidi q̄ nō vident: nec audiunt:nec comedunt:nec odorant. Cūq; q̄sieris ibi dñm deū tuū inuenies eū:si tñ toto corde q̄sieris ꝛ tota tribulatōe aīe tue postq; te inuenerint oīa q̄ ꝓdicta sunt. Nouissimo aūt tpe reuerteris ad dominū deū tuū ꝛ audias vocē eius:qz deus miserator⁹ dñs deus tuus ē. Nō dimittet te nec oīno delebit:neq; obliuiscet pacti in q̄ iurauit pribus tuis. Interroga de diebus antiqs q̄ fuerūt añ te ex die quo creauit dñs deus hoiem sup terrā a sūmo celi vsq; ad sūmum eius:si facta ē aliq̄n huiuscemōi res:aut vnq̄ cognitū est:vt audiret pplus vocē dñi dei loquentis de medio ignis sicut tu audisti ꝛ vixisti:si fecit deus vt ingrederet ꝛ tolleret sibi gentē de medio nationū per tēptationes:signa atq; portēta ꝓ pugnā ꝛ robustā manū extentūq; brachium ꝛ horribiles visiones:iuxta oīa q̄ fecit ꝓ nobis dominus deus nr in egypto videntibus oculis tuis:vt scires q̄n dñs ipse est deus:ꝛ nō est alius ꝓter vnū. De celo te fecit audire vocē suā vt doceret te:ꝛ in terra oñdit tibi ignē suū maximū:ꝛ audisti verba illius de medio ignis:qz dilexit pres tuos ꝛ elegit semen eoꝝ post eos. Eduxitq; te ꝓcedens in virtute sua magna ex egypto vt deleret nationes maximas ꝛ fortiores te in itroitu tuo:ꝛ introduceret te: daretq; tibi terrā eaꝝ in possessionē:sicut cernis in pñti die. Scito ergo hodie ꝛ cogitato in corde tuo q̄ dñs ipse ē deus in celo sursū ꝛ in terra deorsuz ꝛ nō sit alius. Custodi ꝓcepta eius atq; mādata q̄ ego ꝓcipio tibi:vt bñ sit tibi ꝛ filijs tuis post te:ꝛ prolongeas multo tpe sup tertā quā dñs deus tuus daturus est tibi. Tunc separauit moyses tres ciuitates trans iordanē ad orientalem plagam vt confugeat ad eas q̄ occiderit nolēs ꝓximū suū: nec fuerit sibi inimicus añ vnū ꝛ alterū die:ꝛ ad harū aliquā vrbiū possit euadere:bosor in solitudine q̄ sita est in terra cāpestri de tribu ruben ꝛ ramoth in galaad q̄ est in tribu gad:ꝛ golam in basan q̄ ē in tribu manasse. Hec ē lex quā ꝓposuit moyses coram filijs isrl:ꝛ hec testimonia ꝛ cerimonie atq; iudicia q̄ locut⁹ ē ad filios isrl q̄n egressi sūt de egypto trans iordanē in valle ō phanū phogoz in terra seon regis amorrei:q̄ habitauit in esebon quē pcussit moyses. Filij q̄z isrl egressi ex egypto possederūt terrā eius ꝛ terrā og regis basan duoꝝ regum amorreoꝝ q̄ erant trans iordanē ad solis ortū ab aroer q̄ sita est sup ripā torrentis arnon vsq; ad montē sanir q̄ est ꝛ hermon:omne planitiē trans iordanē ad orientalē plagam vsq; ad mare solitudinis:ꝛ vsq; ad radices montis phasga.

VOcauitq; moyses oẽm israbelem:z dixit ad eũ. Audi isrl cerimonias atq; iudicia q̃ ego loquor ī auribus vr̃is hodie. Discite ea:z opꝫplete. dñs deus nr̃ pepigit nobiscum fedus in oreb. Nõ cũ patrib⁹ nr̃is iniit pactũ sed nobiscũ:q; in p̃sentiaꝫ sum⁹ z viuim⁹. Facie ad faciẽ locut⁹ ẽ nobis ī mõte de medio ignis. Ego seq̃ ster z medi⁹ fui iter deũ z vos in tp̃e illo:vt annunciarem vobis verba ei⁹. Timuistis.n. ignem z non ascẽdistis in montẽ. Et ait. Ego dñs de⁹ tu⁹ q; eduxi te de terra egypti de domo fuitutis. Nõ habebis deos alienos ī ꝓspectu meo. Nõ facies tibi sculptile nec fititudinẽ oĩum q̃ ī celo sũt desup:z que ī terra deorsũ:z q̃ versant in aqs sub terra. Nõ adorabis ea z nõ coles. Ego.n. sũ dñs deus tu⁹: deus emulator reddẽs iniqtatẽ patrũ sup filios ī tertiaz z quartã generationẽ bis q oderũt me:z faciẽs misericordiã ī multa milia:diligẽtib⁹ me z custodiẽtib⁹ p̃cepta mea. Nõ vsurpabis nomẽ dñi dei tui frustra:qz nõ erit ipunitus q sup re vana nomẽ eius assũpserit. Observa diẽ sabbati vt sanctifices eũ: sicut p̃cepit tibi dñs deus tu⁹. Sex diebus opaberis z facies oĩa opa tua. Septim⁹ dies sabbati ẽ.i. reges dñi dei tui. Nõ facies in eo quicq̃ opis:tu z filius tuus z filia:fuus z ancilla:bos z asin⁹: z omne iumentũ tuũ:z pegrin⁹ q ẽ ītra portas tuas:vt requescat fuus z ancilla tua sicut z tu. Memẽto q; z ipse fuieris ī egypto:z eduxerit te ide dñs de⁹ tu⁹ in manu forti z brachio extẽto. Idcirco p̃cepit tibi vt observares diẽ sabbati. Honora p̃rem tuum z matrẽ:sicut p̃cepit tibi dñs deus tuus:vt lõgo viuas tp̃e:z bene sit tibi ī terra quã dñs deus tu⁹ daturus ẽ tibi. Nõ occides:neq; mechaberis:furtũq; nõ facies:nec loq̃ris ꝯ ꝓximũ tuũ falsum testimoniũ. Nõ ꝯcupisces vxorẽ ꝓximi tui:nõ domũ:nõ agrũ:nõ seruũ:nõ ancillã:nõ bouẽ:nõ asinũ:z vniuersa q̃ illi⁹ sũt. Nec verba locut⁹ est dñs ad oẽm multitudinẽ vr̃am ī mõte:de medio ignis z nubis z caliginis:voce magna:nihil addens ãplius:z scripsit ea ī duab⁹ tabulis lapideis q̃s tradidit mihi. Vos aũt postq̃ audistis vocẽ de medio tenebraꝫ: z montẽ ardere vidistis:accessistis ad me oēs ꝓncipes tribuũ z maiores natu:atq; dixistis. Ecce ostẽdit nobis dñs deus nr̃ maiestatẽ z magnitudinẽ suã. Vocẽ.n. eius audiuim⁹ de medio ignis:z ꝓbauimus hodie q; loquente deo cũ hoĩe vixerit hõ. Aur g̃ moriemur z deuorabit nos ignis hic maximus. Si.n. audierim⁹ vltra vocẽ dñi dei nr̃i moriemur. Quid ẽ oĩs caro vt audiat vocẽ dei viuẽtis q; de medio ignis loqtur sicut nos audiuim⁹ z possit viuere? Tu magis accede:z audi cũcta q̃ dixerit dñs deus nr̃ tibi:loq̃risq; ad nos:z nos audientes faciem⁹ ea. Nõ cũ audisset dñs:ait ad me. Audiui vocẽ verbor̃ ppli hui⁹ que locuti sũt tibi. Bñ oĩa sunt locuti. Quis det talẽ eos habere mentẽ vt timeãt me z custodiãt vniuersa mãdata mea in oi tp̃e:vt bñ sit eis z filijs eor̃ in sẽpiternũ? Vade g̃ z dic eis. Reuertimini in tẽtoria vr̃a. Tu vo hic sta mecũ z loquar tibi oĩa mandata mea z cerimonias atq; iudicia q̃ docebis eos vt faciãt ea ī terra quã dabo illis ī possessionẽ. Custodite igit z facite q̃ ꝓcepit dñs deus vobis. Nõ declinabitis neq; ad dexterã neq; ad sinistrã: sed p viã quã ꝓcepit dñs de⁹ vester ãbulabitis:vt viuatis z bñ sit vobis:z ꝓtelentur dies vestri in terra possessiõis vestre.

VI

Hec sunt p̃cepta z cerimonie atq; iudicia q̃ mãdauit dñs deus vester vt docerẽ vos vt faciatis ea ī terra ad quã transgredimini possidendã:vt timeas dñs deũ tuũ:z custodias oĩa mãdata ac p̃cepta ei⁹ q̃ ego p̃cipio tibi z filijs ac nepotibus tuis cunctis dieb⁹ vite tue:vt plongẽtur dies tui. Audi isrl z observa vt facias q̃ p̃cepit tibi dñs:z bene sit tibi:z multiplicer⁹ ampli⁹: sicut pollicit⁹ ẽ dñs de⁹ patrũ tuor̃ tibi terrã lacte z mel le'manantẽ. Audi isrl. Dñs de⁹ vr̃ de⁹ vn⁹ est. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo:z ex tota aĩa tua:z ex tota fortitudine tua. Erũtq; verba hec q̃ ego p̃cipio tibi hodie ī corde tuo:z narrabis ea filijs tuis:z meditaberis sedẽs ī domo tua:z ambulans ī itinere dormiẽs atq; ꝓsurgẽs:z ligabis ea q̃si signũ in manu tua:erũtq; z mouebunt iter oculos tuos:scribesq; ea in limine z ostijs domus tue. Cũq; ītroduxerit te dñs de⁹ tuus in terrã p q̃ iurauit p̃ribus tuis abrahã isaac z iacob:z ōderit tibi ciuitates magnas z optimas q̃s nõ edificasti:domos plenas multaꝫ opũ q̃s ñ extruxisti:cisternas q̃s nõ fodisti:vineta z oliueta q̃ nõ plantasti:z comederis z saturatus fueris:caue diligent̃ ne obliuiscar⁹ dñi dei tui:q; eduxit te de terra egypti ō domo fuitutis. Dñm deũ tuũ timebis:z ipi fuies:ac p nomẽ illius iurabis. Nõ ibitis post deos alienos cunctaꝫ gentiũ q̃ in circuitu vr̃o sunt:qm dñs de⁹ emulator dñs de⁹ tuus in medio tui:neq; irascat furor dñi dei tui ꝯ te:z auferat te ō superficie terre. Nõ tẽptabis dñm deũ tuũ:sicut tẽptasti in loco tẽptationis. Custodi p̃cepta dñi dei tui ac testimonia z cerimonias q̃s p̃cepit tibi:z fac qō placitũ est z bonũ in ꝓspectu dñi vt bñ sit tibi:z ingressus possideas terrã optimã de q̃ iurauit dñs p̃ribus tuis:vt ōleret oēs inimicos tuos corã te:sicut locutus ē. Cũ ī terrogauerit te filius tuus cras dicẽs:qd sibi volunt testimonia hec z cerimonie atq; iudicia que p̃cepit dñs deus nr̃ nobis:dices ei. Serui eramus pharaonis ī egypto z eduxit nos dñs de egypto ī manu forti:fecitq; signa atq; ꝓdigia magna z pessima ī egypto ꝯ pharaonẽ z oẽm domũ illi⁹ in cõspectu nr̃o:z eduxit nos ide vt ītroduct⁹ daret terram sup q̃ iurauit p̃ribus nr̃is. Precepitq; nobis dñs vt faciamus oĩa legitima hec: z timeam⁹ dñm deũ nr̃m vt bñ sit nobis cunctis dieb⁹ vite nre sicẽ hodie. Eritq; nr̃i misericors: si custodierimus z fecerim⁹ oĩa precepta ei⁹ corã dño deo nr̃o sicut mandauit nobis.

VII

Cum vo ītroduxerit te dñs ds tuus iterrã quã possessurus ingredieris: z deleuerit

gentes multas coꝝ̃ te: etheū ⁊ gergeꝫeū ⁊ ãmoꝛ/reū ⁊ chananeū ⁊ pherezeū ⁊ eueū ⁊ iebuseum: ſe/ptẽ gentes multo maioꝛ numeri q̃s tu es ⁊ robu/ſtiores te: tradideritq; eas dñs deꝰ tuus tibi: pcu/ties eas vsq; ad ĩternitionẽ. Nõ inibis cũ eis fedꝰ nec miserebeꝛ eaꝝ: neq; sociabis cũ eis ꝓlugia. Fi/liã tuã nõ dabis filio eiꝰ: nec filiã illiꝰ accipies filio tuo: qꝛ seducet filiũ tuũ ne sequaꝫ me: ⁊ vt magꝭ ſeꝛ/uiat dijs alienis. Iraſcet̃q; furoꝛ dñi: ⁊ delebit te cito. Quin potius hec facietꝭ eis. Aras coꝝ̃ subuer/tite: ⁊ ꝓfringite ſtatuas: lucoſq; ſuccidite: ⁊ sculpti/lia ꝓburite: qꝛ ppl's sãctus es dño deo tuo. Te ele/git dñs deus tuus vt ſis ei ppl's peculiarꝭ de cunctꝭ ppl'is q̃ ſũt ſup̃ terrã. Nõ qꝛ cũctas gentes nume/ro vincebatꝭ: vobis iunctꝰ ẽ dñs: ⁊ elegit vos: cum oĩbus ſitis ppl'is pauciores: ſed qꝛ dilexit vos dñs ⁊ cuſtodiuit iuramentũ qꝫ iurauit pꝛibus veſtriſ. Eduxitq; vos ĩ manu foꝛti ⁊ redemit ꝺ: domo ſer/uitutꝭ: de manu pharaõis regꝭ egypti: ⁊ sciesꝫ qꝛ do/minꝰ deus tuus ipſe ẽ deus foꝛtꝭ ⁊ fidelis: cuſtodi/ens pactũ ⁊ miſericoꝛdiã diligentibꝰ ſe: ⁊ his q̃ cu/ſtodiunt ꝓcepta eiꝰ ĩ mille generatiões: ⁊ reddens odientibꝰ ſe ſtatĩ: ita vt diſpdat eos ⁊ vltra nõ dif/ferat: ꝓtinꝰ eis reſtituẽs qꝫ merentꝭ. Cuſtodi ergo ꝓcepta ⁊ cerimonias atq; iudicia q̃ ego mãdo tibi hodie vt facias. Si poſtq; audieꝝ̃ hec iudicia: cu/ſtodieꝝ̃ ea ⁊ fecerꝭ: cuſtodiet dñs deꝰ tuus pactum tibi ⁊ miſericoꝛdiã quã iurauit pꝛibus tuis: ⁊ dili/get te ac multiplicabit bñdicetq; fructui ventris tui: ⁊ fructui terre tue: frumẽto tuo atq; vindemie: oleo ⁊ armentꝭ gregibus ouiũ tuaꝝ̃ ſup̃ terrã: ꝓ q̃ iurauit pꝛibus tuis vt daret eã tibi. Bñdictus eris ĩter oẽs ppl'os. Nõ erit apud te ſterilis vtriuſq; ſe/xus: tã in hõib' q̃s in gregib' tuis. Auferet dñs a te oẽm lãguoꝛẽ: ⁊ ĩfirmitates egypti peſſimas quas nouiſti nõ ĩferet tibi: ſed cunctꝭ hoſtib' tuis. Deuo/rabis oẽs ppl'os quos dñs deꝰ tuꝰ datur' eſt tibi. Nõ parcet eis oculꝰ tuꝰ: nec ſuies dijs eoꝝ: ne ſint in ruinã tui. Si dixeꝝ̃ in coꝝde tuo: plures ſunt gen/tes iſte q̃s ego: quõ potero delere eas? noli metue/re: ſed recoꝛdare q̃ fecerit dñs deꝰ tuꝰ pharaoni ⁊ cunctꝭ egyptijs plagas maximas quas viderunt oculi tui: ⁊ ſigna atq; poꝛtenta: manũq; robuſtã ⁊ extentũ bꝛachiũ: vt educeret te dñs deꝰ tuus. Sic faciet cunctꝭ ppl'is quos metuis. Inſup̃ ⁊ crabꝛões mittet dñs deꝰ tuꝰ ĩ eos donec deleat oẽs atq; diſ/pdat q̃ te fugerit ⁊ latere nõ poterĩt. Nõ timebis eos: qꝛ dñs deꝰ tuꝰ in medio tui ẽ: deꝰ magnꝰ ⁊ ter/ribilis. Ipſe ꝓſumet natiões bas in conſpectu tuo paulatĩ atq; per ptes. Nõ poteꝝ̃ eas delere pariꝫ: ne forte multiplicentꝫ ꝛ te beſtie terre. Habitq; eos dñs deꝰ tuꝰ in ſpectu tuo: ⁊ iterficiet illos donec penitꝰ deleanꝫ. Tradetq; reges eoꝝ̃ in manꝰ tuas ⁊ diſpdes noĩa eoꝝ̃ ſub celo. Nullꝰ poterit reſiſte/re tibi: donec ꝺteras eos. Sculptilia eoꝝ̃ igne cõ/bures. Nõ ꝺcupiſces argentũ ⁊ aurũ: de quib' fa/cta ſũt: neq; aſſumes ex eis tibi quicq; ne offẽdas ꝑpter ea: qꝛ abhominatio ẽ dñi dei tui: nec inferes quippiã ex idolo in domũ tuam: ne ſias anathẽa: ſicut ⁊ illud eſt. Quaſi ſpurcitiã deteſtaberiſ; ⁊ vẽ/lut inquinamentũ ac ſoꝛdes abhominationi habe bis: qꝛ anathema eſt. VIII

Omne mandatũ qꝫ ego ꝓcipio tibi hodie caue diligẽter vt facias vt poſſitꝭ viuere ⁊ multiplicemini: ĩgreſſiq; poſſideatꝭ ter/ram ꝑ qua iurauit dñs patribꝰ veſtrꝭ. Et recoꝛda/beriſ; cuncti itinerꝭ ꝑ qꝫ adduxit te dñs deꝰ tuus q̃ draginta ãnis per deſertũ vt affligeret te atq; tem/ptaret: ⁊ nota fierent q̃ ĩ tuo aĩo verſabantꝭ: vtrũ cu/ſtodires mandata illiꝰ an nõ. Afflixit te penuria: ⁊ dedit tibi cibũ manna qꝫ ignoꝛabas tu ⁊ pꝛes tui vt oſtẽderet tibi: qꝺ nõ in ſolo pane viuit homo: ſꝫ in oĩ verbo qꝫ egredit̃ de oꝛe dñi. Veſtimentum tuũ q̃ operiebaꝝ̃ nequaq; vetuſtate defecit: ⁊ pes tuus nõ eſt ſubtritꝰ. En q̃drageſimꝰ annꝰ eſt: vt re/cogites in coꝝde tuo: qꝛ ſicut erudit filiũ ſuũ hõ: ſic dñs deꝰ tuꝰ erudiuit te vt cuſtodias mandata dñi dei tui ⁊ ãbules in vijs eiꝰ: ⁊ timeas cũ. Dñs enim deꝰ tuꝰ ĩtroducet te ĩ terrã bonã: terrã riuoꝝ̃ aquaꝝ̃ q; ⁊ fontiũ: in cuiꝰ cãpis ⁊ montibꝰ erũpunt flu/uioꝝ̃ abyſſi: terrã frumenti oꝛdei ac vineaꝝ̃: ĩ qua ficus ⁊ malogranata ⁊ oliueta naſcũt̃: terrã olei ac mellis: vbi abſq; vlla penuria comedes panẽ tuũ: ⁊ rerũ oĩum abũdantia pfruerꝭ: cuiꝰ lapides ferꝝ̃ ſunt: ⁊ de montibꝰ eiꝰ eris metalla fodiũt̃: vt cũ co/mederiſ; ⁊ ſatiatꝰ fueriſ; bñdicas dño deo tuo ꝑ ter/ra optima quã dedit tibi. Obſerua ⁊ caue ne quan/do obliuiſcariſ; dñi dei tui: ⁊ negligas mãdata eius atq; iudicia ⁊ cerimõias q̃s ego ꝓcipio tibi hodie: ne poſtq; comederiſ; ⁊ ſatiatꝰ fueriſ; domos pulchras edificaueriſ; ⁊ hĩtaueriſ; in eis: habueriſq; armẽta bo/um: ⁊ ouiũ greges: argẽti ⁊ auri cuuctarũq; rerum copiã: eleueꝫ coꝝ̃ tuũ: ⁊ nõ reminiſcariſ; dñi dei tui q̃ eduxit te ꝺ terra egypti de domo ſeruitutꝭ: ⁊ ductoꝛ tuꝰ fuit in ſolitudĩe magna atq; terribili: in q̃ erat ſerpẽs flatu adurẽs: ⁊ ſcoꝛpio ac dipſas ⁊ nulle oĩo aque: q̃ eduxit riuos de petra duriſſima: ⁊ cibauit te manna in ſolitudine qꝫ neſcierũt patres tui. Et poſtq; afflixit ac ꝓbauit: ad extremũ miſertꝰ ẽ tui: ne diceres ĩ coꝝde tuo: foꝛtitudo mea ⁊ robur ma/nus mee hec mihi oĩa ꝑſtiterunt: ſed recoꝛderiſ; do/mini dei tui q̃ ipſe vires tibi ꝑbuerit: vt ipleret pa/ctum ſuũ ſup̃ quo iurauit patribꝰ tuis ſicut pñs ĩdi/cat dies. Si in aũt oblitꝰ dñi dei tui: ſecutꝰ fueriſ; deos alienos: coluerisq; illos ⁊ adoꝛaueriſ; ecce nunc ꝓdico tibi q̃ oĩo diſpeas. Sicut gẽtes q̃s deleuit dñs in ĩtroitu tuo: ita ⁊ vos peribitꝭ ſi ĩobedietes fueritis voci dñi dei veſtri. IX

Audi iſrl. Tu tranſgredieꝝ̃ hodie iordanẽ vt poſſideas natiões maximas ⁊ foꝛtiſ/ſimas te: ciuitates ĩgentes: ⁊ ad celũ vsq; mu/ratas: ppl'm magnũ atq; ſublimẽ: filios enachim q̃s ipſe vidiſti ⁊ audiſti: quibꝰ nullꝰ põt ex aduerſo reſiſtere. Scies ergo hodie q̃ dñs deꝰ tuꝰ ipſe tra/ſibit añ te ignis deuoꝛãs atq; ꝓſumens: q̃ cõterat eos: ⁊ deleat atq; diſpdat añ faciẽ tuã velociter: ſic

lōcut⁹ est tibi. Ne dicas ī corde tuo cū deleuerit eos dñs de⁹ tu⁹ in ꝯspectu tuo: ꝓpter iustitiā meā introduxit me dñs vt terrā hanc possiderē: cū ꝓpter ipietates suas iste delete sint natiōes. Neque enī ꝓpter iusticias tuas z equitatē cordis tui ingredier vt possideas terras eaꝝ: sz qz ille egerūt impie: introeunte te delete sūt: z vt ꝯpleret verbū suū dñs qō sub iuramēto pollicit⁹ ē pribus tuis abz hā isaac z iacob. Scito ergo q̄ nō ꝓpter iusticias tuas dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi terrā hāc optimam ī possessionē: cū duriſſime cernicis sis pplus. Memēto z ne obliuiſcaris quō ad iracūdiā ꝓuocaueris dominū deū tuū in solitudine: z ex eo die q̄ egressus es ex egypto vsqz ad locū istū sēper aduersū dñm ꝯtendisti. Nā z in oreb ꝓuocasti eum: z iratꝰ delere te voluit: qñ ascendi in montē vt acciperē duas tabulas lapideas pacti qō pepigit vobiscū de⁹. Et pseueraui in montē quadraginta diebꝰ ac noctibꝰ: panē nō comedēs z aquā nō bibēs. Deditqz mihi dñs duas tabulas lapideas scriptas digito dei: z ꝯtinentes oīa verba q̄ vobis locut⁹ ē ī monte de medio ignis qñ cōtio pplī ꝯgregata ē. Cūqz trāsissent q̄draginta dies z totidē noctes dedit mihi dñs duas tabulas lapideas: tabulas federis: dixitqz mihi. Surge z descēde hinc cito: qz populus tu⁹ quē eduxisti de egypto deseruerūt velociē viā quā demostrasti eis: feceruntqz sibi conflatile. Rursūqz ait dñs ad me. Cerno q̄ pplus iste dure cernicis sit. Dimitte me vt ꝺterā eū: z deleā nomē eī de sub celo: z ꝯstituā te sup gentē q̄ hac maioꝝ z fortioꝝ sit. Cūqz de mōte ardente descenderez: z duas tabulas federꝭ vtraqz tenerē mānu: vidissēqz peccasse vos dño deo vr̄o: z fecisse vobis vitulū cōflatilē: ac deseruisse velociē viā eī quā vobis oīderat: pieci tabulas de manibꝰ meis: ꝓfregiqz eas in ꝯspectu vr̄o. Et ꝓcidi añ dñm sicut ꝓus q̄draginta diebꝰ z noctibꝰ: panē nō comedēs z aquam nō bibēs: ꝓpter oīa pcta vr̄a q̄ gessistis ꝺ dñm: z eū ad iracūdiā ꝓuocastis. Timui enim īdignationē z iram illiꝰ: q̄ aduersū vos ꝯcitat⁹: delere vos voluit. Et exaudiuit me dñs etiā hac vice. Iduersum aaron quoqz vehemēt irat⁹ voluit eū ꝺterē: z ꝓ illo sit⁹ depcatus sū. Pctm aūt vr̄m qō fecerat is. i. vitulū: arripiēs igne ꝯbussi: z in frustra cōminuens oīo q̄s in puluerē redigēs: pieci in torrentē q̄ de mōte descēdit. In icendio q̄s z ī tēptatione z ī sepulchris ꝯcupiscentie ꝓuocastⁱ dñm: z qñ mi sit vos de cades barne dicēs: ascendite z possidete terrā quā dedi vobis: z ꝺtēpsistis īperiū dñi dei vr̄i: z nō credidistⁱ ei: neqz voce ei⁹ audire voluistis: sz semp fuistis rebelles a die q̄ vos nosse cepi. Et iacui corā dño q̄draginta diebꝰ ac noctibus: q bus eū suppliciter depcabar: ne deleret vos vt fuerat cōminatus: z orans dixi. Dñe deus ne dispdas pplm tuū z hereditatē tuā quā redemisti ī magnitudine tua: quos eduxisti de egypto ī manu forti. Recordare fuoꝝ tuoꝝ: abzahā isaac z iacob. Ne aspicias duritiā pplī huⁱ z impietatē atqz pctm̄ ne forte dicāt habitatores terre de qua eduxisti nos. Nō poterat dñs introducere eos ī terrā quā pollicitus ē eis: z oderat illos: idcirco eduxit vt interficeret eos ī solitudie q̄ sūt pplⁱ tu⁹ z hereditas tua q̄s eduxisti ī fortitudine tua magna z in brachio tuo extento.

X

In tpe illo dixit dñs ad me. Dola tibi duas tabulas lapideas sicut ꝑores fuerūt: z ascēde ad me in montē: faciesqz archaz lignea: z scribā ī tabulis verba q̄ fuerūt in his quas añ ꝯfregisti: ponesqz eas ī archa. Feci igit archam de lignis sethim. Cūqz dolassem duas tabulas lapideas īstar ꝑor: ascēdi in montē habēs eas ī manib⁹. Scripsitqz ī tabulis iux id quod ꝑus scripserat verba decē q̄ locut⁹ ē dñs ad vos in monte de medio ignis qñ pplⁱs ꝯgregat⁹ ē: z ōdit eas mihi. Reuersusqz de mōte descēdi: z posui tabulas ī archam quā fecerā: q̄ bucusqz ibi sunt sicut mihi ꝑcepit dñs. Filij aūt isrl mouerūt castra ex beroth filioꝝ iachan ī mosera: vbi aarō mortu⁹ z sepult⁹ ē: ꝓ quo sacerdotio functⁿ ē eleazar filⁱ⁹ eius. Inde venerunt ī gadgad: de q̄ loco ꝓfecti: castrametati sūt in iethabatha ī terra aquaꝝ atqz torrentiū. Eo tpe segregauit tribū leui: vt portaret archā federꝭ dñi: z staret corā eo ī ministerio ac bñdiceret ī noīe illius vsqz in pñtem diē. Quāobrē nō habuit leui pte m neqz possessionē cū fratribꝰ suis: qz ipse dñs possessio ei⁹ ē: sicut ꝓmisit ei dñs de⁹ tu⁹. Ego āt steti ī mōte sicut ꝑus q̄draginta diebꝰ ac noctibus: exaudiuitqz me dñs etiā hac vice: z te pdere noluit. Dixitqz mihi. Uade z pcede pplm vt ingrediat z possideat terrā quā iurauī patribꝰ eoꝝ: vt tradere eis. Et nūc isrl qd dñs de⁹ tuus petit a te: nisi vt timeas dñm deū tuū: z ābules ī vijs ei⁹: z diligas eū: ac seruias dño deo tuo: ī toto corde tuo z ī tota aīa tua: custodiasqz mādata dñi z cerimonias eius q̄s ego hodie pcipio tibi vt bñ sit tibi. En dñi dei tui celū est: z celū celi: terra z oīa q̄ in ea sunt: z tñ patribꝰ tuis ꝯglutinat⁹ ē dñs z amauit eos: elegitqz semē eoꝝ post eos. i. vos de cunctis gentibꝰ: sicut hodie ꝯprobat. Circūcidite igit ꝑputiū cordis vr̄i z ceruicē vr̄am ne īduretⁱ āpliⁿ: qz dñs de⁹ vr̄ ipe est de⁹ deoꝝ z dñs dñantiū: de⁹ magn⁹ z potens z terribilis: q̄ ꝓsonā nō accipit nec munera. Facit iudiciū pupillo z vidue: amat pegrinū: z dat ei victū atqz vestitū. Et vos ergo amate pegrinos: qz z ipi fuistis aduene in terra egypti. Dñm deū tuū timebis: z ei soli seruies. Ipsi adherebis: iurabisqz in noīe illius. Ipse est laus tua z deus tuus qui fecit tibi hec magnalia z terribilia que viderunt oculi tui. In septuaginta aīabus descenderūt pres tui ī egyptū: z ecce nunc multiplicauit te dñs deus tu⁹ sicut astra celi.

XI

Ama itaqz dñz deū tuū: z obserua ꝑcepta eius z cerimonias iudicia atqz mandata oī tpe. Cognoscite hodie q̄ ignorāt filij vestri q nō viderūt disciplinā dñi dei vr̄i: magnalia eius z robustā manū extentūqz brachium: signa z

opera q̄ fecit ī medio egypti pharaoni regi ⁊ vni-
uerse terre ei⁹: oīq3 exercitui egyptioꝝ:⁊ equis ac
currib⁹:quō operuerint eos aq̄ maris rubri: cum
vos psequerent̄:⁊ deleuerit eos dn̄s vsq3 in pn̄tē
diē:vobisq3 q̄ fecerit ī solitudine donec veniretis
ad būc locū:⁊ dathan atq3 abirō filijs eliab q̄ fuit
fili⁹ ruben q̄s apto ore suo terra absorbuit cū do-
mib⁹ ⁊ tabernaculis ⁊ vniuersa substātia eoꝝ quā
habebāt ī medio isrl. Oculi vri viderūt oīa opera
dn̄i magna q̄ fecit:vt custodiat̄ vniuersa mādata
illius q̄ ego hodie pcipio vobis ⁊ possitis ītroire ⁊
possidere terrā ad quā īgredimini:multoq3 in ea
vmatis tpe:quā sub iuramēto pollicitus ē dn̄s pri-
bus vris ⁊ semini eoꝝ lacte ⁊ melle manantē. Ter-
ra enī ad quā īgredier̄ possidendā nō ē sicut terra
egypti de q̄ existi:vbi iacto semīe in hortoꝝ mo
re aque ducunt̄ irrigue: sed montosa ē ⁊ cāpestris
de celo expectans pluuias:quā dn̄s de⁹ tuus semp
ītuit̄:⁊ oculi illi⁹ in ea sūt a pncipio āni vsq3 ad fi-
nē ei⁹. Si ergo obedierit̄ mandat̄ meis q̄ ego ho
die pcipio vobis vt diligat̄ dn̄m deū vrm ⁊ ſuia
tis ei in toto corde vro ⁊ in tota aīa vra:dabit plu
uiam terre vre tēporaneā ⁊ serotinā vt colligatis
frumentū ⁊ vinū ⁊ oleū fenūq3 ex agr̄ ad pascēda
iumēta:⁊ vt ipsi comedat̄ ac saturemini. Cauete
ne forte dicipiat̄ cor vrm ⁊ recedat̄ a dn̄o: seruia
tisq3 diis alienis ⁊ adoret̄ eos: iratusq3 dn̄s clau-
dat celū:⁊ pluuie nō descēdant:nec ſra det germē
suū:pereatisq3 velociť de terra optā quā dn̄s da-
turus ē vobis. Ponite hec verba mea ī cordibus
⁊ ī animis vris:⁊ suspēdite ea p signo in manib⁹:
⁊ īter oculos vros collocate. Docete filios vros
vt illa meditent̄. Cū sederis ī domo tua ⁊ ābula-
ueris ī via:⁊ accubuer̄ atq3 surrexer̄:scribes ea su
per postes ⁊ ianuas dom⁹ tue vt mltiplicent̄ dies
tui ⁊ filioꝝ tuoꝝ in terra quā iurauit dn̄s patrib⁹
tuis:vt daret eis q̄diu celū īminet terre. Si enim
custodierit̄ mandata que ego pcipio vobis:⁊ fece
ritis ea vt diligat̄ dn̄m deū vrm:⁊ ābulet̄ in oīb⁹
vijs ei⁹ adherentes ei:disperdet dn̄s oēs gētes istas
añ faciē vram:⁊ possidebit̄ eas q̄ maiores sunt ⁊
fortiores vobis. Oīs locus quē calcauerit pes vr̄:
vester erit. A deserto ⁊ libano ⁊ flumīe magno eu-
phrate vsq3 ad mare occidētale erūt termini vri.
Nullus stabit ꝰ vos. Terrorē vrm ⁊ formidinez
dabit dn̄s deus vester sup oēm terrā quā calcatu
ri estis:sicut locut⁹ ē vobis. Ecce ppono ī conspectu
vro hodie bn̄dictionē ⁊ maledictionē. bn̄dictio-
nē si obedierit̄ mādatis dn̄i dei vri q̄ ego hodie p
cipio vobis:maledictionē si nō obedierit̄ manda
tis dn̄i dei vri:isq3 recesserit̄ de via quā ego nunc
ostēdo vobis ⁊ ābulauerit̄ post deos alienos q̄s
ignorat̄. Cū vo ītroduxerit te dn̄s de⁹ tuus ī terrā
ad quā pergis habitandā: pones bn̄dictionē sup
montē gariçim:maledictionē sup montē hebal q̄
sunt trans iordanē post viā que vergit ad solis oc
cubitū:in terra chananei q̄ habitat in cāpestribus
ꝰ galgalā que est iuxta vallē tendentē ⁊ ītrantem
pcul. Vos enim transibitis iordanē vt possideat̄
terram quā dn̄s deus vester daturus est vobis:vt
habeatis ⁊ possideat̄ illam. Videte ergo vt ipleā
tis cerimonias atq3 iudicia que ego hodie ponam
in conspectu vestro. XII

Hec sunt precepta atq3 iudicia que facere ꝰ
betis in terra quā dn̄s deus patrū tuoꝝ
daturus ē tibi vt possideas eā cunct̄ die
bus quib⁹ sup humū gradier̄. Subuertite oīa lo
ca in q̄bus coluerunt gētes q̄s possessuri est̄: de
os suos:sup montes excelsos ⁊ colles ⁊ subter oē
lignū frondosū. Dissipate aras eaꝝ ⁊ cōfringite sta-
tuas:lucos igne cōburite:⁊ idola cōminuite: disp-
dite nōa eoꝝ de locis illis. Nō faciet̄ ita dn̄o deo
vro:sed ad locū quē elegerit dn̄s deus vester de
cunct̄ tribub⁹ vris vt ponat nomē suū ibi ⁊ habi
tet in eo:veniet̄ ⁊ offeret̄ in loco illo holocausta ⁊
victimas vestras:decimas ⁊ pmitias manuū ve-
straꝝ:⁊ vota atq3 donaria pmogenita boum ⁊ ouī
um:⁊ comedet̄ ibi in cōspectu dn̄i dei vri:ac leta-
bimini in cunct̄ ad que miserit̄ manū vos ⁊ do-
mus vre ī quib⁹ bn̄dixerit vobis dn̄s de⁹ vester.
Non facient̄ ibi q̄ nos hic facim⁹ hodie:singuli qō
libi rectuz videť. Neq3 enī vsq3 in psens tēpus ve
nistis ad requiē ⁊ possessionē:quā dn̄s de⁹ vester
daturus ē vobis. Trāsibit̄ iordanē ⁊ habitabitis
in terra quā dn̄s deus vester daturus ē vobis vt
requiescat̄ a cunct̄ hostib⁹ p circuitū:⁊ absq3 vllo
timore habitet̄ in loco quē elegerit dn̄s deus vr̄
vt sit nomen ei⁹ in eo. Illuc oīa que pcipio offere-
tis:holocausta ⁊ hostias ac ōcimas ⁊ pmitias ma
nuum vestraꝝ:⁊ quicqd pcipuuz est in munerib⁹
que vouistis dn̄o. Ibi epulabimini coꝝ dn̄o deo
vestro:vos ⁊ filij ⁊ filie vre:famuli ⁊ famule: atq3
leuites q̄ in vris vrbib⁹ ꝯmorat̄. Neq3 enī habet
aliā partē ⁊ possessionē īter vos. Caue ne offeras
holocausta tua in oī loco quē videŕ:sed in eo quē
elegerit dn̄s in vna tribuū tuaꝝ offeres hostias: ⁊
facies q̄cūq3 pcipio tibi. Si āt comedere volueris
⁊ te esus carnū ōlectauerit:occide ⁊ comede iux
ta bn̄dictionē dn̄i dei tui quā dedit tibi in vrbib⁹
tuis:siue īmundū fuerit hoc est maculatū ⁊ debile
siue mundū:hoc est ītegrū ⁊ sine macula qō offer̄
licet:sicut capreā ⁊ cervū comedes:absq3 esu dū
taxat sāguinis quē sup terrā quasi aquā effundes.
Non poteris comedere in oppidis tuis decimam
frumēti ⁊ vini ⁊ olei tui: pmogenita armentoꝝ ⁊
pecoꝝ:⁊ oīa q̄ voueris ⁊ sponte offerre voluer̄ ⁊
pmitias manuū tuaꝝ:sed coꝝ dn̄o deo tuo come
des ea in loco quē elegerit dn̄s deus tu⁹:tu ⁊ filius
tu⁹ ⁊ filia ⁊ seru⁹ ⁊ famula atq3 leuites q̄ manet in
vrbib⁹ tuis:⁊ letaber̄ ⁊ reficieris coꝝ dn̄o deo
tuo in cunct̄ ad q̄ extender̄ manū tuā. Caue ne ō
relinquas leuiten in oī tēpore quo versat̄ ī terra.
Quando dilatauerit dn̄s de⁹ tu⁹ terminos tuos:si
cut locutus ē tibi:⁊ voluer̄ vesci carnib⁹ quas de-
siderat aīa tua:loc⁹ aūt quē elegerit dn̄s de⁹ tuus
vt sit nomē ei⁹ ibi:si pcul fuerit:occides ō armēt̄

ꝛ pecoꝛib⁹ que habuer⁹ sicut ꝑcepit tibi: ꝛ comedes in oppidis tuis vt tibi placet. Sicut comedit capꝛea ꝛ ceruus: ita vescer⁹ eis: ꝛ mund⁹ ꝛ īmund⁹ in cōmune vescent: hoc solū caue ne sanguinez comedas. Sanguis enī eoꝛ ꝑ aīa est: ꝛ idcirco nō ō bes aīam comedere cū carnib⁹: sed sup terrā fundes quasi aquā: vt bene sit tibi ꝛ filijs tuis post te. cū fecer⁹ qō placet in ꝺspectu dñi. Que aūt sāctificauer⁹ ꝛ vouer⁹ dño: tolles ꝛ vēies ad locū quē elegerit dñs: ꝛ offeres oblationes tuas carnē ꝛ sāguinem sup altare dñi dei tui. Sanguinē hostiaꝝ tundes in altari: carnib⁹ aūt ipe vescer⁹. Obserua ꝛ audi oīa que ego ꝑcipio tibi vt bñ sit tibi ꝛ filijs tuis post te in sempiternū: cū fecer⁹ qō bonū est ꝛ placi tū in ꝺspectu dñi dei tui. Qñ diuiserit dñs ō us tuus añ faciē tuā gentes ad quas igredier⁹ possidendas: ꝛ possederis eas atq; habitaueꝛ⁹ in terra eaꝝ: caue ne imiter⁹ eas postq̄ te fuerint introeū te subuerse: ꝛ requiras cerimonias eaꝝ dicēs. Sic colueꝛūt gentes iste deos suos: ita ꝛ ego colā. Nō facies similiter dño deo tuo. Oēs enī abhominationes quas auersaī dñs: fecerūt dijs suis offerentes filios ꝛ filias: ꝛ cōburentes igni. Quod ꝑcipio tibi hoc tantū facito domino: nec addas quicquā nec minuas. XIII

Si surrexerit in medio tui ꝓphetes aut q somniū vidisse se dicat: ꝛ pdixerit signuz atq; poztentū: ꝛ euenerit qō locut⁹ est: ꝛ dixerit tibi: eamus ꝛ sequamur deos alienos q̄s ignoras ꝛ seruiamus eis: nō audies verba ꝓphete illi⁹ aut somniatoꝛ⁹: qz tēptat vos dñs deus vester vt palā fiat vtrū diligat⁹ eū an nō in toto coꝛde ꝛ in tota aīa vra. Dñm deū vrm sequimini ꝛ ipsū timete: ꝛ mandata illi⁹ custodite: ꝛ audite vocē ei⁹. Ipi seruiet⁹: ꝛ ipsi adherebit⁹. Prophetaꝛ autez ille aut fictoꝛ somniozum interficietur: quia locut⁹ est vt vos auerteret a domino deo vro qui eduxit vos de terra egypti: ꝛ redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via quā tibi ꝑcepit dñs deus tu⁹: ꝛ auferes malū de medio tui. Si tibi voluerit psuadere frater tu⁹ fili⁹ matris tue aut fili⁹ tuus vel filia siue vxoꝛ que est in sinu tuo: aut amic⁹ quē diligis vt aīam tuā: clam dicēs: eam⁹ ꝛ seruiamus dijs alienis quos ignoraꝛas tu ꝛ pres tui cunctaꝝ in circuitu gentiū q̄ iuxta vel ꝓcul sunt ab initio vsq; ad finē terre: nō acquiescas ei nec audias: neq; parcat ei ocul⁹ tu⁹ vt miserear⁹ ꝛ occultes eū: sed statī interficies. Sit ꝓmū manus tua sup eū: ꝛ post te oīs ꝑs mittat manū. Lapidib⁹ obrut⁹ ne cabiī: qz voluit te abstrahere a dño deo tuo qui eduxit te de terra egypti de domo seruitut⁹: vt ꝛ oīs isrl audiēs timeat: ꝛ nequaq̄ vltra faciet quippiam hui⁹ rei simile. Si audier⁹ in vna vrbiū tuaꝝ quas dñs deus tu⁹ dabit tibi ad habitandū dicentes aliquos: egressi sūt filij belial de medio tui ꝛ auerterūt habitatoꝛes vrbis tue atq; dixerūt: eamus ꝛ seruiam⁹ dijs alienis quos ignoraī⁹: quere sollicite ꝛ diligenter rei veritate ꝑspecta si inuener⁹ certū esse qō dicit: ꝛ abhominationē hanc operē ꝑpetratā: statī ꝑcuties habitatoꝛes vrbis illi⁹ i oze gladij: ꝛ delebis eā: oīaq; q̄ in illa sūt vsq; ad pecoꝛa. Quicquid etiā suppellectilis fuerit: cōgregabis in medio plateaꝝ ei⁹: ꝛ cū ipsa ciuitate succendes: ita vt vniuersa ꝺsumas dño deo tuo: ꝛ sit tumul⁹ sempitern⁹. Nō edificabit amplī⁹: ꝛ nō adherebit de illo anathemate quicq̄ in manu tua: vt auertat dñs ab ira furoꝛ⁹ sui ꝛ miserear tui: multiplicetq; te sic iurauit ꝓfib⁹ tuis qñ audier⁹ vocē dñi dei tui custodiens oīa ꝑcepta ei⁹ q̄ ego ꝑcipio tibi hodie vt facias qō placitū ē i ꝺspectu dñi dei tui. XIIII

Digessit cōsiderato dauid pplo suo:cōstituit sup eos tribunos z centuriones:z dedit pplī tertiā partē sub mānu ioab:z tertiā partez sub manu abisai filij saruie fris ioab:z tertiā partez sub manu ethai q erat de geth. Dixitq; rex ad pplum. Egrediar z ego vobiscū. Et rndit ppls. Nō exibis. Siue.n.fugerim⁹ nō magnope ad eos de nobis pertinebit:siue media pars ceciderit e nobis nō satis curabūt:quia tu vn⁹ solus p decē milib⁹ cōputaris. Melius ē igit vt sis nobis in vrbe psidio. Ad q̄s rex ait. Nō vobis videt̄ rectū:sed faciā. Stetit q rex iuxta portā. Egrediebat̄q; ppls p turmas suas centeni z milleni. Et precepit rex ioab z abisai z ethai dicēs. Seruate mihi puerū absalon. Et oīs ppls audiebat precipiente regē cūctis principib⁹ pro absalon. Itaq; egressus ē ppls in campū in isrł:z factū ē plus in saltu effraim. Et cesus ē ibi ppls isrł ab exercitu dauid:factaq; ē plaga magna in die illa viginti milia. Fuit aūt ibi plus dispersus sup faciē oīs terre:z multo plures erāt q̄s salt⁹ cōsumpserat de populo q̄ hi q̄s vorauerat gladius in die illa. Accidit aūt vt occurreret absalō seruis dauid:sedēs mulo. Cumque ingressus fuiſſz mulus subter densa:q̄rcū z magnā adhesit caput ei⁹ q̄rcui:z illo suspēso iter celū z terrā:mul⁹ cui ipse erat ptrāsiuit. Vidit aūt h̄ quidam. z nūciauit ioab dicēs. Vidi absalō pendere de q̄rcu. Et ait ioab viro q nūciauerat ei. Si vidisti q̄re nō cōfodisti eū cū tra:z ego dedissē tibi decē argētei siclos z vnū balthеū? Qui dixit ad ioab. Si appenderes in manib⁹ meis mille argēteos: neq; q̄q; mitterē manū meā in filiū regis. Audientib⁹ enim nobis pcepit rex tibi z abisai z ethai dicens. Custodite mihi puerū absalon. Sed z si feciſſē contra aiam meā audacie neq; h̄ regē latere potuiſſet: z tu stares ex aduerso. Et ait ioab. Nō sic tu vis: sz aggrediar eū cōtra te. Tulit q̄ ioab tres lāceas in mānu sua:z infixit eas in corde absalon. Cumq; adhuc palpitaret heres in q̄rcu:cucurrerūt decē iuuenes armigeri ioab:z percutientes interfecerūt eū. Cecinit aūt ioab buccina z retinuit pplm ne psequeret fugientē isrł:volēs parcere multitudini. Et tulerūt absalon z proiecerūt eū in saltu in fouea grandē z cōpotauerūt sup eū aceruū lapidū magnū nimis. Omis aūt isrł fugit in tabernacula sua. Porro absalō erexerat sibi cū adhuc viuēt:titulū q ē in valle regis. Dixerat.n. Nō habeo filiū:z h̄ erit monimentum nois mei. Vocauitq; titulū nōie suo:z appellatur man⁹ absalō vsq; ad hāc diē. Achimaas aūt filius sadoch ait. Curram z nūciabo regi:q; iudiciū fecerit ei de⁹ de manu inimicoꝝ ei⁹. Ad quē ioab dixit. Nō eris nūcius in hac die:sz nunciabis in alia. Hodie nolo te nūciare quia filius regis ē mortu⁹. Et ait ioab chusi. Vade z nūcia regi q̄ vidisti. Adorauit chusi ioab:z cucurrit. Rursus aūt achimaas filius sadoch:dixit ad ioab. Quid impedit si etiaꝫ ego curro p⁹ chusi? Dixitq; ei ioab. Quid vis currere fili mi? Veni huc. Nō eris boni nūcij baiul⁹. Qui rndit. Quid.n.si cucurrero? Et ait ei. Curre. Curruens ergo achimaas p viā cōtendit transiuit chusi. Dauid aūt sedebat inter duas portas. Speculator vero q erat in fastigio portę sup murū: eleuans oculos vidit hoīem currentē solū:z exclamās indicauit regi. Dixitq; rex. Si solus ē:bonus ē nuncius in ore eius. Proponente aūt illo z accedente ppius vidit speculator hoīem alterū currentē: z vociferās in culmine ait. Apparet mihi alter hō:

currēs sol⁹. Dixitq; rex. Et iste bon⁹ ē nūci⁹. Speculator aūt ꝓclor ait cursū ꝓris q̄si cursū achimaas filij sadoch. Et ait rex. Vir bon⁹ ē: z nūciū portās bonū venit. Clamas aūt achimaas dixit ad regē. Salue rex. Et adorās regē coꝝ eo ꝓn⁹ i terrā ait. Benedict⁹ dñs de⁹ tu⁹ q̄ conclusit homines q̄ leuauerūt manus suas ꝑ dñm meū regem. Et ait rex. Est ne pax puero absalō? Dixitq; achimaas. Vidi tumultū magnū cū mitteret ioab seruus tu⁹ o rex me seruū nescio aliud. Ad quē rex: trāsi ait: z sta hic. Cūq; ille trāsisset z staret: apparuit chusi. Et veniēs ait. Bonū apporto nūciū dñe mi rex. Iudicauit.n. ꝓ te dñs hodie de manu oīuꝫ q̄ surrexerunt ꝑ te. Dixit aūt rex ad chusi. Est ne pax puero absalon? Cui rndens chusi: fiant inimici dñi mei regis: z vniuersi q̄ ꝛsurgūt aduersus eū in malū. Cōtristatus itaq; rex: ascēdit cenaculū portæ z fleuit. Et sic loquebat vadens: Fili mi absalō: absalon fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar ꝓ te? Absalō fili mi: fili mi absalon.

XIX

Nunciatū est aūt ioab q; rex fleret z lugeret filiū suū: z versa ē victoria in luctū in die illa oī pplo. Audiuit.n. ppl's i die illa dicī: doleꝛ rex sup filio suo. Et declinauit pplus in die illa ingredi ciuitatē quō declinare solet ppl⁹ versus z fugiēs de plio. Porro rex operuit caput suum: z clamabat voce magna. Fili mi absalō: absalon fili mi. Ingressus ē ioab ad regē in domū dixit. Cōfudisti hodie vultus oīum seruoꝝ tuoꝝ qui saluā fecerūt aīam tuā: z aīam filioꝝ tuoꝝ z filiarꝝ tuarꝝ: z aīam vxoꝝ tuarꝝ: z aīam pcubinarꝝ tuarū. Diligis odientes te z odio hēs diligentes te. Et ondisti hodie q; nō curas de ducib⁹ tuis z de seruis tuis z vere cognoui mō: q; si absalon viueret: z omēs nos occubuissemus: tūc placeret tibi. Nūc igitur surge z ꝓcede: z alloquēs satisfac seruis tuis. Iuro.n. tibi ꝑ dñm q; si nō exieris ne vn⁹ quidē remānerit tecū nocte hac: z peius erit hoc tibi cūctis oīa mala, q̄ venerūt sup te ab adolescētia tua vsq; i pñs. Surrexit ergo rex: z sedit in porta. Et oī pplo nūciatū est q; rex sederet i porta. Venitq; vniuersa multitudo coram rege: israēl aūt fugit in tabernacula sua. Omnis pplus certabat i cūctis tribubus israēl dicēs. Rex liberauit nos de manu inimicoꝝ nrorū: ipse saluauit nos de manu philistinoꝝ: z nūc fugit de terra ꝓpter absalon. Absalō aūt quē vnximus sup nos: mortuus ē in bello. Vsq; q̄ siletis: z nō reducitis regē? Et consiliū totius israēl venit ad regē.

Rex vero dauid misit ad sadoch z abiathar sacerdotes dicēs. Loquimini ad maiores natu iuda dicētes. Cur venitis nouissimi ad reducēdū regē in domū suā? Sermo aūt oīs israēl peruenerat ad regē in domo ei⁹: q; dixerat rex. Hec dicetis ad pplum. Fratres mei vos: os meum z caro mea vos. Quare nouissimi reducitis regem. Et amasē dicite. Nōne os meū es z caro mea? Hec faciat mihi deus: z hec addat: si nō magister militie fueris coram me oī tēpore ꝓ ioab. Et iclinauit cor oīum virorū iuda q̄si viri vnius. Miseruntq; ad regē dicētes. Reuertere tu z oēs serui tui. Et reuersus ē rex. Et venit vsq; iordanē. Et oīs iuda vēit vsq; in galgala vt occurreret regi z trāsducereꝛ cū iordane. Semeiuit aūt semei filius gera filij gemini de baburi: z descēdit cū viris iuda i occursū regis dauid cū mille viris de beniamin: z siba puer de domo saul: z gndecī filij eius ac vigīti serui erāt cū eo. Et irrūpentes iordanē ante regē trāsierūt vada vt trāsducerēt domū regis z facerēt iuxta iussionē ei⁹. Semei aūt fili⁹ gera ꝓstratus coram rege cū iam trāsisset iordanē dixit ad eū. Ne reputes mihi dñe mi iniqtatē: neq; meminer⁹ iniuriaꝝ serui tui in die q̄ egressus es dñe mi rex ō irā in ponas regi i corde tuo. Agnosco.n. seruus tu⁹ pctū meū: z idcirco hodie ꝓmus veni de oī domo ioseph: descēdiq; in occursū dñi mei regis. Rndēs vero abisai fili⁹ saruie dixit. Nunqd ꝓ his ꝓbis nō occidet semei q; maledixit xpō dñi? Et ait dauid. Quid mihi z vobis filij saruie? Cur efficimini mihi hodie i sathā? Ergo ne hodie interficiet vir i israēl? An ignoro hodie me factū regem sup israēl? Et ait rex semei. Nō morieris. Iurauitq; ei. Miphiboseth q̄s filius saul descēdit i occursū regis illotis pedib⁹ z itonsa barba: vestesq; suas nō lauerat a die q̄ egressus fuerat rex vsq; ad diē reuersionis eius in pace. Cuique occurrisset regi: dixit ei rex. Quare nō venisti mecū miphiboseth. Et rndens ait. Dñe mi rex seruus meus ꝓtempsit me. Dixitq; ei ego famul⁹ tu⁹ vt sterneret mihi asinū z ascēdēs abirē cū rege. Claud⁹.n. sū seruus tu⁹. Insup z accusauit me seruū tuū ad te dñm meū regē. Tu aūt dñe mi rex sicut āgelus dei es: fac qō placitū est tibi. Nequ.n. fuit domus patris mei nisi mortui obnoxia dño meo regi: tu aūt posuisti me seruū tuū inter cōuiuias mēse tue. Quid g̃ habeo iuste q̄rele: aut qd possū vltra vociferari ad regē? Ait g̃ ei rex. Quid vltra loqris? Fixū ē qō locut⁹ sum. Tu z siba dividite possessiones. Rndit⁹q; miphiboseth regi. Etiā cūcta accipiat postq; reuersus ē dñs meus rex pacifice in domū suā. Berçellai q̄s galaadites senex valde descendens de rogelim trāsduxit regē iordanē patus etiā vltra fluuiū ꝓsequi eū. Erat autē berçellai galaadites senex valde. i. octogenarius: z ipse pbuit alimenta regi cū morareꝛ in castris. Fuit qppe vir diues nimis. Dixit itaq; rex ad berçellai. Veni mecū vt regescas securus in irlm. Et ait berçellai ad regem. Quot sūt dies annoꝝ vite mee vt ascendā cū rege in irlm. Octogenarius sū hodie. Nūquid vigēt sensus mei ad discernendū suaue aut amarum: aut delectare pōt seruū tuus cibus aut potus: vel audire possū vltra vocē cantorū atq; cantatricū? Quare seruus tu⁹ sit oneri dño meo regi? Paululū ꝓcedā famulus tu⁹ ab iordane tecū. Nō indigeo hac vicissitudine: sz obsecro vt reuertar seruus tu⁹: z moriar i ciuitate mea: z sepeliar iuxta sepulchrū patris mei z matris mee. Est autē seruus tu⁹ chamaaz ipse vadat tecum dñe mi rex: z

fac ei quicqd bonuz tibi videt. Dixit itaqꝫ ei rex. Uecū trāseat chamaā:z ego faciā ei qcquid tibi placuerit:z oc qō petieris a me ipetrabis. Iūque trāsisset vniuersus ppl'us z rex iozdanē: restitit:z osculatus ē rex berçellai z bñdixit ei:z ille reuersus ē in locū suū. Trāsiuit ḡ rex in galgalā z chamaā cū eo. Dis aūt ppl's iuda trāsduxerat regē:z media tm̄ ps affuerat de ppl'o isrl. Ecce oēs viri isrl' ocurrētes ad regē:dixerūt ei. Quare te furati sūt frēs nr̄i viri iuda:z trāsduxerūt regē z domuz eius iozdanē:oēsqꝫ viros dauid cum eo? Et rndit oīs vir iuda ad viros isrl'. Quia mihi ppioz ē rex. Cur iraſceris sup hac re? Nūqd comedim⁹ aliqd ex rege:aut munera nobis data sūt? Et rndit vir isrl' ad viros iuda:z ait. Decē ptibus maioz ego sū apud regē:magisqꝫ ad me ptinet dauid qꝫ ad te. Cur feciſti mihi iuriā:z nō mihi nunciatū est ꝓ ri vt reducerē regē meū? Duriusq autem respon de runt viri iuda viris israhel. XX

Accidit aūt vt ibi esset vir belial noīe siba filiꝰ bochri vir gemineꝰ:z cecinit buccina:z ait. Nō ē nobis ps in dauid neqꝫ he reditas in filio isai. Reuertere i tabernacla tua isrl'. Et sepatus ē oīs isrl'a dauid:secutusqꝫ ē siba filiū bochri:viri aut ē iuda adheserūt regi suo a iozda ne vsqꝫ irl'm. Cūqꝫ veniſſet rex i domū suā i irl'z: tulit decē mulieres ꝓcubinas qs dereliquerat ad custodiendā domū:z tradidit eas i custodiā ali mēta eis pbens. Et nō ē igressus ad eas:sed erant clause vsqꝫ in diē mortis sue in viduitate viuentes. Dixit aūt rex amase. Cōuoca mihi oēs viros iuda i diē tertiū:z tu adesto pñs. Abijt ḡ amasa vt cō uocaret iudā z morat⁹ ē ex̄ palatiū qō ei ꝓstituerat rex. Dixit aūt dauid ad abisai. Nūc magis affli cturus ē nos siba filiꝰ bochri qꝫ absalon. Tolle ḡ tuos dñi tui z pseqre eū ne forte iueniat ciuitates munitas z effugiat nos. Egressi sūt ḡ cum eo viri ioab celethi qꝫ z felethi:z oēs robusti exierūt de irl'm ad pseqndū siba filiū bochri. Cūqꝫ ille esset iux̄ lapidē grādē q ē in gabaon:amasa veniēs oc currit eis. Porro ioab vestit⁹ erat tunica stricta ad mēsurā hītus sui:z desup accīctus gladio ōpē dente vsqꝫ ad ilia i vagina q fabricat⁹ leui motu egredi poterat z pcutere. Dixit itaqꝫ ioab ad ama sā. Salue mi frat. Et tenuit mānu dex̄ mentū ama se qsi osculās eū. Porro amasa nō obseruauit gla diū quē hēbat ioab. Qui percussit eū i latere:z ef fudit ītestina ei⁹ i terrā:z mortu⁹ ē:nec secūdū vt nus apposuit. Ioab aūt z abisai frat ei⁹ psecuti sūt siba filiū bochri. Interea qdā viri cū stetiſſēt iux̄ cadauer amase de socijs ioab dixerūt. Ecce q esse voluit ꝓ ioab comes dauid. Amasa aūt ꝓspus sā guine iacebat i media via. Uidit ꝫ qdā vir q̄ sub sistēt oīs ppl's ad videndū eū:z amouit amasā ꝺ via i agꝝ opuitqꝫ eū vestimēto ne subsisterēt trās euntes ppter eū. Amoto ḡ illo de via trāsibat oīs vir seqns ioab ad pseqndū siba filiū bochri. Porro ille trāsierat p oēs tribꝰ isrl' vsqꝫ in abelā z in bethmacha:oēsqꝫ viri electi ꝓgregati fuerant ad eū. Uenerūt itaqꝫ z oppugnabāt eū i abela:z i be thmacha:z circūdederūt munitiōibus ciuitatē: z obsessa ē vrbs. Dis aūt turba q̄ erat cū ioab mo liebat ꝺstruere muros. Et exclamauit mlier sapi ens de ciuitate. Audite audite:dicite ioab:appro pinq̄ huc:z loqr tecū. Qui cū accessiſſet ad eam: ait illi. Tues ioab? Et ille rndit. Ego. Ad quez sic locuta ē. Audi ꝼmones ācille tue. Qui rndit. Au dio. Ruſsūqꝫ illa:ꝼmo igt dicebat i veteri ꝓuer bio. Qui iterrogāt iterrogēt in abela:z sic ꝓficie bāt. Nōne ego sū q̄ rndeo veritatē in isrl'z tu qr̄ subuertere ciuitatē z euertere mr̄em i isrl'. Quare ꝓcipitas hereditatē dñi? Rndensqꝫ ioab ait. Ab sit absit ḃa me:nō ꝓcipito neqꝫ demolioz. Nō se sic hēt res. Sed hō de mōte effraim siba filius bo chri cognomine:leuauit manū suā ꝺ regē dauid. Tradite illū solū:z recedem⁹ a ciuitate. Et ait mu lier ad ioab. Ecce caput eius mittet ad te p murū Ingressa ē ḡ ad oēm ppl'm:z locuta ē eis sapien ter. Qui abscisū caput sibe filij bochri piecerūt ad ioab. Et ille cecinit tuba:z r̄cesserūt ab vrbe vn⁹ qsqꝫ i tabernacula sua. Ioab aūt reuersus ē irl'm ad regē. Fuit ḡ ioab sup oēz exercitū isrl':banaias aūt filiꝰ ioiade sup ceretheos z seletheos:aduram ꝺo sup tributa. Porro iosaphat filiꝰ ahilud a co mētarijs. Siba aūt scriba:sadoch ꝺo z abiathar sacerdotes: birā āt hiraites erat sacerdos dauid.

Facta ē qꝫ fames i diebꝰ dauid tri bus ānis iugiter. Et ꝺsuluit dauid ozacu lū dñi:dixitqꝫ dñs. Propt saul z domuz eius sanguinū:qz occidit gabaonitas. Uocatis ḡ gabaonitis rex:dixit ad eos. Porro gabaonite n erāt de filijs isrl':sz reliqe āmozreoꝝ. Filij quippe isrl' iurauerāt eis:z voluit saul pcutere eos çelo q si p filijs isrl'z iuda. Dixit ergo dauid ad gabaoni tas. Quid faciā vobis:z qō erit r̄i piaculū vt bñ dicatis hēditati dñi? Dixerūtqꝫ ei gabaonite. Nō ē nobis sup argēto z auro qstio:sz ꝓtra saul z ꝓtra domū eius:neqꝫ volumus vt iterficiat hō de isrl'. Ad qs rex ait. Quid ḡ vultis vt faciā vobis? Qui dixerūt regi. Uirū q attriuit nos:z oppsit iniq ita delere debem⁹ vt nec vn⁹ qdē resid⁹ sit de stir pe ei⁹ i cunctis finib⁹ isrl'. Dent nobis septē viri ō filijs ei⁹ vt crucifigam⁹ eos dño i gabaa saul qn dā electi dñi. Et ait rex. Ego dabo. Depcitqꝫ rex miphiboseth filio ionathe filij saul ppter iusiurā dū qō fuit iter dauid z ionathan filiū saul. Tulit itaqꝫ rex duos filios rspha filie aia:qs pepit saul armoni z miphiboseth:z quinqꝫ filios michol fi lie saul qs genuerat hadrieli filio berçellai: q fuit de molathi:z dedit eos in manus gabaonitaꝝ q crucifixerūt eos i mōte coā dño. Et ceciderūt hi septē simul occisi i diebus messis prime: icipiēte messione ordei. Tollēs aūt respha filia aia ciliti um substrauit sibi supra petrā ab initio messis do nec stillaret aq̄ sup eos ō celo:z n̄ dimisit aues la cerare eos p diē:neqꝫ bestias p noctē. Et nūciata

sūt dauid q̄ fecerāt respha filia aboa cōcubia saul.
Et abijt dauid ⁊ tulit ossa saul ⁊ ossa ionathe filij
ei⁹ a viris iabes galaad: q furati fuerāt ea ō platea
bethsan: in qua suspēderāt eos philistijm cū inter-
fecissent saul i gelboe: ⁊ asportauit inde ossa saul ⁊
ossa ionathe filij ei⁹: ⁊ colligētes ossa eoꝝ q affixi
fuerāt sepelierūt ea cū ossib⁹ saul ⁊ ionathe filij ei⁹
in tra beniamini i latē i sepulcho cis pris ei⁹. Fece-
rūtq; oia q̄ pcepat rex ⁊ repropitiat⁹ ē de⁹ tre p⁹ ip̄m.
3 Factū ē aūt rursū pliū philistinoꝝ aduersus isrl: ⁊
descēdit dauid ⁊ hui ei⁹ cū eo: ⁊ pugnabāt ꝯ phili-
stijm. Deficiēte āt dauid: iesbidenob q fuit de gnē
arafa cui⁹ ferrū hastē trecētas vncias appēdebat: ⁊
accinct⁹ erat ense nouo nisi ē pcutē dauid: p̄sidioq;
ei fuit abisai fili⁹ saruie ⁊ pcussū philisteū interfecit.
S Tūc iurauerūt viri dauid dicētes. Jā nō egredie-
ris nobiscū in bellū ne extīguas lucernā isrl. Ge-
cūdū q̄z fuit bellū i gob ꝯ philisteos. Tūc pcussit
sobochai de vsathi: saph de stirpe arafa de gnē gi-
4 gātū. Tertiū q̄z fuit bellū i gob ꝯ philisteos i q̄ p-
cussit adeodat⁹ fili⁹ salt⁹ polymitari⁹ bethleemites
goliath getheū cui⁹ hastile haste erat q̄si liciato-
rium texentiū. Quartū bellū fuit in ged i q̄ vir fu
it excelsus q senos i māib⁹ pedibusq; habebat di
gitos id est vigīti ⁊ q̄tuor: ⁊ erat de⁹ origine arafa:
⁊ blasfemauit isrl. Percussit aūt eū ionathas filius
samaa frīs dauid. Di q̄tuor nati sūt ō arafa i geth
⁊ ceciderūt i manu dauid ⁊ suoꝝ ei⁹.

XXII

5 Locut⁹ ē āt dauid dño ỹba carmis huius
i die q̄ liberauit eū dñs ō manu oīuz ini-
micoꝝ suoꝝ: ⁊ ō mānu saul. Et ait. Dñs pe
tra mea ⁊ robur meū ⁊ saluator me⁹. De⁹ dñs for
tis meus: sperabo i eū. Scutuz meū ⁊ cornu salutis
mee: eleuator me⁹ ⁊ refugiū meū saluator me⁹: de
iniqtate liberabis me. Laudabilē inuocabo dñm:
⁊ ab inimicis meis saluus ero. Quia circūdederūt
me cōtritōes mort⁹: torrētes belial ꝛruerunt me.
Funes īferi circūdederūt me: puenerūt me laq̄i
mort⁹. In tribulatione mea inuocabo dñm: ⁊ ad
6 deū meū clamabo. Et exaudiet ō tēplo sācto suo
vocē meam: ⁊ clamor meus veniet ad aures ei⁹.
Cōmota ē ⁊ cōtremuit terra: fundamēta montiuz
concussa sūt ⁊ cōquassata: quoniā iratus ē eis. As-
cendit fumus de narib⁹ ei⁹: ⁊ ignis ō ore eius vo
lauit: carbōes succēsi sunt ab eo. Et īclinauit celos
et descēdit: ⁊ caligo sub pedibus eius. Et ascendit
sup cherubin ⁊ volauit: ⁊ lapsus ē sup pēnas vēti.
Posuit tenebras i circuitu suo latibulū: cribras
aq̄s de nubibus celoꝝ. Pre fulgore i cōspectu ei⁹
7 nubes succēsi sūt carbōes ignis. Tonabit de celo
dñs: ⁊ excelsus dabit vocē suā. Misit sagittas su-
as ⁊ dissipauit eos fulgura ⁊ cōsūpsit eos. Et appa
ruerūt effusiōes maris: ⁊ reuelata sūt fūdamenta
orbis ab increpatiōe dñi: ab īspiratiōe spūs furoꝝ
ei⁹. Misit de celo ⁊ assūpsit me: ⁊ traxit me ō aqs
multis. Liberauit me ab inimico meo potētissimo
⁊ ab his q oderāt me: qm̄ robustiores me erant.
8 Preuēit me i die afflictiōis mee: ⁊ fact⁹ ē dñs fir-
mamētū meū. Et eduxit me i latitudinē: liberauit
me q̄z cōplacui ei. Retribuet mihi dñs ꝛm iusti-
ciā meā: ⁊ ꝛm mūdiciā manuū meaꝝ reddet mihi.
Quia custodiui vias dñi: ⁊ nō egi ipie a deo meo.
Oia. n. iudicia eius i ꝯspectu meo ⁊ pcepta ei⁹ nō
amoui a me. Et ero pfect⁹ cozā eo: ⁊ custodiā me
me ab iniqtate mea. Et restituet mihi dñs ꝛm iu-
sticiā meā: ⁊ ꝛm mūdiciā manuū meaꝝ i ꝯspectu
oculoꝝ suoꝝ. Cū sancto sanctus eris: ⁊ cū robusto p
fectus. Et cū electo elect⁹ eris: ⁊ cū puerso puerte
ris. Et pplm paupē saluū facies: oculisq; tuis ex
celsos humiliabis. Quia tu lucerna mea dñe: ⁊ tu
dñe illuminabis tenebras meas. In te enī curras
accinct⁹: i deo meo trāsiliā murū. Deus īmaculata
via ei⁹: eloquz dñi igne examinatū scutū est oīum
sperantiū in se. Quis ē deus p̄ter dñm ⁊ qs de⁹ for
tis p̄ter deū nr̄m? Deus q accinxit me foztitudine
⁊ ꝯplanauit pfectā viā meā. Coequās pedes me-
os ceruis: ⁊ sup excelsa mea statuēs me. Docens
manus meas ad pliū: ⁊ ꝯponēs q̄si arcū ereū bra-
chia mea. Dedisti mihi clypeū salutis tue: ⁊ man-
suetudo mea multiplicauit me. Dilatabis gressus
meos subt⁹ me: ⁊ nō deficiēt tali mei. Perseqūr ini
micos meos: ⁊ cōterā: ⁊ nō ꝯuertar donec ꝯsumā
eos. Cōsumā eos ⁊ ꝯfringā vt nō ꝯsurgāt cadent
sub pedibus meis. Accinxisti me foztitudine ad p
liū: incurvasti resistentes mihi subtus me. Inimi-
cos meos dedisti mihi dorsū: odientes me: ⁊ dis
perdā eos. Clamabūt ⁊ nō erit q saluet: ad dñm: ⁊
nō exaudiet eos. Delebo eos vt pulverē terre: q̄si
3 lutū plateaꝝ ꝯminuā eos atqz ꝯfringā. Saluabis
me a ꝯdictiōib⁹ pp̄li mei: custodes me i caput gē
tiū. Pplus quē ignoro fuiet mihi: filij alieni resi-
stēt mihi: auditu auris obedict mihi. Filij alieni ō
fluxerūt: ⁊ ꝯbenē i angustijs suis. Viuit dñs ⁊ bñ
dictus deus meus: ⁊ exaltabit deus fortis salutis
mee. Deus q das vindictas mihi: ⁊ deijcis pop̄los
sub me. Qui educis me ab inimicis meis: ⁊ a resi-
stētibus mihi eleuas me: a viro iniquo liberabis
me. Propterea ꝯfiteboꝝ tibi dñe i gētibus: ⁊ nōi
tuo cātabo. Magnificās salutes regis sui: ⁊ facies
misericordiā christo suo dauid: ⁊ semini eius in
sempiternum.

XXIII

S 4 Hec aūt sūt ỹba nouissima q̄ dixit dauid
b fili⁹ isai. Dixit vir cui ꝯstitutū ē de xp̄o ōi
iacob: egregi⁹ psaltes isrl. Spūs dñi lo-
cutus ē p me: ⁊ ꝛmo eius p linguā meā. Dixit. De⁹
isrl mihi locutus ē fortis isrl. Dñator hoīuz iust⁹:
dñator in timore dei. Sicut lux auroze oriēte so
le mane absq; nubib⁹ rutilat: ⁊ sicut pluuijs ger-
minat herba de tra. Nec tāta ē dom⁹ mea apud
deū: vt pactū eternū iniret mecū firmū i omibus
atqz munitū. Cūcta. n. sal⁹ mea ⁊ oīs volūtas: nec
ē gr̄q̄z ex eo qd nō germiet. Preuaricatores aūt
q̄si spine euellent vniuersi: q nō tollunt manib⁹.
Et si qs tangere voluerit eas armabit ferro ⁊ li-
gno lāceato: igneq; succense ꝯburent vsqz ad nihi
5 lū. Hec noia fortiū dauid. Dauid sedēs in cathe-

dra sapiētissimus ꝑnceps ĩter tres. Ipse est quasi
tenerrimus ligni ꝟmiculus q̄ octingētos ĩterfecit
ĩpetu vno. Post hūc eleazar filj patrui ei⁹ aboites
ĩter tres fortes: erāt cū dauid qñ exprobrauerūt philistijm: t congregati sūt illic ĩ pliū. Cūq; ascēdissent filij isrl: ipse stetit t pcussit philisteos: donec deficeret manꝰ eiꝰ: t obrigesceret cū gladio.
Fecitq; dñs salutē magnā ĩ die illa: t pplus q fugerat reuersus ē ad cesoꝝ spolia detrahēda. Et post
hūc sema filj agge de arari. Et congregati sūt philistijm ĩ statiōe. Erat qppe ibi ager lēte plen⁹. Cūq;
fugisset ppls a facie philistijm stetit ille in medio
agri: t tutus est eū. Percussitq; philisteos: t fecit
dñs salutē magnā. Necnō t aīe descēderāt tres q
erant ꝑncipes ĩter triginta: t venerāt tpe messis
ad dauid ĩ speluncā odolā. Castra aūt philistinoꝝ
erāt posita ĩ valle gigantū: t dauid erat ĩ ꝓsidio.
Porro statio philistinoꝝ tūc erat ĩ bethleē. Desi-
derauit ĝ dauid aquā de lacu: t ait. O si qs daret
mihi potū aque ō cisterna q̄ ē in bethleē iuxt̄ portam. Irruperūt ĝ tres fortes castra philistinoꝝ: t
hauserūt aquā de cisterna bethleē q̄ erat iuxt̄ portā t attulerūt ad dauid. At ille noluit bibē: qz libauit eā dño dicēs. Propitius sit mihi dñs ne faciā
hꝫ. Nū sanguinē horum istoꝝ q ꝓfecti sūt t aīarū
piculū bibā. Noluit ĝ bibere. Hec fecerunt tres
robustissimi. Abisai q̄s frater ioab filj⁹ saruie ꝑnceps erat de tribus. Ipse ē q leuauit hastā suam ꝰ
trecētos q̄s ĩterfecit: noiatus ĩ trib⁹: t ĩter tres nobiliores: eratq; eoꝝ ꝑnceps qz vsq; ad tres ꝑmos nō
puenerat. Et banaias filius ioiade viri fortissimi
magnoꝝ operū de capscel. Ipse pcussit duos leones moab: t ipse descēdit t pcussit leonē ĩ media
cisterna ĩ die⁹ niuis. Ipse q̄s ĩterfec̄ virū egyptiū
virū dignū spectaculo hñtez ĩ manu hastā. Et itaq;
cū descēdisset ad eū virga: vi extorsit hastā ō manu egyptij: t ĩterfec̄ eū hasta sua. Hec fec̄ banaias
filiꝰ ioiad. Et ipe noīat⁹ ĩter tres robustos q erāt ĩ
ter triginta nobiliores: verūtn vsq; ad tres nō pue-
nerat. Fecitq; eū sibi dauid auricularių a secreto.
Asahel frat̄ ioab ĩter trigīta. Eleanan filj⁹ patrui
ei⁹ de bethleē. Sema de arari. Elicha de arodi.
Heles de phalti. Dira filj⁹ acces de thecua. Abieser ō anathot. Mobonai de vsathi. Selmō ahoites. Maacharai netophatites. Elepb filj⁹ baana: t
ipse netophatites. Itai filj⁹ ribai: ō gebeth filioꝝ
beniamī. Banai pharatonites. Heltai de torrēte
gaas. Albialbon arbathites. Azamaueth de beromi. Eliaba de salboni. Filij iasen: ionathā: naram.
Sema de ozodi. Vaiā filj⁹ sarar arothites. Elifeleth filj⁹ aasbai filij maachati. Heliā filius achitofel gelonites. Esrai ō carmelo. Farai de arbi. Igaal filius nathan de soba. Bōni de gaddi. Selech de
ammoni. Naarai berothites armiger ioab filij
saruie. Dira hietrites. Gareb t ipse hietrites. Urias ethens. Oēs triginta septem. XXIIII

Et addidit furor dñi irasci ꝓ isrl: ꝓmouitq; dauid ĩ eis dicentē ad ioab. Vade nu-
mera israhel t iudam. Dixitq; rex ad ioab ꝓncipē exercitus sui. Perābula oēs tribus isrl a dan
vsq; ad bersabee t nūera pplm vt sciā numerū eiꝰ.
Dixitq; ioab regi. Adaugeat dñs deꝰ tuꝰ ad pplm
tuū cēntus nūc ē iterūq; centuplicet in ꝓspectu dñi
mei regis. Qz qd sibi dñs meꝰ rex vult ĩ re huiusce
mōi? Obtinuit aūt ſmo regis verba ioab: t ꝓncipū
exercit⁹. Egressusq; ē ioab t ꝓncipes militū a facie regis vt numerarēt ppm isrl. Cūq; ptrāsisset
iordanē: venerūt ĩ aroer ad dexterā vrbis q̄ est in
valle gad: t ꝓ iaser transierūt in galaad: t ĩ terrā
inferiorē hodsi: t venerūt in dan siluestria. Circuieruntq; iuxt̄ sidonē trāsierūt ꝓpe menia tyri t omnē terrā euei t chananei: venerūtq; ad meridiē iuda ĩ bersabee: t lustrata vniuersa trā: affuerūt post
nouē mēses t vigīti dies ĩ irlm. Dedit ĝ ioab numerū ꝺscriptiōis pplī regi. Et iuēta sūt de isrl octingenta milia virorū fortiū q educerēt gladiū: t de
iuda qngenta milia pugnatorū. Percussit aūt cor
dauid eū postq̄ nūerat⁹ ē ppls. Et dixit dauid ad
dñm. Peccaui valde ĩ hꝫ facto: sz ꝓcor dñe vt trāsferas iniqtatē ſui tui: qz stulte egi nimis. Surrexit itaq; dauid mane: t ſmo dñi factꝰ ē ad gad ꝓphetā t vidētē dauid dicēs. Vade t loqre ad dauid
Hec dicit dñs. Trīū tibi dat̄ optio: elige vnuz qđ
volueri ex bis vt faciā tibi. Cūq; venisset gad ad
dauid: nūciauit ei dicēs. Aut septē ānis veniet tibi fames ĩ terra tua: aut trib⁹ mēsibus fugies aduersarios tuos: t illi te ꝑsequēt̄: aut certe trib⁹ diebus erit pestilētia ĩ terra tua. Nūc ergo delibera
t vide quē rndeā ei q me misit ſmonē. Dixit autē
dauid ad gad. Coarctor nimis. Sz melius ē vt ĩcidā ĩ manꝰ dñi: multe.n. miſicordie eiꝰ sūt: qz ĩ manus hoīuz. Immisitq; dñs pestilentiā ĩ isrl: ō mane vsq; ad tps ꝓstitutū: t mortui sūt ex pplo dan
vsq; bersabee septuaginta milia virorū. Cūq; extēdisset manū suā āgelus dñi sup irlm vt dispderet
eā: misertꝰ ē dñs sup afflictionē: t ait angelo pcutienti pplm. Sufficit nūc: ꝓtine manū tuā. Erat aūt
āgelus dñi iuxt̄ areā areuna iebusei. Dixitq; dauid
ad dñm cū vidisset angelū cedētē pplm. Ego sū
q peccaui t ego iniq̄ egi isti q oues sūt qd fecerūt.
Uertat̄ obsecro manꝰ tua ꝰ me t ꝰ domuz patris
mei. Uenit aūt gad ꝓpheta ad dauid ĩ die illa: t dixit ei. Ascēde t ꝓstitue altare dño in area areuna
iebusei. Et ascēdit dauid iuxt̄ ſmonē gad quē ꝑcepat ei dñs. Prospiciēsq; areuna aīaduertit regem t
seruos eius transire ad se: t egressus adorauit regē ꝓno vultu ĩ terrā: t ait. Quid cause ē vt veniat
dñs meꝰ rex ad ſuū suū? Cui dauid ait. Ut emā a
te areā: t edificē altare dño t cesset ĩterfectio que
grassat̄ ĩ pplo. Et ait areuna ad dauid. Accipiat t
offerat dñs meꝰ rex: sicut placet ei. Habes boues
in holocaustū: t plaustrū t iuga boū in vsū ligno
rū. Oia dedit areuna regi. Dixitq; areuna ad regē. Dñs deus tuus suscipiat votū tuū. Cui rndens
rex ait. Nequaq̄ vt vis sz emā ꝑcio a te: t nō offerā dño deo meo holocausta gratuita. Emit ergo

dauid areā ꝛ boues:argenti siclis gnā gīta: ꝛ edi
ficauit ibi dauid altare dño:ꝛ obtulit holocausta
ꝛ pacifica. Et ppitiatus est dominus terre:ꝛ cohi
bita est plaga ab israhel.

Explicit secundus liber samuel'. Incipit liber pri
mus malachim.i.regum tertius. Capm. I

P. 1

Et rex dauid senuerat: habebat
ꝫ etatis plurimos dies. Cumq; opi
reť vestibus nō calefiebat. Dixerūt ḡ ei ſui sui. Queramus
dño nr̄o regi adolescentulā ỹgi
nē:ꝛ stet coꝝ rege:ꝛ foueat eu:
dormiatq; i sinu suo:ꝛ calesaciat dn̄m nr̄m regē.
Quesierūt igit adolescentulā speciosā in oibus fi
nib' israť:ꝛ uenerūt abisac sunamitē:ꝛ adduxerūt
eā ad regē. Erat āt puella pulchra nimis:dormie
batq; cū rege ꝛ ministrabat ei:rex ỹo nō cognoscuit eā. Adonias āt fili' agith:eleuabať dicēs. Ego
regnabo. Fecitq; sibi currū ꝛ eqtes: ꝛ gnā gīta vi
ros q̄ currerēt añ eū. Nec coꝛripuit eū pr̄ sui' ali
qñ dicēs. Quare ſ̄ fecisti? Erat aūt ꝛ ipse pulcher
valde secūdus natu post absalō. Et ſmo ei' cum
ioab filio sarui e ꝛ cū abiathar sacerdote q̄ adiuua
bāt ptes adonie. Sadoch vo sacerdos ꝛ banaias
fili' ioiade:ꝛ nathā ꝓpheta ꝛ semei ꝛ celethi ꝛ fele
thi:ꝛ oē robur exercit' dauid nō erat cū adonia.
Immolatis ḡ adonias arietib' ꝛ vitulis ꝛ vniuer
sis pinguibus iuxt̄ lapidē çoeleth q̄ erat vicin' fō
ti rogel:vocauit vniuersos frēs suos filios regis:ꝛ
ꝛ oēs viros iuda ſuos regis:nathan aūt ꝓpheta
ꝛ banaiā ꝛ robustos ā̄ſq;:ꝛ salomonē frē suū nō
vocauit. Dixit itaq; nathan ad bersabee matrē sa
lomonis. Nū audisti q̄ regnauerit adonias fili'
agith:ꝛ dn̄s nr̄ dauid ſ̄ ignorat? Nūc ḡ veni acci
pe cōsiliū a me:ꝛ salua aiam tuā filiiq; tui salomo
nis. Vade ꝛ igredere ad regē dauid:ꝛ dic ei. Nō
ne tu dñe mi rex iurasti mihi ācille tue dicēs q̄ sa
lomon fili' tu' regnabit post me:ꝛ ipse sedebit in
solio meo? Quare ḡ rḡnat adonias? Et adhuc ibi
te loq̄nte cū rḡe:ego veniā post te:ꝛ cōplebo ſmo
nes tuos. Ingressa e itaq; bersabee ad regē in cu
biculo. Rex aūt senuerat nimis:ꝛ absisac sunami
tis mīstrabat ei. Inclinauit se bersabee ꝛ adora
uit regē. Ad quā rex qd tibi inquit vis? Que rn̄
dens ait. Dñe mi rex tu iurasti p dn̄m deū tuū an
cille tue:salomō filius tuus regnabit post me:ꝛ ipe
sedebit in solio meo:ꝛ ecce nūc adonias regnat te
dñe mi rex ignorāte. Occatuit boues ꝛ pīguia q̄
q; ꝛ arietes plurios:ꝛ vocauit oēs filios reg':abia
thar q̄ sacerdotē ꝛ ioab p̄ncipē militie:salomonē
aūt seruū tuū nō vocauit. Uerūtn̄ dñe mi rex i te
oculi respiciūt totius israť vt idices eis q̄s sedere ō
beat in solio tuo dñe mi rex post te. Eritq; cū dor
mierit dn̄s me' rex cū patribus suis :erim' ego ꝛ
fili' me' peccatores. Ad huc illa loquēte cū rege
nathan ꝓpheta venit. Et nunciauerūt regi dicen

S 4

P. 1

5

2

3

T 6

tes. Adest nathan ꝓpheta. Cūq; itroisset in ꝓspe
ctu regis ꝛ adorasset eū p̄n' in terrā dixit nathan
Dñe mi rex tu dixisti adonias regnet post me:ꝛ
ipse sedeat sup thronū meū? Quia descendit ho
die ꝛ imolauit boues:ꝛ pīguia:ꝛ arietes plrimos
ꝛ vocauit vniuersos filios regis ꝛ p̄ncipes:abia
thar q̄ sacerdotē:illisq; vescētibus ꝛ bibētib' co
ram eo:ꝛ dicentib' viuat rex adonias:me fuū tuū
ꝛ sadoch sacerdotē:ꝛ banaiā filiū ioiade ꝛ famulū
tuū salomonē nō vocauit. Nūqd a dño meo re
ge exiuit ſ̄ verbū:ꝛ mihi nō idicasti ſuo tuo quis
sesturus esset sup thronū dn̄i mei regis post eu? 7
Et rn̄dit rex dauid dicens. Uocate ad me bersa
bee. Que cū fuisset īgressa coꝝ rege ꝛ stetisset añ
eū:iurauit rex ꝛ ait. Uiuit dn̄s qui eruit aiam me
am de oi angustia:q̄z sicut iurauī tibi p dn̄m deū
israť dicens:salomon filius tuus regnabit post me:
ꝛ ipse sedebit super solīū meū p me sic faciam ho
die. Cūmissoq; bersabee in terrā vultu: adora
uit regē dicēs. Uiuat dn̄s meus rex dauid in eter
nū. Dixit q̄z rex dauid. Uocate mihi sadoch sacer 8
dotē ꝛ nathan ꝓphetā:ꝛ banaiā filiū ioiade. Qui
cū ingressi fuissēt coꝝ rege:dixit ad eos. Tollite
vobiscū ſuos dn̄i vr̄i:ꝛ īponite salomonē filium
meū super mulā meā:ꝛ ducite eū in gion:ꝛ vngat
eū ibi sadoch sacerdos ꝛ nathan ꝓpheta in reges
sup israť. Et canetis buccina atq; dicetis. Uiuat rex
salomō. Et ascēdetis post eū:ꝛ venietis i irūz:ꝛ se
debit super soliū meū:ꝛ ipse regnabit p me:illiq;
p̄cipiam vt sit dux super israhel ꝛ super iudaz. Et
respondit banaias filius ioiade regi dicēs. Amē.
Sic loquať dn̄s de' dn̄i mei regis. Quō fuit dn̄s
cū dño meo rege:sic sit cū salomone:ꝛ sublimius
faciat soliū ei' a solio dn̄i mei regis dauid. Descē- P. 1
dit ḡ sadoch sacerdos ꝛ nathan ꝓpheta ꝛ bana
ias filius ioiade ꝛ celethi ꝛ felethi:ꝛ īposuerūt salo
monē sup mulā regis dauid: ꝛ adduxerūt eum in
gion. Sūpsitq; sadoch sacerdos coꝛnu olei de ta
bernaculo:ꝛ vnxit salomonē:ꝛ cecinerūt buccina
ꝛ dixit oīs ppls. Uiuat rex salomō. Et ascēdit vni
uersa multitudo post eū:ꝛ ppls canētiū tibijs ꝛ le
tātiū gaudio magno: ꝛ īsonuit terra a clamore eo
rū. Audiuit aūt adonias:ꝛ oēs q̄ īuitati fuerāt ab 2
eo. Iāq; ꝓuitiū finitū erat. Qz ꝛ ioab audita vo
ce tube ait. Quid sibi vult clamor ciuitat' tumul
tuātis? Adhuc eo loquente ionathā fili' abiathar
sacerdot' venit. Cui dixit adonias. Ingredere q̄z
vir fortis es ꝛ bona nūcians. Rn̄ditq; ionathan
adonie. Neq̄q. Dn̄s.n. nr̄ rex dauid:regē ꝓstituit
salomōez:misitq; cū eo sadoch sacerdotē ꝛ nathā
ꝓphetā ꝛ banaiā filiū ioiade ꝛ celethi ꝛ felethi:ꝛ i
posuerūt eū sup mulā regi. Unxerūtq; eū sadoch
sacerdos ꝛ nathā ꝓpheta regē i gion:ꝛ ascēderūt
inde letātes:ꝛ īsonuit ciuitas. Hec ē vox quā au 3
distis. Qz ꝛ salomō sedet super soliū rḡni:ꝛ igres
si fui regis bñdixerūt dño nr̄o regi dauid dicen
tes. Amplificet de' nomē salomonis sup nomen
tuū:ꝛ magnificet thronū eius sup thronū tuū. Et

adorauit rex ī lectulo suo:insup ⁊ hic locutus est. Bñdictus dñs deus isrł qui dedit hodie sedētez in solio meo videntib⁹ oculis meis. Territi sunt ĝ ⁊ surrexerūt oēs q ūitati fuerāt ab adonia: ⁊ iuit vnusqsqz ī viā suā. Adonias aūt timēs salomonē surrexit ⁊ abijt ī tabernaculū dñi:tenuitqz cornu altaris. Et nūciauerūt salomōi dicētes. Ecce adonias timēs regē salomonē:tenet cornu altaris dicēs. Juret mihi rex salomō hodie q̄ nō ītерficiat ſuū suū gladio. Dixitqz salomō. Si fuerit vir bonus:nō cadet ne vnus qdē capillus eius in terrā: sin aūt malū ītuentū fuerit in eo:morieł. Misit ĝ salomō ⁊ eduxit eū ab altari ⁊ ītgressus adorauit regē salomonem. Dixitqz ei salomon. Vade in domum tuam.

II

Appropinquerūt aūt dies dauid vt morerēł: ꝓcepitqz salomōi filio suo dicens. Ecce ego ītgredior viā vniuerse ẽre. Confortare ⁊ esto vir fortis ⁊ obserua custodias dñi dei tui vt ambules in vijs eius ⁊ custodias cerimonias eius: ⁊ ꝓcepta ei⁹ ⁊ iudicia ⁊ testimonia:sicut scriptum est ī lege moysi: vt intelligas vniuersa que facis: ⁊ q̄cūqz te verteris vt ꝓfirmet dñs ſmones suos q̄s locut⁹ ē de me dicēs. Si custodierint filij tui vias meas: ⁊ ābulauerīt coꝝ me ī veritate: in oī corde suo ⁊ ī oī aīa sua:nō auferēł tibi vir ō solio isrł. Tu qz nosti q̄ fecerit mihi ioab filj⁹ saruie: q̄ fecerit duob⁹ p̄ncipib⁹ exercitus isrł: abner filio ner: ⁊ amasę filio iether q̄s occidit ⁊ effudit sāguinē belli ī pace: ⁊ posuit cruorē belli ī baltheo suo q erat circa lūbos eius: ⁊ ī calciamēto suo quod erat in pedib⁹ eius. Facies ĝ iuxł sapiētiā tuā: ⁊ nō deduces canitiē eius pacifice ad iferos. Sz ⁊ filijs berçelłai galaaditł reddes grām: erūtqz comedētes ī mēsa tua. Occurrerūt.n. mihi q̄n fugiebā a facie absalō frīs tui. Habes qz apud te semei filiū gera filij gemini de baburī: q maledixit mihi maledictione pessima q̄n ibā ad castra. Sz qz descendit mihi ī occursū cū trāsirē iordanē: ⁊ iurauī ei p dñm dicēs:nō te interficiā gladio: tu noli pati eū esse ĩnoxiū. Vir aūt sapiēs es vt scias q̄ facies ei:deducesqz canos eius cū sāguine ad iferos. Dormiuit igitł dauid cū p̄ribus suis: ⁊ sepultus ē ī ciuitate dauid. Dies aūt q⁹ rēgnauit dauid sup isrł q̄draginta ānis fūt. In hebrō regnauit septē ānis: ī irłm trigīta trib⁹. Salomon aūt sedit sup thronū dauid p̄ris sui: ⁊ firmatū ē regnū eius nimis. Et ītgressus ē adonias filj⁹ agith ad bersabee matrē salomōis. Que dixit ei. Pacificus ne ē ītgressus tu? Qui respondit pacificus. Addiditque. Sermo mihi ē ad te. Cui ait. Loq̄re. Et ille. Tu ingt nosti qz meū erat regnū: ⁊ me ꝓposuerat oīs isrł sibi in regē: sz trāslatū ē regnū ⁊ factum ē fratris mei. A dño.n. ꝓstitutū ē ei. Nūc ĝ petitionē vnā p̄coꝝ a te ne ꝓfundas faciē meā. Que dixit ad eū. Loq̄re. Et ille ait. Precor vt dicas salomoni regi:neq̄z enim negare tibi q̄q̄ pōt: vt det mihi abisac sunamitē vxorē. Et ait bersabee. Bñ ego loq̄r regi p te. Venit ĝ bersabee ad regē salomonē vt loq̄reł ei pro adonia. Et surrexit rex in occursū ei⁹ adorauitqz eā: ⁊ sedit sup thronū suū. Posituſq̄ ē thron⁹ mr̄i regis q̄ sedet ad dexterā eius: dixitqz ei. Petitionē vnā puulā ego deprecor a te ne ꝓfundas faciē meā. Et dixit ei rex. Pete mater mea. Neq̄z.n. fas ē vt auertā faciē tuā. Que ait. Detł abisac sunamitł adonie frī tuo vxori. Rndit q̄z rex salomō: ⁊ dixit mr̄i sue. Quare postulas abisac sunamiten adōieł? postula ei ⁊ regnū. Ipse ē.n. frater meus maior me: ⁊ habet abiathar sacerdotem ⁊ ioab filium saruie. Jurauit itaq̄z rex salomō per dñm dicēs. Hec faciat mihi deus ⁊ hec addat: q̄z ō aīam suā locutus ē adonias verbū hūc. Et nūc viuit dñs q̄ firmauit me ⁊ collocauit me sup soliū dauid p̄ris mei: ⁊ q̄ fecit mihi domū sicut locut⁹ ē: q̄z hodie occidetur adonias. Misitqz rex salomō p manū banaie filij ioiade q̄ ītерfecit eū: ⁊ mortuus est. Abiathar q̄z sacerdoti dixit rex. Vade in anathot ad agrum tuū. Et q̄dē vir mortis es: sz hodie te nō ītерficiam q̄z portasti archā dñi dei coram dauid p̄re meo: ⁊ sustinuisti laborē ī oībus ī q̄bus laborauit p̄r me us. Fiecit ĝ salomō abiathar vt nō esset sacerdos dñi vt ĩpleret ſmo dñi quē locut⁹ ē sup domū heli in silo. Venit aūt nuncius ad salomonē q̄ ioab declinasset post adoniā: ⁊ p⁹ salomonē nō declinasset. Fugit ĝ ioab in tabernaculū dñi ⁊ apprēhendit cornu altarłs. Nūciatūqz ē regi salomoni q̄ fugisset ioab ī tabernaculū dñi: ⁊ ecce iuxł altare. Misitqz salomō banaiā filiū ioiade dicēs. Vade ītерfice eū. Et venit banaias ad tabernaculū dñi: ⁊ dixit ei. Hec dicit rex. Egredere. Qui ait. Nō egrediar: sz hic moriar. Renūciauit banaias regi sermonē dicēs. Hec locutus ē ioab: ⁊ hec rndit mihi. Dixitqz ei rex. Fac sicut locutus ē ⁊ interfice eū ⁊ sepeli: ⁊ amouebis sanguinē ĩnocentē q̄ effusus ē a ioab a me ⁊ a domo p̄ris mei: ⁊ reddet dñs sanguinē ei⁹ sup caput eius: q̄z interfecit duos viros iustos melioresqz se: ⁊ occidit eos gladio p̄re meo dauid ignorante: abner filium ner p̄ncipē milicie israhel: ⁊ amasam filium iether p̄rincipem exercitus iuda. Et reuertetł sāguis illoꝝ in caput ioab: ⁊ ī caput seminis eius ī sempiternū: dauid aūt ⁊ semī eius ⁊ domui ⁊ throno illius sit pax vsq̄z in etnū a dño. Ascēdit itaq̄z banaias filj⁹ ioiade: ⁊ aggressus eū ītерfecit: sepultusqz ē in domo sua in deserto. Et ꝓstituit rex banaiā filiū ioiade p eo sup exercitū: ⁊ sadoch sacerdotē posuit p abiathar. Misit q̄z rex ⁊ vocauit semei: dixitqz ei. Edifica tibi domū ī irłm: ⁊ bita ibi. Et nō egredieris ĩde huc aut illuc. Quacūqz aūt die egressus fuerł ⁊ trāsierł torrētē cedrō: scito te ītерficiendū. Sanguis tuus erit sup caput tuū. Dixitqz semei regi. Bonus sermo. Sicut locut⁹ ē dñs me⁹ rex: sic faciet ſtus tuus. Habitauit itaq̄z semei in irłm diebus multis. Factū ē aūt p⁹ ānos tres vt fugerent serui semei ad achis filiū maacha regē geth. Nūciatūqz ē semei q̄ serui eius essent in geth. Et surrexit semei ⁊ strą-

tuit a finū suū: iuitqz ad achis in geth ad regrendū
suos suos: z adduxit eos de geth. Nūciatū ē aūt
regi salomoni q̄ issset semei ī geth de ir'lm z redi
sset. Et mittens vocauit eū: dixitqz illi. Nōne testi
ficatus sū tibi p dñm: z pdixi tibi q̄cūqz die egres
sus faeris huc z illuc: scito te esse moriturū? Et rñ
disti mihi. Bonus ſmo quē audiui. Quare g̃ non
custodisti iusurandū dñi z p̄ceptū q̄ p̄ceperā ti
bi? Dixitqz rex ad semei. Tu nosti oē malū cuius
tibi ꝓsciū est cor tuū quod fecisti dauid p̄ri meo.
Reddidit dñs malicia tuā in caput tuū z rex sa
lomon bñdictus: z thronus dauid erit stabilis co
rā dño vsqz in sēpiternū. Jussit itaqz rex banaie
filio ioiade q̄ aggressus pcussit eū z mortuꝰ ē. III

Confirmatū est igit regnū in manu salo
monis: z affinitate ꝓiunctus ē pharaoni
regi egypti. Accepit nāqz filiā eius: z ad
duxit in ciuitatē dauid donec ꝓpleret edificās do
mū suā z domū dñi: z murū ir'lm p circuitū. Attñ
ppls īmolabat ī excelsis. Nō. n. edificatū erat tē
plū nōi dñi vsqz ī diē illū. Dilexit aūt salomō dñz
ābulans ī p̄ceptis dauid p̄ris sui: excepto q̄ in ex
celsis īmolabat: z accēdebat thymiama. Abiit itaq
salomō ī gabaon vt īmolaret ibi. Illud quippe
erat excelsū maximū. Mille hostias in holocau
stū obtulit salomō sup altare illō ī gabaon. Appa
ruit aūt dñs salomoni p sōniū nocte dicēs. Postu
la q̄ vis vt dem tibi. Et ait salomō. Tu fecisti cū
ſuo tuo dauid p̄re meo mīam magnā: sicut ābu
lauit ī ꝓspectu tuo ī veritate z iustitia z recto cor
de tecū. Custodisti ei mīam tuā grandē: z dedisti
ei filiū sedentē sup thronū sicut ē hodie. Et nunc
dñe deꝰ tu regnare fecisti ſuū tuū p dauid patre
meo. Ego aūt sū puer parvulus: z ignorās egres
sū z itroitū meū: z ſuus tuꝰ ī medio ē ppli quē ele
gisti: ppli infiniti q̄ enūerari z supputari non pōt p̄
multitudine. Dabis g̃ ſuo tuo cor docile vt ppl'm
tuū iudicare possit z discernere iter bonū z malū.
Quis. n. pōt iudicare ppl'm istū: ppl'm tuqz hunc
multū? Placuit g̃ ſmo corā dño q̄ salomō postu
lasset huiuscemōi rē. Et dixit dñs salomōi. Quia
postulasti verbū ſ: z non petisti tibi dies multos
nec diuitias aut aīas inimicoꝝ tuoꝝ: sz postulasti
tibi sapiam ad discernendū iudiciū: ecce feci tibi
secūdū ſmones tuos. Et dedi tibi cor sapiēs z in
telligēs itantū vt nullus añ te similꝰ tui fuerit nec
post te surrecturus sit. Sz z hec q̄ nō postulasti ō
di tibi diuitias. ſ. z gloriā vt nemo fuerit similis
tui in regibꝰ cūctis retro diebus. Si aūt ambula
ueris in viis meis z custodieri p̄cepta mea z man
data mea sicut ābulauit p̄r tuus lōgos faciā dies
tuos. Igitur euigilauit salomon: z itellexit q̄ eēt
sōniū. Cūqz venisset ir'lm: stetit corā archa federis
dñi: z obtulit holocausta: z fecit victimas pacifi
cas z grāde ꝓiuiū vniuersis famulis suis. Tunc
venerūt due mulieres meretrices ad regē: stete
rūtqz coram eo. Quaꝝ vna ait. Obsecro mi dñe:
ego z mulier hec hītabamꝰ in domo vna; z pepi
apud eā in cubiculo. Tertia aūt die postq̄z ego pe
pi: pepit z hec. Et eramꝰ sil' nullusqz alius nobiscū
ī domo excepti nobis duabꝰ. Mortuꝰ ē aūt filius
mulieri huiꝰ nocte. Dormiens qppe oppressit eū. Et
ꝓsurgēs ītēpeste noctis silentio: tulit filiū meū de
latē meo ācille tue dormiētis: z collocauit in sinu
suo: suū ātē filiū q̄ erat mōtuꝰ posuit ī sinu meo. Cū
q̄z surrexissē mane vt darē lac filio meo: apparuit
mortuꝰ. Quē diligētius ītuens clara luce deph̃en
di nō eē meū quē genuerā. Rñditqz alt̃a mulier.
Nō est ita vt dicis: sz filius tuꝰ mortuus ē: mens
aūt viuit. Ecōtrario illa dicebat. Mentiris. Filius
qppe meus viuit: z filiꝰ tuus mortuꝰ ē. Atqz ī hūc
modū ꝓtendebāt corā rege. Tūc rex ait. Hec di
cit. Filiꝰ meus viuit: z filius tuus mortuꝰ ē. Et ista
rñdit. Nō: sz filius tuus mortuꝰ ē: meus aūt vivit.
Dixit g̃ rex. Afferte mihi gladiū. Cūqz attulisset
gladiū corā rege: dimidite īgt infantē viuū in du
as ptes: z date dimidiā ptē vni z dimidiā ptē alt̃i.
Dixit aūt mulier cuiꝰ filiꝰ erat viuꝰ ad regē: cōmo
ta sunt qppe viscera eiꝰ sup filio suo. Obsecro dñe
date illi infantē viuū: z nolite īterficere eū. Ꝑrio
illa dicebat: nec mihi nec tibi fit: sz diuidat. Rñ
dit rex z ait. Date huic ifātē viuum z nō occidat.
Hec ē aūt mat eius. Audiuit itaqz oīs isr'l iudiciū
q̄ iudicasset rex: z timuerūt regē videtes sapiaz
dei esse in eo ad faciendū iudiciū. IIII

Erat ātē rex salomō ſgnās sr̃ oēz isr'l z hi
ꝓncipes q̄s hēbat Azarias filiꝰ sadoch sa
cerdotis helioreph z abia filij sisa scribe.
Josaphat filiꝰ ahilud a cōmētarijs. Banaias filiꝰ
ioiade sup exercitū. Sadoch ātē z abiathar sacer
dotes: azarias filius nathā sup eos q̄ assistebāt're
gi. Sabud filius nathā sacerdos amicus regis z
ahisar p̄positus domui z adoniā filius abda su
per tributa. Habebat aūt salomō duodecim p̄fe
ctos sup oēm isr'l q̄ p̄bebāt annonā regi z domui
eiꝰ. Per singulos. n. menses ī anno: singuli necessa
ria mīstrabāt. Et hec noīa eoꝝ. Benhur ī monte
effraim. Bendecar ī macces z ī salebi z ī bethsa
mes z ī belon z in bethanan. Beneseđ ī araboth.
Ipsius. n. erat socho z oīs terra epher. Benab in
adab cuiꝰ oīs nephadoꝝ: thaphet filiā salomonis
habebat vxorē. Baana filius ahilud regebat tha
nach z magedo z vniuersā bethsā q̄ ē iuxt sartana
subter ieẽrahel a bethsan vsqz abelmeula e regio
ne iecmaan. Begaber in ramoth galaad habebat
anothiair filij manasse ī galaad. Ipse ꝑerat in oī
regiōe argob q̄ ē ī basan sexaginta ciuitatibꝰ ma
gnis atqz muratis q̄ habebāt seras eneas. Abina
dab filiꝰ addo ꝑerat in manaim. Achimaas in ne
ptali. Sz z ipse hēbat basemath filiā salomōis in
ꝰiugio. Baana filiꝰ husi ī aser z in baloth. Josa
phat filiꝰ pharue ī isachar. Semei filiꝰ bela in be
niamin. Saber filiꝰ suri ī terra galaad: z ī cīa seon
regis āmorrei z og regis basan sup oīa q̄ erāt in il
la terra. Juda z isr'l innumerabiles sicut arena ma
ris ī multitudie comedētes z bibentes atqz letan

tes. Salomō aūt erat in ditiōe sua hūs oīa regna
secū a flumīe terre philistijm vsq; ad terminū egy
pti: offerentiū sibi munera ⁊ seruientiū ei cūctis die
bus vite ei⁹. Erat aut cib⁹ salomōis p dies singu
los trigīta chozi simile ⁊ sexaginta chozi farine: ō
cē bones pīgues: ⁊ vigīti boues pascuales: ⁊ cētū
arietes: excepta venatiōe ceruoz capzaz atq; bu
baloz ⁊ auiū altiliū. Ipse enī obtinebat oēm regi
onē q̄ erat trās flumē q̄si a thapsa vsq; ad gaçā: ⁊
cūctos reges illaz regionū: ⁊ hēbat pacē ex oī par
te i circuitu. Habitabatq; iuda ⁊ isrl absq; timoze
vllo: vnusq;sq; sb vite sue ⁊ sub ficu sua: a dan vsq;
berſabee cūctis diebus salomōis. Et hēbat salo
mō q̄draginta milia p̄sepia equoz curiliū: ⁊ duo
decī milia equestriū: nutriebantq; eos supradicti
regis p̄fecti: sed ⁊ necessaria mēse regis salomonis
cū īgenti cura p̄bebant i tpe suo. Hordeū aūt ⁊ pale
as equoz ⁊ iumētoz deferebāt i locū vbi erat rex
iux̄ ꝯstitutū sibi. Dedit aūt deus sapiam salomōi ⁊
prudētiā multā nimis: ⁊ latitudinē cozdis q̄si are
nā q̄ē in littoze maris: ⁊ p̄cedebat sapia salomōis
sapiam oīum oziental̄iū ⁊ egyptioz: ⁊ erat sapien
tioz cūctis hōibus. Sapiētioz ethan ezraite ⁊ he
mā ⁊ calchal ⁊ dozda filijs maol: ⁊ erat noīatus i
vniuersis gentibus p circuitū. Locutus est aūt sa
lomon tria milia parabolas: ⁊ fuerūt carmina eius
q̄nq; milia. Et disputauit sup lignis a cedro q̄ ē in
libano vsq; ad hysopū q̄ egredit ō pariete: ⁊ disse
ruit de iumētis ⁊ volucribus ⁊ reptilibus ⁊ pisci
bus. Et veniebāt de cūctis pplis ad audiendā sa
pientiā salomonis: ⁊ ab vniuersis regibus terre q̄
audiebant sapientiā eius. V

Misit aūt hiram rex tyri suos seruos ad salo
monē. Audiuit.n. q̄ ipsū vnxissent regem
sup isrl p p̄re ei⁹: qa amic⁹ fuerat hirā da
uid oī tpe. Dixit aūt salomō ad hirā dicēs. Tu scis
voluntatē dauid p̄ris mei: ⁊ q̄z non potuit edificare
domū noī dñi dei sui ꝓpt̄ bella iminētia p circui
tū: donec daret dñs eos sub vestigio pedū eius.
Nūc aūt req̄ dedit de⁹ me⁹ mihi per circuitum
⁊ nō ē sathan neq; occursus mal⁹: quāobrē cogito
edificare tēplū noī dñi dei mei sic̄ locut⁹ ē dauid
p̄ri meo dicēs. Filiꝰ tuꝰ quē dabo p te sr̄ soliū tuū:
ipse edificabit domū noī meo. Precipe igit̄ vt pre
cidant mihi ligna tui cedros de libāo: ⁊ sui mei sint
cū suis tuis: mercedē aūt suoz tuoz dabo tibi quā
cūq; petieris. Scis.n. quō nō ē i ppl̄o meo vir qui
nouerit ligna cedē sic̄ sidonij. Cū q̄ audisset hirā
ꝛba salomōis letat⁹ ē valde: ⁊ ait. Benedict⁹ dñs
de⁹ hodie q̄ dedit dauid filiū sapiētissimū sr̄ ppl̄z
hunc plurimū. Et misit hirā ad salomonē dicens.
Audiui q̄cūq; mādasti mihi. Ego faciā oēz voluta
tē tuā i lignis cedrinis ⁊ abiegnis. Serui mei ꝺponent ea de libano ad mare: ⁊ ego ꝺponā ea in rati
bus i mari vsq; ad locū quē significaberis mihi: ⁊
applicabo ea ibi ⁊ tu tolles ea. Prebebisq; mihi
necessaria: vt det cibus domui mee. Itaq; hirā da
bat salomoni ligna cedrina ⁊ ligna abiegna iuxta
oēm voluntatē ei⁹. Salomō aūt ꝓbebat hirā vigi
ti milia chozos tritici in cibū domui ei⁹: ⁊ viginti
chozos purissimi olei. Hec tribuebat salomō hirā
p singulos ānos. Dedit q̄z dñs sapiam salomoni si
cut locut⁹ ē ei: ⁊ erat pax iter hirā ⁊ salomonē: ⁊ p
cusserūt ambo sedus. Elegitq; rex salomō opari
os ō oī isrl: ⁊ erat dictio trigīta milia viroz. Mit
tebatq; eos in libanum decem milia p mēses sin
gulos vicissim: ita vt duobus mēsibus esset in do
mibus suis. Et adonirā erat sup hr̄uscemōi indic
tionē. Fuerūt itaq; salomoni septūagīta milia eoz
q̄ onera portabāt: ⁊ octogīta milia latomoz i mō
te absq; ꝓpositis q̄ p̄erāt singulis opibus numero
triū miliū ⁊ trecentoz p̄cipientiū ppl̄o: ⁊ bis q̄ fa
ciebāt op⁹. Precepitq; rex vt tollerēt lapides grā
des lapides p̄ciosos i fūdamētū tēpli ⁊ q̄drarēt eos
quos dolauerūt cementarij salomonis ⁊ cemēta
rij hiram. Porro bibliī ꝓparauerunt ligna ⁊ lapi
des ad edificandū domum. VI

Factū ē aūt q̄drīgētissimo ⁊ octogesimo an
no egressionis filioz isrl de trā egypti in
āno q̄rto mēse çio: ipse ē mēsis secundus
regni salomonis sup isrl: edificare cepit domū do
mino. Dom⁹ aūt quā edificabat rex salomon dño:
hēbat sexagīta cubitos i lōgitudine: ⁊ viginti cubi
tos in latitudine: ⁊ triginta cubitos in altitudie. Et
porticus erat añ tēplum viginti cubitoz longitu
dinis iuxta mensurā latitudinis templi: ⁊ habebat
decem cubitos latitudinis āte faciē templi: fecitq;
i teplo fenestras obliquas. Et edificauit sup pari
etem templi tabulata per gyrū in parietibus dom⁹
per circuitum templi ⁊ ozaculi: ⁊ fecit latera in cir
cuitu. Tabulatum qō subter erat quinq; cubitos
habebat latitudinis: ⁊ medium tabulatum sex cu
bitoz latitudinis: ⁊ tertium tabulatum septem
habens cubitos latitudinis. Trabes aūt posuit in
domo per circuitū forinsecus vt nō hererēt mur⁹
tēpli. Domus aūt cū edificaret de lapidibus dola
tis atq; pfectis edificata est: ⁊ malleus ⁊ securis ⁊
omne ferramentū nō sūt audita in domo cū edifi
caret. Ostiū lateris medij in pariete erat domus
ꝺxtere: ⁊ per cochleā ascēdebāt i mediū cenaculū
⁊ a medio in tertiū. Et edificauit domū ⁊ ꝺsumauit eam. Texit aūt domū laquearibus cedrinis: ⁊
edificauit tabulatū sup oēm domum quinq; cubi
tis altitudinis: ⁊ operuit domum lignis cedrinis.
Et factus est sermo domini ad salomonez dicens:
Domus hec quam edificas: si ambulaueris in pre
ceptis meis: ⁊ iudicia mea feceris: ⁊ custodieris oīa
mandata mea gradiens per ea: firmabo sermonē
meum tibi quē locutus sum ad dauid patrem tuū
⁊ habitabo in medio filioz isrl: ⁊ nō derelin
quam ppl̄m meū isrl. Igitur edificauit salomon
domum ⁊ consumauit eam. Et edificauit parietes
domus intrinsecus tabulatis cedrinis a pauimēto
domus vsque ad sūmitatem parietum ⁊ vsq; ad
laquearia: ⁊ operuit lignis cedrinis intrinsecus: ⁊
texit pauimentum domus tabulis abiegnis.

bũ helie. Et comedit ipse ⁊ illa ⁊ domꝰ eiꝰ: ⁊ ex illa
die hydrie farine nõ defecit: ⁊ lechitꝰ olei nõ ē im
minutus iuxt̃ verbũ dñi qõ locutꝰ fuerat in manu
helie. Factũ ē ãt: ꝓ ẏba hec egrotauit filiꝰ mulie
ris matrisſamilias: ⁊ erat languoz fortissimus ita
vt nõ remaneret ī eo halitus. Dixit q̃ ad heliam.
Quid mihi ⁊ tibi vir deiꝰ? Ingressus es ad me vt
rememozarẽt̃ iq̃tates mee: ⁊ ĩficeres filiũ meũ.
Et ait ad eaz helias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitq̃z eũ
ō sinu eiꝰ: ⁊ portauit in cenaculũ vbi ipse mãebat
⁊ posuit sup lectulũ suũ: ⁊ clamauit ad dñz: ⁊ dixit.
dñe deꝰ meus ēt ne viduã apud quã ego vtcunq̃
sustẽtoz afflixisti vt ĩterficeres filiũ eiꝰ? Et expan
dit se atq̃ mẽsus ē sup puerũ tribꝰ vicibꝰ: ⁊ clama
uit ad dñm ⁊ ait. Dñe deꝰ meus reuertat̃ obsecro
aĩa pueri huius ī viscera eiꝰ. Et exaudiuit dñs vo
cẽ helie: ⁊ reuersa ē aĩa pueri ĩtra eũ: ⁊ reuixit. Tu
litq̃z helias puerũ: ⁊ depositꝰ cũ de cenaculo in in
feriozẽ domũ ⁊ tradidit matri sue: ⁊ ait illi. En vi
uit filius tuus. Dixitq̃z mulier ad heliã. Nũc ī isto
cognoui qñ vir dei es tu: ⁊ verbũ dñi in oze tuo
verum est.

XVIII

Post dies multos factũ ē verbũ dñi ad he
liã ī ãno tertio dicens. Uade ⁊ ostende te
achab vt dez pluuiã sup faciẽ terre. Iuit
ergo helias vt oñderet se achab. Erat aũt fames
vehemẽs in samaria. Uocauitq̃z achab abdiã dis
pẽsatozem domus sue. Abdias aũt timebat dñm
deũ valde. Nã'cũ ĩterficeret iezabel ꝓphetas dñi
tulit ille cẽtũ ꝓphetas ⁊ absc̃odit eos gnquagenos
⁊ gnq̃genos in spelũcis: ⁊ pauit eos pane ⁊ aqua.
Dixit ḡ achab ad abdiã. Uade in terrã ad vniuer
sos fontes aquarum ⁊ in cũctas valles si forte pos
sumus inuenire herbã ⁊ saluare equos ⁊ multos:
⁊ non penitus iumenta intereant. Diuiserũtq̃z sibi
regiones vt circuirent eas: Achab ibat per viam
vnã: ⁊ abdias per viã alterã seorsũ. Cũq̃z ect abdi
as in via: helias occurrit ei. Qui cũ cognouisset eũ
cecidit sup faciẽ suã ⁊ ait. Nũ tu es domine mi he
lias? Qui ille rñdit. Ego. Et dixit. Uade ⁊ dic do
mino tuo. Adest helias. At ille. Quid peccaui inqꝫ
quoniam trades me seruum tuum in manu achab
vt interficiat me? Uiuit dominus deus tuus: quia
nõ est gens aut regnũ in q̃ nõ miserit dñs meus te
regrens. Et rñdentibus cũctis nõ est hic: adiura
uit regna singula ⁊ gentes eo qꝫ minime repireris

Et nūc dicis mihi: vade & dic dño tuo adest heli
as? Cūq; recessero a te spūs dñi asportabit te i lo
cū quē ego ignōro: & ingressus nūciabo achab: & nō i
ueniēs te interficiet me. Seruus aūt tu⁹ timet dñm
ab ifātia sua. Nūqd ñ idicatū ē tibi dño meo qd
feceriz cū interficeret iezabel ꝓphas dñi q̄ absco
derī ō ꝓphis dñi cētū viros qnq̄genos: & qnq̄ge
nos in spelūc) & pauerī eos pane & aq̄. Et nūc tu di
cis: vade & dic dño tuo adest helias vt īterficiat me.
Et dixit helias. Viuit dñs exercituū añ cui⁹ vultū
sto: q̄ hodie apparebo ei. Abijt ḡ abdias i occur
sū achab: & indicauit ei. Venitq; achab in occursū
helie: & cū vidisset eū ait. Tu ne es ille q cōturbas
isrl? Et ille ait. Nō ego turbaui isrl: sz tu & domus
pris tui qui dereliqstis mandata dñi & secuti estis
baali. Verū tñ nūc mitte & ꝓgrega ad me vniuer
sū isrl i mōte carmeli, & ꝓphas baal q̄dringēt osgn
q̄ginta: ꝓphasq; lucoꝝ q̄drigētos q comedūt de
mensa iezabel. Misit achab ad oēs filios isrl: & ꝯ
gregauit ꝓphas i mōte carmeli. Accedēs aūt he
lias ad oēm ꝓplz isrl ait. Usq; q̄ claudicatis i duas
ptes? Si dñs ē de⁹ segmī eū: si āt baal segmī illū.
Et ñ rñdit ei ppls ꝙbū. Et ait rursꝰ helias ad ꝓplz.
Ego remās ꝓphā dñi solꝰ: ꝓphe aūt baal q̄drin
gēti qnq̄gīta: ꝓphetq; lucoꝝ q̄drigēti viri sūt. Det
nob duo boues: & illi eligāt sibi bouē vnū & i fru
sta cedētes ponāt sup ligna: ignē aūt ñ supponāt.
Et ego faciā bouē alterū: & īponā sup ligna: ignez
āt ñ supponā. Inuocate nomīa deoꝝ vroꝝ: & ego
inuocabo nomñ dei mei & de⁹ q exaudierit ꝑ ignē ip
se sit de⁹. Rñdēs oīs ppls ait. Optīa ꝓpositio quā
locut⁹ ē helias. Dixit ergo helias ꝓphis baal. Elī
gite vobis bouez vnū & facite ꝓmū: qa vos plures
estis: & inuocate nōia deoꝝ vestroꝝ: ignēq; ñ suppo
natis. Qui cū tulisset bouē quē ōderat eis: fecerūt
& inuocabāt nomē baal de mane vsq; ad meridiez
dicētes. Baal exaudi nos. Et ñ erat vox: nec q rñ
deret. Trāsiliebāt q; altare qō fecerāt. Cūq; eēt iā
meridies: illudebat illis helias dicēs. Clamate vo
ce maiori. De⁹. n. ē & forsitā logt̄: aut i diuersorio
ē: aut i itinere: aut certe dormit vt excitet. Clama
bāt ḡ voce magna: & icidebāt se iux̄ ritū suū cul
tris & lanceol⁹ donec pfūderēt sāguīe. Postq; aute
trāsijt meridies & ill⁹ ꝓphātib⁹ venerat tēp⁹ q̄ sacri
ficiū offerri solet: nec audiebat⁹ vox neq; aliqs rñ
debat nec attēdebat ozātes: dixit helias oī ppl'o.
Uenite ad me. Et accedēte ad se ppl'o curauit al
tare dñi qō destructū fuerat: & tulit duodecī lapi
des iux̄ numerū tribuū filioꝝ iacob ad quē factus
ē ſmo dñi dicēs: isrl erit nomē tuū: & edificauit de
lapidib⁹ altare i noīe dñi. Fecitq; aq̄ductū q̄si per
duas aratiūculas i circuitu altaris: & cōposuit li
gna: diuisitq; ꝑ mēbra bouē: & posuit sup ligna &
ait. Implete q̄tuoꝝ hydrias aq̄: & fūdite sup holo
caustū & sup ligna. Rursūq; dixit. Etiā secūdo ꝟ
facite. Qui cū fecisset scdo ait. Etiā tertio idipsuz
facite. Fecerūt trio & currebāt aque circū altare &
fossa aq̄duct⁹ repleta ē. Cūq; iā tēp⁹ eet vt offerret
holocaustū: accedēs helias ꝓphā ait. Dñe deus a
braā & Isaac & isrl: ostēde hodie q̄ tu es deus isrl
& ego ſu⁹ tu⁹: & iux̄ ꝓceptū tuū feci oīa verba hec.
Exaudi me dñe exaudi me vt discat ppls iste: qa
tu es dñs deus: & tu ꝯuertisti coz eoꝝ itex̄. Cecidit
aūt ignis dñi & vorauit holocaustū & ligna & lapi
des: puluerē q̄z & aquā q̄ erat i aqueductu lābens.
Qō cū vidisset oīs ppls: cecidit in faciē suā: & ait.
Dñs ipse ē deus: dñs ipse ē de⁹. Dixitq; helias ad
eos. Apprehēdite ꝓphetas baal: & ne vn⁹ quidē
effugiat ex eis. Quos cū apprehēdisset duxit eos
helias ad torrētē cyson: & iterfecit eos ibi. Et ait
helias ad achab. Ascēde comede & bibe: q̄z son⁹
multe pluuie ē. Ascendit achab vt comederet & bi
beret: helias aūt ascēdit i ỹticē carmeli: & pnus in
terrā posuit faciē suā iter genua sua: & dixit ad pue
rū suū. Ascēde & pspice ꝙ mare. Qui cū ascendisset
& ꝓtēplatus esset ait. Nō ē gcq̄. Et rursū ait illi.
Reuertere septē vicibus. In septima aūt vice ec
ce nubecula parua q̄si vestigiū hois ascēdebat ō
mari. Qui ait. Ascēde: & dic achab. Junge currum
tuū & descēde: ne occupet te pluuia. Cūq; se verte
ret huc atq; illuc: ecce celi ꝓtenebrati sūt: & nubes
& vētus: & facta ē pluuia grādis. Ascendens itaq;
achab abijt in iezrahel: & manus dñi facta est sup
heliā: accinctisq; lūbis currebat ante achab ꝙcc
veniret in iezrahel. XIX

Nunciauit āt achab iezabel oīa q̄ fecerat
helias: & quō occidisset vniuersos ꝓphe
tas baal gladio. Misit itaq; iezabel nun
ciuz ad heliā dicēs. Nec mihi faciant dij: & hec ad
dāt: nisi hac hora cras posuero aīam tuā sicut aīaz
vnius ex illis. Timuit ḡ helias & surgēs abijt q̄cū
q; eū ferebat volūtas: venitq; in bersabee iuda: &
dimisit ibi puerū suū: & prexit i desertū viā vnius
diei. Cūq; vēisset & sedēt sbē vnā iunipex: petiuit
aie sue vt morerez. Et ait. Sufficit mihi dñe tolle
aīam meā. Neq; n. melioꝛ sū q̄ pres mei. Proiecē
q; se: & obdormiuit i vmbra iunipi. Et ecce āgelus
dñi tetigit eū: & dixit illi. Surge comede. Respe
xit: & ecce ad caput suū subcinerici⁹ panis & vas aq̄.
Comedit ḡ & bibit: & rursū obdormiuit. Reuer
susq; ē agelus dñi secūdo: & tetigit eū: dixitq; illi.
Surge comede. Grandis. n. tibi restat via. Qui cū
surrexisset: comedit & bibit: & ābulauit i fortitudi
ne cibi illi⁹ q̄draginta diebus & q̄draginta noctib⁹
vsq; ad montē dei oreb. Cūq; venisset illuc māsit
i spelūca. Et ecce ſmo dñi ad eū: dixitq; illi. Quid
h̄ agis helia? At ille rñdit. Zelo zelat⁹ sū ꝓ dño do
exercituū: q̄z dereliq̄rūt pactū tuū filij isrl. Altaria
tua dēstruxerūt: & ꝓphas tuos occiderūt gladio & ore
lictus sū ego solus: & q̄rūt aīam meā vt auferāt eā.
Et ait ei. Egredere & sta in mōte cozā dño. Et ec
ce dñs trāsijt: & spūs grandis & fortis: subuertens
montes: & conterēs petras ante dñm. Non in spū
dñs. Et post spūm ꝯmotio. Non in cōmotōe dñs.
Et post cōmotionē ignis. Nō in igne dñs. Et post
ignē sibil⁹ aure tenuis. Quod cū audisset helias

lz

opuit vultū suū pallio: ⁊ egressus stetit in ostio spe
lūce: ⁊ ecce vox ad eū dicēs. Quid hic agis helia?
Et ille rñdit Zelo zelat⁹ sū p dño deo exercituū:
qz dereliquerūt pactū tuū filij isrl. Altaria tua de
strux erūt: ⁊ pphetas tuos occiderūt gladio: ⁊ de/
relictus sum ego solus: ⁊ qrūt aiam meā vt auferāt
eā. Et ait dñs ad eū. Vade ⁊ reuertere in viā tuaz
p desertū in damascū. Vūqz pueneris illuc: vnges
asahel regē sup syriā: ⁊ iehu filiū namsi vnges
regē sup isrl: heliseū aūt filiū saphat q est de abel/
maula vnges pphetā p te. Et erit: qcunqz fugerit
gladiū asahel: occidet eū iehu: ⁊ quicunqz fugerit
gladiū iehu: iterficiet eū heliseus. Et derelinquaz
mihi in isrl septē milia viroz quoz genua nō sunt
incuruata añ baal: ⁊ oē os qđ nō adorauerit eum
osculās manū. Profectus ġ ide helias repperit he
liseū filiū saphat arantē in duodecī iugis boum: ⁊
ipse in duodecī iugis boū arantib⁹ vn⁹ erat. Vūqz
veniss et helias ad eū misit palliū suū super eum.
Qui statiz relictis bob⁹ cucurrit post heliā: ⁊ ait.
Osculoz ozo te pr̄em meū ⁊ matrē meā: ⁊ sic seq̄r
te. Dixitqz ei. Vade ⁊ reuertere. Qđ.n. meū erat se
ci tibi. Reuersus aūt ab eo tulit par boum ⁊ ma/
ctauit illud: ⁊ in aratro bouz coxit carnes: ⁊ dedit
pplo ⁊ comederūt. Consurgēsqz abijt ⁊ secutus ē
heliam: ⁊ ministrabat ei. XX

7 Porro benadab rex syrie ꝯgregauit oēm
exercitum suum: ⁊ trigintaduos reges se
cū: ⁊ equos ⁊ currus: ⁊ ascendens pugna
bat contra samariam: ⁊ obsidebat eam. Mittens
que nuncios ad achab regem israhel in ciuitatem
ait. Hec dicit benadab. Argentū tuū ⁊ aurū tuum
meū ē: ⁊ vxores tue ⁊ filij tui optimi mei sūt. Rñ/
ditqz rex isrl. Juxta verbū tuū dñe mi rex: tu⁹ sū
ego ⁊ oīa mea. Reuertentesqz nūcij dixerūt. Hec
dicit benadab q misit nos ad te. Argentū tuum ⁊
aurū tuū ⁊ vxores tuas: ⁊ filios tuos dabis mihi.
Eras igit hac eadē hora mittā ꝟuos meos ad te: ⁊
scrutabunt domū tuā ⁊ domū ꝟuoz tuoz: ⁊ oē qđ
eis placuerit ponent ī manibus suis ⁊ auferēt. Vo
cauit aūt rex isrl oēs seniores terre ⁊ ait. Aduer
tite ⁊ videte: qm insidiet nobis. Misit enī ad me
p vxorib⁹ meis ⁊ filijs ⁊ pro argēto ⁊ auro: ⁊ non
abnui. Dixerūtque oēs maiores natu ⁊ vniuersus
pplus ad eū. Nō audias neque acqescas illi. Rñ/
ditque nūcijs benadab. Dicite dño meo regi. Oīa
ꝓpter q̄ misisti ad me ꝟuū tuū in inicio faciā: hanc
aūt rē facere nō possū. Reuersique nuncij: retule/
rūt ei. Qui remisit: ⁊ ait. Hec faciāt mihi dij ⁊ hec
addāt: si suffecerit puluis samarie pugillis oīs pplo
q sequit me. Et rñdens rex isrl ait. Dicite ei. Ne
glozier accinctus eq̄ vt discinct⁹. Factū est aūt cū
audisset benadab ꝟbū istō bibebat ipse ⁊ reges in
vmbraculis: ⁊ ait ꝟuis suis. Circūdate ciuitatē. Et
circūdederūt eā. Et ecce pphēta vn⁹ accedēs ad
achab regez isrl: ait ei. Hec dicit dñs. Certe vidisti
oēm multitudinē hāc nimiā. Ecce ego tradā eā in
manū tuaz hodie: vt scias qz ego sum dñs. Et ait
achab. Per quē: dixitqz ei. Hec dicit dñs. Pedis
sequos ꝓncipū ꝟuinciaz. Et ait. Quis īcipiet pre
liari: Et ille dixit. Tu. Recensuit ġ pueros ꝓncipuz
ꝟuinciaz ⁊ reppit numez ducentoz trigintaduoz.
Et recensuit p⁹ eos ppl'm: oēs filios isrl septē milia:
⁊ egressi sūt meridie. Benadab aūt bibebat temu 2
lentus ī vmbraculo suo: ⁊ reges trigintaduo cū eo
q ad auxiliū ei⁹ venerāt. Egressi sūt āt pueri ꝓnci/
pū ꝟuinciaz ī ꝓma fronte. Misit itaqz benadab:
q nūciauerūt ei dicētes. Viri egressi sunt de sama
ria. At ille ait. Siue p pace veniunt apprehēdite
eos viuos: siue vt plient viuos eos capite. Egres/
si sūt ġ pueri ꝓncipū ꝟuinciaz: ac reliqu⁹ exercit⁹
seq̄bat. Et pcussit vnusqsqz virū q ꝯ se veniebat:
fugerūtqz syri ⁊ plecut⁹ ē eos isrl. Fugit qz bena/ 3
dab rex syrie ī equo cū eqtib⁹ suis. Nec nō egres
sus rex isrl pcussit eqs ⁊ currus: ⁊ pcussit syriā pla
ga magna nimis. Accedēs aūt pphā ad regē isrl:
dixit ei. Vade ⁊ ꝓfortare: ⁊ scito ⁊ vide qd facias.
Seq̄nti.n. āno rex syrie ascēdet ꝯ te. Serui ꝟo re
gis syrie dixerūt ei. Dij mōtiz sūt dij eoz: iō supa 4
uerunt nos. Vz meli⁹ ē vt pugnem⁹ ꝯ eos ī campe
stribus: ⁊ obtinebim⁹ eos. Tu ġ verbū hoc fac. Amo
ue reges singulos ab exercitu tuo ⁊ pone ꝓncipes
p eis: ⁊ īstaura numez milituz q ceciderūt ō tuis:
⁊ eqs ꝟm eqs ꝟstinos: ⁊ curr⁹ ꝟm currus qs āte ha
busti: ⁊ pugnabimus ꝯ eos in cāpestribus: ⁊ vide
bis q obtinebim⁹ eos. Credidit ꝓsilio eoz ⁊ fecit
ita. Igit postq̄ ān⁹ trāsierat recensuit benadab sy 5
rios ⁊ ascēdit ī affec vt pugnaret ꝯ isrl. Porro fi/
lij isrl recēsiti sunt: ⁊ accepti cibarijs ꝓfecti ex ad/
uerso: castraqz metati sūt ꝯ eos q̄si duo parui gre/
ges capraz: syri āt repleuerunt terrā. Et accedens
vn⁹ vir dei dixit ad regē isrl. Hec dic dñs. Qz di/
xerunt syri deus mōtiū ē dñs: ⁊ nō ē de⁹ vallium:
dabo oēz mltitudinē hāc grādē ī manu tua: ⁊ scie
tis: qz ego suz dñs. Dirigebantqz septez dieb⁹ ex
aduerso hi atqz illi acies: septima aūt die ꝓmissus
est bellus. Percussēr tqz filij isrl de syrijs centum
milia peditū ī die vna. Fugerūt āt syri q remanse
runt ī affec ī ciuitatez: ⁊ cecidit mur⁹ sup viginse/ 6
ptē milia hoīuz q remāserāt. Porro benadab fu/
giens ingressus est ciuitatez ī cubiculuz qđ erat in
tra cubiculuz: dixeruntqz ei ꝟui sui. Ecce audiui/
m⁹ q reges dom⁹ isrl clementes sunt. Ponamus
itaqz saccos ī lumbis nr̄is ⁊ funiculos ī capitibus
nr̄is: ⁊ egrediamur ad regez isrl: forsitan saluabit
aīas nr̄as. Accinxerunt saccis lumbos suos: ⁊ po/
suerunt funicl'os ī capitib⁹ suis: veneruntqz ad re
gez isrl: ⁊ dixerunt ei. Seruus tu⁹ benadab dicit.
Viuat ozo te aīa mea. Et ille ait. Si adhuc viuit:
frater me⁹ est. Qđ accepunt viri p omine: ⁊ festinā
tes rapuerunt ꝟbuz ex ore ei⁹ atqz dixerunt. Frat
tu⁹ benadab viuit. Et dixit eis. Jte ⁊ adducite eū
ad me. Egressus est ġ ad eum benadab ⁊ leuauit
eum ī curruz suum. Qui dixit ei. Ciuitates qs tu/
lit pr̄ me⁹ a pre tuo reddā: ⁊ plateas fac tibi in da/
masco sic fecit pr̄ meus ī samaria: ⁊ ego federat⁹

recedã a te. Pepigit g̃ fedus: z dimisit eu3. Tunc
vir qdã de filijs ꝓphetaꝝ dixit ad sociũ suũ i ser-
mõe dñi. Percute me. At ille noluit ꝑcutere. Qui
ait. Quia noluisti audire vocẽ dñi: ecce recedes a
me z ꝑcutiet te leo. Cũq; paululũ recessisset ab eo
inuenit eũ leo atq; ꝑcussit. Sed z alteꝝ inueniens vi
rũ dixit ad eũ. Percute me. Qui ꝑcussit eũ z vul-
nerauit. Abijt g̃ ꝓphet z occurrit regi i via: z mu
tauit aſpsione pulueris os z oc'los suos. Cũq; rex
trãsisset: clamauit ad regẽ z ait. Seruꝰ tuꝰ egressꝰ
ẽ ad ꝓliandũ cominus: cũq; fugisset vir vnꝰ: addu
xit eũ qdã ad me: z ait. Custodi virũ istũ. Qui si
lapsus fuerit erit aĩa tua ꝓ aĩa eiꝰ: aut talentũ argẽ
ti appẽdes. Dũ aũt ego turbatꝰ huc illucq; me ver
terẽ subito nõ cõparuit. Et ait rex isrl ad eũ. Hoc
ẽ iudiciũ tuũ qõ ipse decreuisti. At ille statĩ abster
sit puluerẽ de facie sua: z cognouit eũ rex isrl q; es
set de ꝓphetis. Qui ait ad eũ. Hec dicit dñs. Qz
dimisisti virũ dignu3 morte de manu tua: erit aĩa
tua ꝓ aĩa eius: z ꝑplus tuus ꝓ ꝑplo eius. Reuer-
sus est igitur rex isrl i domũ suã audire cõtẽnens
z furibundus venit i samariã. XXI

Post verba aũt hec tẽpe illo vinea erat na-
both ieẽrabelite q; erat i ieẽrabel iuxt pala
tiũ achab regis samarie. Locutus ẽ ergo
achab ad naboth dicẽs. Da mihi vineã tuã vt fa-
ciã mihi hortũ olerũ: qz vicina ẽ z ꝓpe domũ me
az. Daboq; tibi ꝓ ea vineã meliorẽ: aut si comodi
us tibi putas argẽti ꝓtiũ q̃tũ digna est. Cui ref
põdit naboth. Propitiꝰ sit mihi dñs ne dem here
ditatẽ patrũ meoꝝ tibi. Venit g̃ achab i domum
suã idignans z frendẽs sup ꝟbo qõ locutꝰ fuerat
ad eũ naboth ieẽrabelites dicẽs: nõ dabo tibi he
reditatẽ patrũ meoꝝ. Et ꝓiciens se in lectulũ suũ
auertit faciẽ suã ad pietem z nõ comedit panem.
Ingressa est aũt ad eu3 ieẽabel vxor sua: dixitq;
ei. Quid ẽ hoc vnde aĩa tua ꝯtristata ẽ: z q̃re non
comedis panẽ? Qui rñdit ei. Locutꝰ sũ naboth ieẽ
rabelite: z dixi ei. Da mihi vineã tuã accepta pecu
nia: aut si tibi placet dabo tibi vineam meliorem
ꝓ ea. Et ille ait. Nõ dabo tibi vineã meã. Dixit g̃
ad eũ ieẽabel vxor eiꝰ. Grandis auctoritatis es: z
bñ regis regnũ isrl. Surge z comede panẽ: z equo
aĩo esto. Ego dabo tibi vineã naboth ieẽrabelite.
Scripsit itaq; lras ex nõie achab: z signauit eas
ãnulo eiꝰ: z misit ad maiores natu z optimates q;
erãt i ciuitate eiꝰ z hĩtabãt cũ naboth. Litteraꝝ aũt
hec erat sscia. Predicate ieiunĩ z sedere facite na
both ĩter ꝓmos ꝑpli: z sõmittite duos viros filios
belial ꝯ eũ: z falsũ testimonium dicãt. Dñi dixit na
both deũ z regẽ: z educite eũ z lapidate: sicq; mo
riat. Fecerũt g̃ ciues eiꝰ maiores natu z optima-
tes q; hĩtabant cũ eo i vrbe: sicut ꝓceperat eis ieẽa
bel: z sicut scriptũ erat i litteris q̃s miserat ad eos.
Predicauerũt ieiunĩ z sedere fecerũt naboth in
ter ꝓmos ꝑpli: z adducti duobꝰ viris filijs diaboli
fecerũt eos sedere ꝯ eũ. At illi. s. vt viri diabolici
dixerũt ꝓtra eũ testimoniũ coram multitudine. Dñi
dixit naboth deũ z regẽ. Quo obrẽ eduxerũt eu3
extra ciuitatẽ: z lapidibꝰ interfecerũt. Miseruntq; ad
ieẽabel dicẽtes. Lapidatꝰ ẽ naboth z mortuꝰ est.
Factũ e aũt cũ audisset ieẽabel lapidatũ naboth z
mortuũ: locuta ẽ ad achab. Surge possside vineã
naboth ieẽrabelite q; noluit tibi acgeẽscere: z dare
eã accepta pecunia. Nõ. n. viuit naboth sed mor-
tuus ẽ. Nõ cũ audisset achab mortuũ vz naboth:
surrexit z descẽdebat i vineã naboth ieẽrabelite
vt possideret eã. Factꝰ ẽ igit ſmo dñi ad heliam
thesbiten dicẽs. Surge: descẽde i occursũ achab
regis isrl q; est i samaria. Ecce ad vineã naboth ꝺ-
scẽdit vt possideat eã. Et loq̃ris ad eũ dicẽs. Hec
dicit dñs deus. Occidisti: ĩsuper z possedisti. Et pꝰ
hec addes. Hec dic dñs. In loco ꝟ in q̃ linxerunt
canes sanguinez naboth: lãbent q̃z sanguinẽ tuum.
Et ait achab ad heliã. Nũ inuenisti me inimice me
us? Qui dixit. Inueni: eo q; venũdatus fis vt face
res malũ i ꝓspectu dñi. Hec dic dñs. Ecce ego in-
ducã sup te malũ: z demetã posteriora tua: z inter
ficiã de achab mingentẽ ad parietẽ z clausũ z vlti
mũ i isrl. Et dabo domũ tuã sicut domũ hieroboa
ni filij nabath: z sicut domũ baasa filij abia: quia
egisti vt me ad iracundiã ꝓuocares: z peccare fe-
sti isrl. Sed z de ieẽabel locutus ẽ dñs dicẽs. Ca-
nes comedent ieẽabel in agro ieẽrabel. Si mor-
tuus fuerit achab in ciuitate: comedẽt eũ canes: si
aũt mortuꝰ fuerit i agro comedẽt eũ volucres celi.
Igit nõ fuit alẽ talis sicut achab q; venũdatus est
vt faceret malũ i ꝓspectu dñi. Cõcitauit. n. eũ ieẽa
bel vxor sua: z abhominabilis factꝰ est itãtũ vt se-
qrẽt idola q̃s fecerãt ãmorrei q̃s ꝓsũpsit dñs a fa-
cie filioꝝ isrl. Itaq; cũ audisset achab ſmões istos
scidit vestimẽta sua: z opuit cilitio carnẽ suã: iciu-
nauitq; z dormiuit i sacco: z ãbulauit demisso ca
pite. Et factus ẽ ſmo dñi ad heliã tesbiten dicens.
Nõne vidisti humiliatũ achab coram me? Qz igit
humiliatus ẽ mei cã nõ inducã malũ in diebꝰ eius
sz i diebꝰ filij sui iferã malũ domui eius. XXII

Transierũt igit tres ãni absq; bello inter
syriã z isrl. In ãno aũt tertio descẽdit io-
saphat rex iuda ad regez isrl. Dixitq; rex
isrl ad ꝟos suos. Ignoratis q; nr̃a sit ramoth ga-
laad: z negligim⁹ tollere eaz de manu regis syrie?
Et ait ad iosaphat. Veniesne mecũ ad ꝓlianduz i
ramoth galaad? Dixitq; iosaphat ad regẽ isrl. Sicẽ
ego sũ: ita z tu. Pplus meus z pplus tuus vnum
sũt: z eqtes mei eqtes tui, Dixitq; iosaphat ad re-
gem isrl. Quere ozo te hodie ſmonẽ dñi. Congre
gauit g̃ rex isrl prophetas q̃dringẽtos circiter viros
z ait ad eos. Ire debeo i ramoth galaad ad bellã
dũ: an gesceres? Qui rñderũt. Ascende z dabit eam
dñs in manu regis. Dixit aũt iosaphat. Nõ est hic
ꝓpheta dñi q; spiã vt interrogemus ꝑũ? Et ait rex
isrl ad iosaphat. Remansit vir vnus ꝑ quẽ possu
mus interrogare dñm: sed ego odi eũ: qz nõ ꝓphe-
tat mihi bonũ sed malũ: micheas filius iemla. Cui
iosaphat ait. Ne loqueris ita rex. Vocauit g̃ rex

israhel eunuchū quēdā ⁊ dixit ei. Festina adducē micheā filiū iemla. Rex aūt israh ⁊ iosaphat rex iu da sedebāt vn⁹ qsq; ī solio suo vestiti cultu regio ī area iux ostiū porte samarie: ⁊ vniuersi ꝓphe ꝓ phabāt in ꝓspectu eox. Fec aūt sibi sedechias filⁱ chanaā cornua ferrea ⁊ ait. Hec dic dns. Dis vē tilabis syriā donec deleas eā. Omesq; ꝓphe sim ꝓ phabāt dicētes. Ascēde in ramoth galaad: ⁊ vade pspe: ⁊ tradet dns ī manus regⁱ. Nuncius vo qui ierat vt vocaret micheā: locut⁹ ē ad eū dicens. Ec ce ꝓmones ꝓphax ore vno regi bona pdicāt. Sit g ꝓmo tu⁹ similis eox: ⁊ loquere bona. Cui micheas ait. Viuit dns: qz qcūq; dixerit mihi dns hoc lo quar. Veīt itaq; ad regē ⁊ ait illi rex. Micheā: ire debem⁹ in ramoth galaad ad pliandū an cessare? Cui ille rndit. Ascēde ⁊ vade ꝓspere: ⁊ tradet dns in manu regis. Dixit aūt rex ad eū. Iterx atq; iterū adiuro te vt ñ loquaris mihi nisi qō verx ē ī noīe dñi. Et ille ait. Vidi cūctū israh dispsū ī mōtibus q̄si oues ñ hītes pastorē. Et ait dns. Nō hūt isti dns reuertat vnusqsq; in domū suā ī pace. Dixit g rex israh ad iosaphat. Nūqd nō dixi tibi qz nō ꝓphetat mihi bonū sz sep malū? Ille vo addēs ait. Ꝓpt ꝑ audi ꝓmonē dni. Vidi dnm sedētē sup soliū suū ⁊ oēm exercitū celi assistētē ei a dextrⁱ ⁊ a sinistrⁱ. Et ait dns. Quis decipiet achab regē israh vt ascen dat ⁊ cadat ī ramoth galaad? Et dixit vn⁹ verba huiuscemōi: ⁊ alⁱ aliē. Egressus ē aūt sps: ⁊ stetit co rā dño: ⁊ ait. Ego decipiā illū. Cui locutus ē dns. In quo? Et ille ait. Egrediar: ⁊ ero spūs mēdax in ore oīum ꝓphax ei⁹. Et dixit dns. Decipies ⁊ ꝓua lebis egredē ⁊ fac ita. Nūcigit ecce dedit dns spi ritū mēdacij ī ore oīum ꝓphax tuox qui hic sunt ⁊ dns locut⁹ ē ꝺ te malū. Accessit aūt sedechias fi liⁱ chana ⁊ ꝑcussit micheā ī maxillā: ⁊ dixit. Ve ne g dimisit spūs dni: ⁊ locut⁹ ē tibi? Et ait miche as. Visurus es ī die illa qñ ingredieris cubiculū in tra cubiculū vt abscondaris. Et ait rex israh. Colli te micheā ⁊ maneat apud āmon ꝓncipē ciuitatis: ⁊ apud ioas filiū amalech: ⁊ dicite eis. Hec dic rex. Mittite virū iustū ī carcerē: ⁊ sustētate eū pane tribulatiōis ⁊ aq̄ angustie: donec reuertar ī pace. Dixitq; micheas. Si reuersus fueris ī pace nō est locut⁹ ī me dns. Et ait. Audite ppli oēs. Ascendit itaq; rex israh et iosaphat rex iuda ī ramoth gala ad, dixit itaq; rex israh ad iosaphat. Sume arma: ⁊ ingredē pliū: ⁊ induere vestib⁹ tuis. Porro rex israh mutauit habitū suū ⁊ ingressus ē bellū. Rex aūt syrie precepat ꝓncipib⁹ curruū trigīta duob⁹ dicēs Non pugnabit⁹ ꝺ miorē ⁊ maiorē quēpiā nisi ꝺ rē gē israh solū. Cū g vidissēt ꝓncipes curruū iosaphat suspicati sūt q ipse esset rex israh: ⁊ impetu facto pu gnabāt ꝺ eū. Et exclamauit iosaphat. Intellexe runtq; ꝓncipes curruū q nō esset rex israh: ⁊ cessa uerunt ab eo. Vir aūt qdā tetendit arcū ī incertum sagittā dirigēs: ⁊ casu ꝑcussit regem israh inter pul monē ⁊ stomachum. Et ille dixit aurige suo. Ver te manū tuaz: ⁊ eijce me de exercitu: ga grauiter vulneratus sum. Cōmissū est g ꝑlium die illa: Et rex israh stabat in curru suo ꝺ syros: ⁊ mortuus ē vespere. Fluebat aūt sanguis plage in sinum cur rus: ⁊ ꝑco insonuit in vniuerso exercitu antex sol occūberet dicēs: Unusqsq; reuertat in ciuitates ⁊ in terrā suā. Mortuus est aūt rex: ⁊ platus ē in sa mariā. Sepelieruntq; regē in samaria: ⁊ lauerunt currū eius in piscina samarie: ⁊ linxerunt canes sā guinē eius: ⁊ habenas lauerunt iux verbū dni qō locutus fuerat. Reliq̄ aūt ꝓmonum achab ⁊ vni uersa q̄ fecit: ⁊ domus eburnea quā edificauit: cun ctarūq; vrbiuz quas extruxit: nōne hec scripta sūt ī libro ꝓmonuz diex regum israh? Mortuus g achab cū patribus suis: ⁊ regnauit ochoçias filius eius ꝓ eo. Iosaphat vero filius asa regnare cepat sup iu dam anno q̄rto achab regis israh. Trigintagnq; an nox erat cū regnare cepisset: ⁊ vigintiqnq; ānis re gnauit in irlm. Nomē matris eius açuba filia sa lai. Et ābulauit in oī via asa patris sui: ⁊ nō decli nauit ex ea fecitq; qō rectuz ē in ꝓspectu dni: ve rūtū excelsa nō abstulit. Adhuc.n. ppl⁹ sacrifica bat ⁊ adolebat incensū in excelsis. Pacēq; habuit iosaphat cū rege israh. Reliqua aūt verbox iosa phat ⁊ opera eius q̄ gessit ⁊ ꝓlia: nonne hec scripta sūt in libro verbox diex regū iuda? Sed ⁊ religas effeminatox q remanserāt in diebⁿ asa patris ei⁹ abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes ī mari q̄ nauigarēt in ophir ꝓpter aurū: ⁊ ire nō poterant: qz confracte sunt in asyongaber. Tunc ait ocho çias filius achab ad iosaphat. Vadāt serui mei cū tuis in nauibus. Et noluit iosaphat. Dormi uitq; iosaphat cū patribus suis: ⁊ sepultus est cum eis in ciuitate dauid patris sui: regnauitq; iozā fili us eius ꝓ eo. Ochoçias aūt filius achab regnare ceperat sup israh in samaria āno septimodecimo io saphat regis iuda: regnauitq; sup israh duob⁹ annis Et fecit malū in ꝺspectu dni: ⁊ ābulauit ī via pris sui ⁊ matris sue ⁊ in via hieroboā filij nabath: q peccare fecit israh. Seruiuit quoq; baal ⁊ adorauit eū: ⁊ irritauit dnm deū israh: iux oīa q̄ fecerat pr ei⁹.

Explicit ꝓmus liber Malachim. i. reguz ētius. Incipit secūdus liber Malachim id est quartus regum. Capitulum. I

Recuaricat⁹ est āt moab in israh: post q̄z mortu⁹ ē achab. Leciditq; ocho çias ꝓ cācellos cenaculi sui qō ha bebat ī samaria ⁊ egrotauit: misitq; nuncios dicēs ad eos. Ite cōsulite beelzebub deū accaron: vtrū viuere queā de infir mitate mea hac. Angel⁹ aūt dni locut⁹ ē ad heliaz thesbiten dicēs. Surge ascende in occursū nūcio rū regis samarie: ⁊ dices ad eos. Nunqd nō ē deꝰ in israh vt eatis ad ꝓsulēdū beelzebub deū accaro. Quāobrē hec dicit dns. De lectulo sup quē ascen disti non descendes: sed morte morieris. Et abiit

helias: ꝛ uersꝰ q̄ſt nūcij ad ochoçiã. Qui dixit eis. Quare reuersi estis? At illi respondерũt ei. Uir occurrit nobis: ꝛ dixit ad nos. Ite reuertimini ad regẽ q̄ misit vos ꝛ dicetis ei. Hec dicit dñs. Nūqd qꝛ nō erat deꝰ ī isrl: mittis vt ꝯsulas beelçebub deus accarõ? Idcirco de lectulo sup quẽ ascẽdisti ñ descẽdes: sꝫ morte morieris. Qui dixit eis. Qui⁹ figure ꝛ habit⁹ ẽ vir ille q̄ occurrit vob: ꝛ locut⁹ est ꝟba hec: At illi dixerũt. Uir pilosus ꝛ çona pellicea accinct⁹ renib⁹. Qui ait. Helias tesbites ẽ. Misitq̄ ad eũ gnq̄genariũ ꝓncipẽ: ꝛ gnq̄ginta q̄ erãt sub eo. Qui ascẽdit ad eũ: sedẽtiq̄ ī vertice mõtis ait. Homo dei: rex p̄cepit vt descẽdas. Respondensq̄ helias: dixit gnq̄genario. Si hō dei sum: descẽdat ignis ō celo: ꝛ deuoret te ꝛ gnq̄gīta tuos. Descendit ḡ ignis de celo ꝛ deuorauit eũ: ꝛ gnq̄gīta q̄ erãt cũ eo. Rursũq̄ misit ad eũ ꝓncipẽ gnquagenariũ alterũ: ꝛ gnquaginta cũ eo. Qui locut⁹ est illi. Homo dei hec dicit rex. Festina descẽde. Rñdens helias ait. Si hō dei ego sũ: descendat ignis de celo ꝛ deuoret te ꝛ gnquagīta tuos. Descẽdit ḡ ignis de celo ꝛ deuorauit illũ: ꝛ gnquagīta eius. Iterũ misit ꝓncipẽ gnquagenariũ ꝛtiũ: ꝛ gnquagīta q̄ erãt cũ eo. Qui cũ veniſſet curuauit genua ō heliã: ꝛ p̄cat⁹ est eũ ꝛ ait. Homo dei: noli despicere aiaz meã: ꝛ aias ꝟuoꝝ tuoꝝ q̄ mecũ sũt. Ecce descẽdit ignis de celo: ꝛ deuorauit duos ꝓncipes gnquagenarios ꝓmos: ꝛ gnq̄genos q̄ cũ eis erãt. Sz nūc obsecro vt miserear⁹ aie mee. Locut⁹ ē aũt agelus dñi ad heliam dicẽs. Descẽde cũ eo. Ne timeas. Surrexit igit ꝛ descẽdit cũ eo ad regẽ: ꝛ locut⁹ est ei. Hec dicit dñs. Quia misisti nũcios ad cõsulendũ beelçebub deũ accarõ q̄si ñ eẽt deꝰ in isrl'a q̄ posses ī terrogare ꝟmonẽ: iō de lectulo sup quẽ ascendisti ñ descẽdes: sꝫ morte morieris. Mortu⁹ ē aũt iuxt ꝟmonẽ dñi quẽ locut⁹ ē helias: ꝛ regnauit ioram frat⁹ ei⁹ p eo: ano secũdo ioram filij iosaphat regis iude. Non.n. habebat filiũ. Reliq̄ aũt ꝟboꝝ ochoçie q̄ opatus ē: nõne hec scripta sũt ī libro ꝟmonuz dieꝝ regũ israhel.

II

Factũ ē aũt cũ leuare vellet dñs heliam per turbinẽ ī celũ: ibãt helias ꝛ helise⁹ de galgalis. Dixitq̄ helias ad heliseũ. Sede hic qꝛ dñs misit me vsq̄ ī bethel. Qui ait heliseꝰ. Uiuit dñs: ꝛ viuit aĩa tua: qꝛ nō derelinquã te. Cũq̄z descẽdissent bethel: egressi sũt filij ꝓphaꝝ q̄ erãt in bethel ad heliseũ: ꝛ dixerũt ei. Nunqd nosti qꝛ hodie dñs tollet dñm tuum a te? Qui respõdit. Et ego noui. Silete. Dixit aũt helias ad heliseũ. Sede hic: quia dñs misit me ī hiericho. At ille ait. Uiuit dñs: ꝛ viuit aĩa tua qꝛ nō derelinquã te. Cũq̄z vẽissent hiericho: accesserũt filij ꝓphaꝝ q̄ erãt ī hiericho ad heliseũ: ꝛ dixerunt ei. Nunquid nosti: qꝛ hodie dominus tollet dominuz tuum a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit aũt ei helias. Sede hic qꝛ dñs misit me vsq̄ ad iordanez. Qui ait. Uiuit dñs: ꝛ viuit aĩa tua: qꝛ nō derelinquam te. Ierũt igitur ambo pariter: ꝛ quinquaginta viri de filijs ꝓphetaꝝ secuti sũt eos. Qui ꝛ steterunt ecõtra longe. Illi aũt ambo stabant sup iordanẽ. Tulitq̄z helias palliũ suũ ꝛ ũoluit illud: ꝛ pcussit aquas que diuise sunt in vtrãq̄ partẽ: ꝛ transierunt ambo per siccum. Cũq̄ transissent: helias dixit ad heliseuz. Postula qõ vis: vt faciam tibi anteq̄z tollar a te. Dixitq̄ heliseus. Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui rñdit. Rem difficilẽ postulasti. At tamẽ si videris me q̄n tollar a te erit quod petisti: si aũt nõ videris non erit. Cũq̄z pergerent ꝛ incedentes sermocinarentur: ecce currus igneus ꝛ equi ignei diuiserunt ꝟtrunq̄z. Et ascendit helias p turbinẽ in celũ: heliseus aũt videbat ꝛ clamabat. Pater mi pater mi: currus isrl' ꝛ auriga eius. Et nō vidit eum amplius. Apprehenditq̄z vestimenta sua ꝛ scidit illa in duas partes. Et leuauit palliũ helie qõ ceciderat ei. Reuersusq̄z stetit super ripã iordanis: ꝛ pallio helie qõ ceciderat ei pcussit aquas ꝛ non sunt diuise. Et dixit. Ubi est deus helie etiã nunc? Percussitq̄z aquas: ꝛ diuise sunt huc atq̄z illuc: ꝛ transijt heliseus. Uidentes aũt filij prophetaꝝ qui erant in hiericho decontra dixerunt: Requieuit spũs helie sup heliseũ. Et venientes in occursũ eius adorauerunt eũ ꝓni in terrã: dixerunt q̄z illi. Ecce cũ seruis tuis sũt q̄nquaginta viri fortes: q̄ possunt ire: ꝛ querere dominũ tuũ: ne forte tulerit eũ spũs dñi ꝛ piecerit eum in vnũ montiũ aut in vnã valliũ. Qui ait. Nolite mittere. Coegerũtq̄z eũ: donec acgesceret ꝛ diceret. Mittite. Et miserunt q̄nquaginta viros. Qui cũ quesissent tribus diebus: nõ inuenerũt. Et reuersi sunt ad euz. At ille habitabat in hierico: ꝛ dixit eis. Nūquid nõ dixi vobis: nolite mittere? Dixerunt q̄z vir ciuitatis ad heliseũ. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est sicut tuipse dñe ꝓspicis: sed aque pessime sũt: ꝛ terra sterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouũ: ꝛ mittite in illud sal. Qõ cũ attulissent: egressus ad fontẽ aquaꝝ misit in illũ sal: ꝛ ait. Hec dicit dñs. Sanaui aquas has: ꝛ nõ erit vltra ī eis mors neq̄z sterilitas. Sanate sunt ḡ aque vsq̄z in diem hanc: iuxt verbũ heliseī qõ locutus est. Ascẽdit aũt inde heliseus in bethel. Cũq̄z ascẽderet per viam pueri parui egressi sunt de ciuitate: ꝛ illudebãt ei dicentes. Ascende calue: ascẽde calue. Qui cũ respexisset vidit eos: ꝛ maledixit eis in nomie dñi. Egressiq̄z sunt duo vrsi de saltu: ꝛ lacerauerũt ex eis q̄dragintaduos pueros. Abiit aũt inde in mõtẽ carmeli: ꝛ ide reuersus est in samariã.

III

Ioram ꝟo filius achab regnauit sup isrl' in samaria: ano decimoctauo iosaphat regis iude. Regnauitq̄z duodecim ānis: ꝛ fecit malũ cozã dño: sꝫ nõ sicut pr̄ sui⁹ ꝛ mr̄. Tulit .n. statuas baal q̄s fecerat pr̄ ei⁹: verũtamẽ ī pctis hieroboã filij nabath q̄ peccare fecit isrl' adhesit: nec recessit ab eis. Pozro mesa rex moab nutriebat pecoza multa: ꝛ soluebat regi isrl' centũ milia agnoꝝ ꝛ centũ milia arietũ cũ velleribus suis. Cũque mortuus fuisset achab ꝓuaricatus ē fedus qõ

hēbat cū rege isrl. Egressus ē igit rex ioram i die illa de samaria: z recensuit vniuersuz isrl: misitq; ad ioſaphat regem iuda dicens. Rex moab receſſit a me: veni mecum ꝺ eū ad plīuz. Qui rndit. Aſcendā. Qui meus est tuus est: pplus me⁹ ppls tuus: z equi mei equi tui. Dixitq; Per quā viam alcēdem⁹? At ille rndit. Per deſertū idumee. Per 4
rexerūt igit rex isrl z rex iuda z rex edom: z circuierunt p viā septē dierū: nec erat aq̄ exercitui z iumentis q̄ seq̄bant eos. Dixitque rex isrl. Heu heu heu. Cōgregauit nos dñs tres reges: vt traderet i manu moab. At ait ioſaphat. Est ne hic pphēta dñi: vt deprecemur dñm per eū? At rndit vnus ō ſuis regis isrl: Est hic heliſeus filius saphat q̄ fundebat aquā sup manus helie. Et ait ioſaphat. Est apud eū sermo dñi. Deſcēditq; ad eū rex isrl z ioſaphat rex iuda: z rex edom. Dixit aūt heliſeus ad regē isrl. Quid mihi z tibi ē? Vade ad pphās p̄ris tui z matris tue. Et ait illi rex isrl. Quare congregauit dñs tres reges hos vt traderet eos in manus moab? Dixitq; ad eū heliſeus. Viuit dñs exercituum i cuius ꝺſpectu sto: q̄ si nō vultū ioſaphat regis iude erubeſcerē: nō attendiſſē qdez te: nec reſpexiſſem. Nūc ār adducite mihi psalten. Cūq; caneret psaltes facta ē super eū man⁹ dñi. Et ait. Hec dicit dñs. Facite alueū tozrēt⁹ huⁱ⁹ foſſas z foſſas. Hec.n. dicit dñs. Nō videbit⁹ ventū neq; pluuiā: z alueus iſte replebit⁹ aq̄s: bibetis vos z familie vestre z iumēta vra. Parūq; ē ⁊ in ꝺſpectu dñi: in sup tradet etiā moab i man⁹ vras. Et percutietis oēm ciuitatē munitā z oēm vrbē electā z vniuerſū lignū fructiferū succidetis: cūctosq; fontes aq̄r 5t
obturabitis: z oēm agrū egregiū opietis lapidib⁹. T.6
Factu ē igit mane q̄n sacrificiū offerri solet: z ecce aque veniebāt p viā edom. Et repleta ē terra aq̄s. Uniuersi aūt moabite audientes q̄ deſcendiſſent tres reges vt pugnarēt aduersus eos: ꝓuocauerūt oēs qui accincti erāt baltheo deſup z ſteterūt in terminis. Primoq; mane surgentes: z ozto iā sole ex aduerso aquar: viderūt moabite eō aq̄s rubras q̄si sanguinē: dixerūtq;. Sanguis gladij est. pugnauerūt reges ō ſe z ceſſūt mutuo. Nūc pge ad predā moab. Perrexerūtq; i castra isrl. Poro ꝺſurgens isrl pcussit moab: at illi fugerunt corā eis. Uenerūt igit q̄ vicerāt: z pcusserunt moab z ciuitates deſtruxerūt: z oēm agrū optimū mittētes singuli lapides repleuerūt: z vniuersos fontes aquar obturauerūt: z oīa ligna fructifera succiderunt: ita vt muri tm̄ fictiles remanerēt. Et circūdata est ciuitas a fundibularijs: z magna ex pte percussa. Nō cū vidiſſet rex moab pualuiſſe. s. hoſtes tulit secū septingētos viros educētes gladios vt irrūperent ad regē edom: z nō potuerūt. Arripiensq; filiū suū pmogenitū qui regnaturus⁹ erat pro eo obtulit holocaustum super murū: z facta est indignatio magna in isrl. Statimq; receſſerunt ab eo: z reuerſi sunt in terram suam. ℣ IIII
Mulier aūt quedā de vxoribus pphetarū clamabat ad heliſeū dicēs. Seruus tuus vir meus moztuus ē: z tu noſti q̄ seru⁹ tuus fuit timens deū. Et ecce creditoz venit vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit heliſeus. Quid vis vt faciā tibi? Dic mihi. Quid hēs i ꝺmo tua? At illa rndit. Nō habeo ām̄illa tua quicq̄ i ꝺmo mea niſi parū olei quo vngar. Cui ait. Vade pete mutuo ab oīb⁹ vicinis tuis vaſa vacua nō pauca: z ingredere: z claude oſtiū tuū cū intrinſecꝰ filiis tu z filij tui: z mitte inde in oīa vaſa hec: z cum plena fuerīt tolles. Iuit itaq; mulier z clauſit oſtium sup ſe z super filios suos. Illi offerebant vaſa z illa infundebat. Cunque plena fuiſſent vaſa: dixit ad filiū suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille rndit. Non habeo. Stetitq; oleū. Uenit aūt illa z indicauit hōi dei. Et ille. Vade ingt vēde oleum z redde creditoꝛi tuo: tu aūt z filij tui vimite de reliquo. Facta est aūt qda dies: z trāsibat heliſeus p sunam ciuitatē. Erat aūt ibi mulier magna: q̄ tenuit eū vt comederet panē. Cūq; frequent inde transiret: diuertebat ad eā vt comederet panē. Que dixit ad virū suū. Animaduerto q̄ vir dei sanctus ē iſte: q̄ transit p nos frequent. Faciam⁹ q̄ei cenaculuz paruū: z ponamus ei in eo lectulū z mensā z ſellā z cāndelabrū: vt cū venerit ad nos maneat ibi. Facta ē q̄ dies quedā: z veniens diuertit in cenaculū 2
z requieuit ibi. Dixitq; ad gieçi puerū suuz. Uocasunamitē istā. Qui cum vocaſſet eam: z illa ſtetiſſet cozam eo: dixit ad puerū suū. Loq̄re ad eā. Ecce ſedule in oīb⁹ miniſtraſti nobis: quid vis vt faciā tibi? Nunquid hēs negociū: z vis vt loquar regi siue p̄rincipi milicie? Que rndit. In medio ppli mei habito. Et ait. Quid q̄ vult vt faciā ei? Dixitq; gieçi. Ne q̄ras. Filiū.n. nō habet: z vir eius senex est. Precepit itaq; vt vocaret eā. Que cū vocata fuiſſet z ſtetiſſet ante oſtiuz: dixit ad eā. In tpe iſto in hac eadē hora si vita comes fuerit: habebis in vtero filium. At illa. Noli q̄so dñe mi vir dei: noli mētiri ancille tue. Et cōcepit mulier z peperit filiū in tpe: z in hora eadē q̄ dixerat heliſeus. Creuit aūt puer: z cū eſſet quedā dies z egreſ⁹ 3
iſſet ad patrē suū ad meſſores: ait patri suo. Caput meū doleo. At ille dixit puero. Tolle: z duc eum ad matrē suam. Qui cum tuliſſet z duxiſſet eum ad matrē suā: posuit eū illa sup genua sua vsq; ad meridiem: z moztuus est. Aſcēdit aūt z collocauit eum super lectuz hōis dei: z clauſit oſtiū. Et egreſa vocauit virum suum. Et ait. Mitte mecum obsecro vnum de pueris: z asinam: vt excurrā vsque ad hoīem dei: z reuertar. Qui ait illi. Quā ob cām vadis ad eum? Hodie non sunt calende neq; ſabbatum. Que rndit. Vadam. Strauitq; asinam: z p 5t 4
cepit puero. Mina z propera: ne mihi moram facias in eundo: z hoc age quod precipio tibi. Profecta est igitur: z venit ad virum dei in montem carmeli. Cunque vidiſſet eam vir dei decōtra: ait ad gieçi puerū suum. Ecce sunamitis illa. Vade q̄ in occurſum eius: z dic ei. Recte ne agitur circa te

ꝛ circa virum tuum ꝛ circa filium tuū? Que rñdit. Recte. Cumq; veniſſet ad virum dei in montem apprehendit pedes eius: ꝛ acceſſit gieçi vt amoue ret eam. Et ait hō dei. Dimitte illam. Aīa.n. eius ī amaritudine eſt: ꝛ dñs celauit a me: ꝛ nō indicauit mihi. Que dixit illi. Nunquid petiui filium a dño meo? Nunquid nō dixi tibi: ne illudas mi? Et ille ait ad gieçi. Accīge lumbos tuos: ꝛ tolle baculuz meū ī manu tua ꝛ vade. Si occurrerit tibi hō nō ſalutes eū: ꝛ ſi ſalutauerit te quiſpiā nō rñdeas illi. Et pones baculū meū ſuper faciem pueri. Dixit mater pueri ait. Viuit dñs ꝛ viuit aīa tua: non di mittā te. Surrexit ergo ꝛ ſecutus eſt eā. Gieçi aūt p̄ceſſerat añ eos: ꝛ poſuerat baculū ſup faciē pue ri: ꝛ nō erat vox neq; ſenſus. Reuerſusq; eſt ī oc curſū eius: ꝛ nūciauit ei dicens. Nō ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ḡ heliſeus domū: ꝛ ecce puer mor tuus iacebat in lectulo eī. Ingreſſuſq; clauſit oſti um ſup ſe ꝛ ſuper puerū: ꝛ oꝛauit ad dñm. Et aſcē dit ꝛ incubuit ſuper puerū: poſuitq; os ſuū ſup os eius: ꝛ oculos ſuos ſup oculos eius: ꝛ manus ſuas ſup manꝰ eius: ꝛ incurruauit ſe ſup eū: ꝛ calefacta eſt caro pueri. Et ille reuerſus deambulabat in do mo ſemel huc atq; illuc: ꝛ aſcēdit ꝛ incubuit ſup eū Et oſcitauit puer ſepties: aperuitq; oculos. Et ille vo cauit gieçi ꝛ dixit ei. Voca ſunamiten hanc. Que vocata ingreſſa eſt ad eū. Qui ait. Tolle filiū tuuz. Venit illa ꝛ coꝛruit ad pedes eius: ꝛ adoꝛauit ſup terrā. Tulitq; filiū ſuū ꝛ egreſſa ē: ꝛ heliſeus reuer ſus eſt in galgala. Erat aūt fames in terra: ꝛ filij p̄ phetaꝝ habitabant coꝛā eo: dixitq; vni de pueris ſuis. Pone ollā grandē: ꝛ coque pulmentū filijs p̄ phetaꝝ. Et egreſſus ē vnus in agruz vt colligeret herbas agreſtes. Inuenitq; q̄ vitē ſilueſtrē: ꝛ col legit ex ea colocyntidas agri ꝛ ipleuit palliū ſuuz: ꝛ reuerſus ꝯcidit in ollā pulmenti. Neſciebat.n. qd eſſet. Infuderūt ḡ ſocijs vt comederent. Cūq; gu ſtaſſent de coctiōe: exclamauerūt dicētes. Mors in olla vir dei. Et nō potuerūt comedere. At ille: Afferte inquit farinā. Cūq; tuliſſent miſit in ollam ꝛ ait. Infunde turbe vt comedant. Et nō fuit ap̄li quicq; amaritudinis in olla. Vir aūt qdam venit de balſaliſa deferens viro dei panes p̄mitiaꝝ: ꝛ vi ginti panes oꝛdeaceos: ꝛ frumentū nouū in pera ſua. Et ille dixit. Da pp̄lo vt comedat. Cui ministeꝛ eius. Quantū ē hoc vt apponā coꝛā centuz viris? Rurſū ille. Da ait pp̄lo vt cōmedat. Hec.n. dicit dñs. Comedent: ꝛ ſuperit. Poſuit itaq; coꝛā eis. Qui comederūt: ꝛ ſupfuit iuxꝝ verbū dñi. Naaman p̄nceps militie regꝭ ſyrie erat vir magnus apud dñm ſuū ꝛ honoratꝰ. Per illū enī dedit dñs ſalutem ſyrie. Erat aūt vir foꝛtis ꝛ dives: ſed lepꝛoſus. Porro de ſyria egreſſi fuerāt latrūculi: ꝛ captiuā duxerant de ter ra iſrl puellā paruulā: que erat in obſequio vxoꝛis naaman. Que ait ad dominā ſuam. Vtinaz fuiſſet dñs meus ad p̄phetam qui eſt in ſamaria: p̄fecto curaſſet eū a lepꝛa quā habet. Ingreſſus eſt itaq; naaman ad dñm ſuuz: ꝛ nūciauit ei dicens. Sic ꝛ ſic locuta eſt puella de terra iſrl. Dixitq; ei rex ſy rie. Vade: ꝛ mittā litteras ad regem iſrl. Qui cū p fectus eſſet ꝛ tuliſſet ſecū decē talenta argēti: ꝛ ſex milia aureos: ꝛ decē mutatoꝛia veſtimentoꝝ: de tulit litteras ad regē iſrl in hec verba. Cū accepis epiſtolam hanc: ſcito q̄ miſerim ad te naaman ſer uum meū vt cures eum a lepꝛa ſua. Cumq; legiſſet rex iſrl litteras: ſcidit veſtimenta ꝛ ait. Nunqd de us ego ſum vt occidere poſſim ꝛ viuificare: q̄ iſte miſit ad me vt curez hoīem a lepꝛa ſua? Animaduer tite ꝛ videte q̄t occaſiones q̄rat aduerſum me. Nō cum audiſſet heliſeus vir dei: ſcidiſſe videlicet re gē iſrl veſtimenta ſua: miſit ad eum dicēs. Quare ſcidiſti veſtimēta tua? Veniat ad me: ꝛ ſciat eſſe p̄ phetam in iſrl. Venit ḡ naaman cū equis ꝛ curribꝰ ꝛ ſtetit ad oſtium domus heliſei. Miſitq; ad eū heliſeus nunciū dicens. Vade ꝛ lauare ſepties in iozdane: ꝛ recipiet ſanitatē caro tua atq; munda beris? Iratus naaman: recedebat dicens. Putabā q̄ egrederet ad me: ꝛ ſtans inuocaret nomen dñi ſui: ꝛ tangeret manu ſua locū lepꝛe: ꝛ curaret me. Nunquid non meliozes ſunt abana ꝛ pharfar flu uij damaſci oībus aquis iſrl: vt lauer in eis ꝛ mun der? Cū ḡ vertiſſet ſe ꝛ abiret indignās: acceſſerūt ad eum ſerui ſui: ꝛ locuti ſunt ei. Pater ꝛ ſi rez grā dem dixiſſet tibi p̄ropheta: certe facere debueras. Quanto magis q̄z nūc dixit tibi lauare ꝛ munda beris? Deſcendit ꝛ lauit ſepties in iozdane iuxꝝ ſer monē viri dei: ꝛ reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli: ꝛ mundatus eſt. Reuerſuſq; ad vi rū dei cū vniuerſo comitatu ſuo: venit ꝛ ſtetit co ram eo ꝛ ait. Vere ſcio q̄ nō ſit alius deꝰ ī vniuer ſa terra: niſi tm̄ ī iſrl. Obſecro itaq; vt accipias bñ dictionē a ſeruo tuo. At ille rñdit. Viuit dñs ante quē ſto: q̄z non accipiā. Cūq; vim faceret: penitus nō acquieuit. Dixitq; naaman. Ut vis. Sed obſe cro ꝯcede mihi ſeruo tuo: vt tollā onus duoꝝ bur donum de terra. Nō.n. faciet vltra ſeruus tuꝰ bo locauſtū aut victimaz dijs alienis: niſi dño. Hoc aūt ſolū eſt de q̄ deꝑceris dñm p̄ fuo tuo q̄n īgre dietur dñs meus templū rēmon vt adoꝛet: ꝛ illo ī nitente ſup manū meā: ſi adoꝛauero in tēplo rem mon: adoꝛāte eo in eodē loco: vt ignoſcat mihi do minus ſeruo tuo p̄ hac re. Qui dixit ei. Vade ī pa ce. Abijt ḡ ab eo: electo tempoꝛe. Dixit gieçi puer viri dei. Pepercit dñs meus naaman ſyro iſti: vt nō acciperet ab eo q̄ attulit. Viuit dñs q̄z curram poſt eum: ꝛ accipiam ab eo aliquid. Et ſecutus eſt gieçi poſt tergū naaman. Quem cum vidiſſet ille currentē ad ſe: ꝛ deſiliſt de curru ī occurſū eius ꝛ ait. Recte ne ſunt oīa? Et ille ait. Recte. Dñs meꝰ mi ſit me ad te dicens. Modo venerunt ad me duo adoleſcentes de monte ephraim: ex filijs p̄pheta rum. Da eis talentū argenti: ꝛ veſtes mutatoꝛias duplices. Dixitq; naaman. Melius eſt vt accipias duo talenta. Et coegit eū: ligauitq; duo talenta ar genti ī duobꝰ ſaccis: ꝛ duplicia veſtimēta ꝛ ip̄oſuit

duob⁹ pueris suis: q ꝛ portauerāt cozā eo. Cumq; venisset iā vespi tulit de manu eoz: ꝛ reposuit in domo: dimisitq; viros ꝛ abierūt: ipse aūt ingress⁹ stetit cozam dño suo. Et dixit helise⁹. Unde venis giezi? Qui rñdit. Non iuit seru⁹ tu⁹ quoq;. At ille ait. Nōne coz meū i pñti erat: qñ reuersus ē hō de curru suo in occursum tui? Nūc igitur accepisti argentum ꝛ accepisti vestes: vt emas oliueta ꝛ vīeas ꝛ oues ꝛ boues ꝛ seruos ꝛ ancillas. Sz ꝛ lepza naamā adherebit tibi ꝛ semini tuo vsq; i sempiternū. Et egressus ē q̄si nix ab eo leprosus. VI

8 Dixerunt aūt filij ꝓphaꝛ ad heliseū. Ecce loc⁹ i quo habitamus cozam te angustus est nobis. Eamus vsq; ad iozdanez: ꝛ tollant singuli de silua materias singulas: vt edificemus nobis ibi locum ad habitādū. Qui dixit. Ite. Et ait vn⁹ ex illis. Veni ꝝ ꝛ tu cū seruis tuis. Rñdit. Ego vineā. Et abijt cū eis. Cumq; venissent ad iozdanez cedebāt ligna. Accidit aūt vt cum vnus materiā succidisset caderet ferrū securis i aquaz. Exclamauitq; ille ꝛ ait. Heu heu heu domine mi: ꝛ hic ipsū mutuo acceperā. Dixit aūt homo dei. Ubi cecidit? At ille mōstrauit ei locū. Precidit ꝝ lignū ꝛ misit illuc. Natauitq; ferrū. Et ait. Tolle. Qui extēdit manū ꝛ tulit illud. Rex aute syrie pugnabat cō isrl: ꝛ cū seruis suis dicēs. In loco illo ꝛ illo ponam⁹ insidias. Misit itaq; vir dei ad regē isrl dicens. Caue ne transeas in locū illū: qz ibi syri i insidijs sūt. Misit itaq; rex isrl ad locū quē dixerat ei vir dei ꝛ preoccupauit eū: ꝛ obseruauit se ibi nō semel neq; bis. Coturbatūq; ē coz regis syrie ꝓ hac re: ꝛ cōuocatis suis ait. Quare nō indicatis mihi qs ꝓditoz mei sit apud regē isrl? Dixitq; vnus seruoz ei⁹. Nequaq; dñe mi rex: sz heliseus ꝓpha q ē i isrl indicat regi isrl oia ꝟba q̄cunq; locutus fueris i cōclaui tuo. Dixitq; eis. Ite ꝛ videte vbi sit: vt mittam ꝛ capiā eum. Annūciauerūt ei dicētes. Ecce in dothain. Misit ꝝ illuc equos ꝛ currus ꝛ robur exercitus. Qui cū venissent nocte circūdederūt ciuitatē. Consurgēs aūt diluculo mīster viri dei egressus est: viditq; exercitū in circuitu ciuitat⁹ ꝛ eq̄s ꝛ curr⁹. Nūciauitq; ei dicēs. Heu heu heu dñe mi qd faciemus? At ille rñdit. Noli timē. Plures enim nobiscū sūt: q̄ cū illis. Cumq; oraſſet heliseus ait. Dñe aperi oculos pueri huius vt videat. Et aperuit dñs oculos pueri: ꝛ vidit: qa ecce mōs plen⁹ eq̄ꝝ ꝛ curruū igneoꝝ i circuitu heliſei. Hostes vero descēderūt ad eū. Oravit heliseus ad dñm dicēs. Percute obsecro gētē hāc cecitate. Percussitq; eos dñs ne viderēt: iuxta ꝟbū heliſei. Dixit aūt ad eos heliseus. Nō ē hec via: neq; ista ē ciuitas. Sequimini me: ꝛ ostēdam vobis virū quē q̄ritis. Duxit ꝝ eos i samariā. Cumq; ingressi fuissent in samariā: dixit heliseus. Dñe aperi oculos istoz vt videāt. Aperuitq; dñs oculos eoz: ꝛ viderūt se eē i medio samarie. Dixitq; rex isrl ad heliseum: cū vidisset eos. Nūqd percutiā eos pater mi? Et ille ait. Non percuties. Neq; n. cepisti eos gladio ꝛ arcu tuo: vt percutias. Sed pone panem ꝛ aquas cozam eis vt comedant ꝛ bibant: vadant ad dñm suū. Appositaq; est eis caboz magna ꝓparatio. Et comederūt ꝛ biberūt: ꝛ dimisit eos: abieruntq; ad dñm suū. Et vltra non venerūt latrones syrie i terram isrl. Factus est aūt post hec congregauit benadab rex syrie vniuersū exercitū suū: ꝛ ascendit ꝛ obsidebat samariā. Factaq; est fames magna i samaria: ꝛ tādiu obsessa est donec venundaret⁹ caput asini octoginta argenteis: ꝛ q̄rta ꝑs cabi sterchoris colūbaꝝ qnq; argenteis. Cūq; rex isrl transiret per murū: mulier q̄dā exclamauit ad eū dicēs. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Nō te saluet dñs. Unde te possum saluare? De area: vel de torcularij? Dixitq; ad eā rex. Quid tibi vis? Que respōdit. Mulier ista dixit mihi. Da filiū tuum vt comedamus eū hodie: ꝛ filiū meū comedemus cras. Coxim⁹ ergo filiū meū: ꝛ comedimus: dixiq; ei altera die. Da filiū tuū: vt comedam⁹ eū. Que abscondit filiū suū. Quod cū audisset rex scidit vestimēta sua: ꝛ transibat per murū. Viditq; oīs pplus cilicium q̄ vestitus erat ad carnē intrinsecus. Et ait rex. Hec mihi faciat de⁹: ꝛ hec addat: si steterit caput heliſei filij saphat sup ipsū hodie. Heliseus aūt sedebat i domo sua: ꝛ senes sedebāt cū eo. Premisit itaq; virū: ꝛ āteqū veniret nunci⁹: ille dixit ad senes. Nūquid scitis q̄ miserit filius homicide hui⁹ vt precidat caput meū? Videte ergo: cum venerit nunci⁹: claudite ostiū: ꝛ nō sinatis eū introire. Ecce. n. sonitus pedū dñi eius post eū est. Adhuc illo loquēte cis: apparuit nūcius q̄ veniebat ad eū. Et ait. Ecce tantū malū a dño est: Quid amplius expectabo a domino? VII

7 Dixit aūt heliseus. Audite verbū dñi. Hec dicit dñs. In tpe hui⁹ cras: modius simile vno statere eri⁹: ꝛ duo modij ordei statere vno i porta samarie. Rñdēs vnus de ducibus sup cui⁹ manū rex icūbebat hōi dei ait. Si dñs fecerit etiā cataractas i celo: nunquid poterit eē qđ loq̄ris? Qui ait. Videbis oculis tuis: ꝛ inde non comedes. Quatuoz ergo viri erāt leprosi fuxta itroitū porte: q̄ dixerūt adinuicē. Quid hic esse volum⁹ donec moriamur. Siue ingredi voluerimus ciuitatē fame moriemur: siue mānserimus hic moriēdum nobis est. Venite ergo ꝛ trāsfugiam⁹ ad castra syrie. Si pepcerint nobis viuem⁹: si aūt occidere voluerīt nihilominus moriemur. Surrexerūt ergo vespi vt venirēt ad castra syrie. Cumq; venissent ad ꝑncipiū castroꝝ syrie: nullū ibidē reppererūt. Si quidē dñs sonitū audiri fecerat i castris syrie curruū ꝛ equoꝝ ꝛ exercitus plurimi. Dixeruntq; ad inuicem. Ecce mercede cōduxit aduersū nos rex israhel reges getheoꝝ ꝛ egyptioꝝ: ꝛ venerunt super nos. Surrexerūt ergo ꝛ fugerūt in tenebris ꝛ dereliquerūt tētoria sua ꝛ equos ꝛ asinos i castris: fugerunt q̄ntq; aīas tm̄ suas saluare cupientes. Igit cū venissēt leprosi illi ad ꝑncipiū castroꝝ ingressi sūt vnū tabernaculū: ꝛ comederunt ꝛ biberūt. Tulerunt

runtq; inde argentū ⁊ aurū ⁊ vestes:⁊ abierunt ⁊ absc̄oderunt. Et rursū reuersi sūt ad aliud tabernaculū:⁊ ide sibi auferētes absc̄oderunt. Dixerūtq; ad inuicē. Non recte facim⁹. Dec.n.dies boni nūtij est. Si tacuerim⁹ ⁊ noluerimus nunciare vsq; mane:sceleris arguemur. Venite eam⁹ ⁊ nūciemus in aula regis. Cūq; venissent ad portas ciuitatis:narrauerunt eis dicentes. Iuimus ad castra syrie:⁊ nullū ibidem repperimus hoīem:nisi equos ⁊ asinos alligatos:⁊ fixa tentoria. Perūt ergo portarij:⁊ nūciauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte:⁊ ait ad seruos suos. Indico vobis quid fecerint nobis syri. Sciūt q; fame laboramus:⁊ idcirco egressi sunt de castris: ⁊ latitant in agris dicentes. Cū egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos:⁊ tunc ciuitatem ingredi poterimus. Rndit aūt vnus seruor eius. Tollamus quinq; equos q remanserūt in vrbe: q; ipsi trn sunt in vniuersa multitudine isrl:alij.n. osūpti sunt:⁊ mittentes explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos eq̄s:misitq; rex in castra syror dicens. Ite ⁊ videte. Qui abierūt post eos vsq; ad iordanē. Ecce aūt oīs via plena erat vestib⁹ ⁊ vasis:q̄ piecerant syri cū turbarent. Reuersiq; nuncij idicauerunt regi. Et egressus ppls diripuit castra syrie:factusq; est modius simile statere vno:⁊ duo modij ordei statere vno:iux verbū domini. Porro rex ducē illū i cui⁹ mān icubuerat ostituit ad portā:quem oculcauit turba i introitu porte ⁊ mortu⁹ est:iux q̄ locutus fuerat vir dei q̄ descēderat rex ad eū. Factūq; est sm sermonē viri dei quē dixerat regi q̄n ait:duo modij ordei statere vno erūt ⁊ modius simile statere vno hac eodē tpe cras in porta samarie q̄n rndērat dux ille viro dei ⁊ dixerat:etiā si dns fecerit cataractas in celo nūquid poterit fieri q̄d loq̄ris:⁊ dixit ei:videbis oculis tuis ⁊ inde non comedes. Euenit ergo ei sicut predictū erat:⁊ oculcauit eū⁊ populus in porta ⁊ mortuus est.

VIII

Heliseus aūt locutus ē ad mulierē:cui⁹ vi-
uere fecerat filiū dicēs. Surge: vade tu ⁊ domus tua:⁊ pegrinare vbiēūq; reppe-
ris. Vocauit.n. dns famē ⁊ veniet sup terrā septez ānis. Que surrexit ⁊ fecit iux verbū hoīs dei:⁊ vadens cū domo sua:pegrinata ē in terra philistijm diebus multis. Cūq; finiti essent anni septē:reuersa ē mulier de tra philistijm. Et igressa est:vt iterpellaret regē p domo sua:⁊ p agris suis. Rex aūt loquebat cū giezi puero viri dei dicens. Narra mihi oīa magnalia q̄ fecit heliseus. Cūq; ille narraret regi quō mortuū suscitasset:apparuit mulier cuius viuificauerat filiū clamans ad regem p domo sua ⁊ p agris suis. Dixitque giezi. Dne mi rex hec est mulier:⁊ hic est filius eius quē suscitauit heliseus. Et interrogauit rex mulierē. Que narrauit ei vera esse. Deditq; ei rex eunuchū vnū dicens. Restitue ei oīa q̄ sua sunt:⁊ vniuersos redditus agror a die qua reliquit terrā vsq; ad pnēs.

Venit quoq; heliseus damascū:⁊ benadab rex syrie egrotabat. Nūciauerunt q; ei dicentes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera ⁊ vade in occursū viri dei:⁊ osule dnm per eū dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igit azahel in occursū eius bnis secū munera:⁊ oīa bona damasci onera q̄draginta camelor. Cūq; stetisset coram eo ait. Filius tu⁹ benadab rex syrie misit me ad te dicens. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq; ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro ondit mihi dns:quia morte morietur. Stetitq; cū eo:⁊ cōturbatus est vsq; ad suffusionē vultus. Fleuitq; vir dei. Cui azahel ait. Quare dns meus flet? At ille dixit. Quia scio que facturus sis filijs isrl mala. Munitates eor munitas igne succendes:⁊ iuuenes eor interficies gladio:⁊ paruulos eor elides:⁊ prgnātes diuides. Dixitq; azahel. Quid enī sum seruus tuus canis:vt faciā rem istam magnā? Et ait heliseus. Ostendit mihi dns te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab heliseo:venit ad dnm suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus? At ille rndit. Dixit mihi:recipies sanitatem. Cūq; veniss̄et dies altera: tulit stragulū ⁊ infudit aquā:⁊ expandit sup faciē eius. Quo mortuo:regnauit azahel pro eo. Anno quinto ioram filij achab regis israhel regnauit ioram filius iosaphat rex iuda. Triginta duor annorum erat cum regnare cepisset:⁊ octo annis regnauit in hierusalem. Ambulauitq; in vijs regum israhel:sicut ambulauerat domus achab. Filia.n. achab erat vxor eius. Et fecit quod malum est in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere iudam ppter dauid serui suū sicut pmiserat ei vt daret illi lucernā:⁊ filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit edom ne esset sub iuda:⁊ constituit sibi regem. Venitq; ioram ⁊ cira:⁊ omnis exercitus cum eo. Et surrexit nocte:percussitq; idumeos qui eum circundederant:⁊ pncipes curruum. Populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo edom ne esset sub iuda vsque ad diem hanc. Tunc recessit ⁊ lobna in tepore illo. Reliqua autem sermonum ioram ⁊ vniuersa que fecit:nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Et dormiuit ioram cum patribus suis. sepultusque est cum eis in ciuitate dauid:⁊ regnauit ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo ioram filij achab regis israhel: regnauit ochozias filius ioram regis iude. Viginti duorum annorum erat ochozias cum regnare cepisset:⁊ vno anno regnauit in hierusalem. Nomen matris eius athalia filia amri regis israhel:⁊ ambulauit in vijs domus achab:⁊ fecit quod malum est coram domino sicut domus achab. Gener enim domus achab fuit. Abiit quoq; cum ioram filio achab ad pliandum ctra azahel regem syrie i ramoth galaad:⁊ vulnerauerunt syri ioram. Qui reuersus est vt curaretur in iezrahel:quia vulnerauerunt eum syri in ramoth preliantem contra

açabel regē ſyrie. Porro ochoçias filiꝰ ioꝛā rex
iuda deſcēdit iuiſere ioꝛam filium achab i ieçra-
bel:ga egrotabat ibi. IX

3 Heliſeꝰ aūt pphetes vocauit vnū de filijs
pphetaꝝ ꝛ ait illi. Accinge lūbos tuos:ꝛ
tolle lēticulā o'ei hāc in manu tua:ꝛ va-
de in ramoth galaad. Cūqꝫ veneꝝ illuc: videbis
iehu filiū ioſaphat filij namſi. Et ingreſſus ſuſcita-
bis eum de medio fratꝝ ſuoꝝ ꝛ ītroduces i ītimū
cubiculū:tenēſqꝫ lēticulā olei ſūdēs ſup caput eiꝰ:
ꝛ dices. Hec dicit dñs. Unxit te regē ſup iſrl. Api-
eſqꝫ oſtiū ꝛ fugies:ꝛ non ibi ſubſiſtes. Abijt g ado-
leſcēs puer pphē in ramoth galaad:ꝛ ingreſſus eſt
illuc. Ecce aūt pncipes exercitus ſedebāt. Et ait.
Uerbū mihi ad te o pnceps. Dixitqꝫ iehu. Ad
quē ex oībꝰ nobis? At ille dixit. At te o pnceps.
Et ſurrexit:ꝛ ingreſſus ē cubiculū. At ille fudit ole
um ſup caput eiꝰ. Et ait. Hec dicit dñs deꝰ iſrl. Un-
xit te regē ſuper pplm domini iſrl: ꝛ pcutias do-
mū achab domini tui. Et vlciſcar ſāguinē ſuoꝝ
meoꝝ pphetaꝝ:ꝛ ſanguinē oīum ſuoꝝ dñi ō ma-
nu ieçabel:perdamqꝫ oēm domū achab. Et inte-
ficiā de domo achab mingentē ad pietē: ꝛ clauſū
ꝛ nouiſſimū i iſrl. Et dabo domuꝫ achab ſic do-
mū hieroboaz filij nabath:ꝛ ſic domū baaſa filij
achia. Jeçabel qꝫ comedent canes in agro ieçra-
bel:nec erit q ſepeliat eā. Aperuitqꝫ oſtiū ꝛ fugit:
5 Jehu aūt ingreſſus ē ad ſuos dñi ſui. Qui dixerꝫ
ei. Recte ne ſūt oīa? Quid venit iſanus iſte ad te?
Qui ait eis. Noſtis hoīem:ꝛ qd locutus ſit? At illi
rñderunt. Falſū ē:ſꝫ magis narra nobis. Qui ait
eis. Hec ꝛ hec locutꝰ ē mihi. Et ait. Hec dicit dñs
Unxi te regē ſup iſrl. Feſtinauerūt itaqꝫ ꝛ vnuſq;
qꝫ tollēs palliū ſuū poſuerūt ſub pedibꝰ eius in ſu-
militudinē tribunalis:ꝛ cecinerūt tuba atqꝫ dixe-
runt. Regnabit iehu. Cōiurauit g iehu filiꝰ ioſa-
phat filij namſi ꝛ ioꝛaꝫ. Porro ioꝛam obſederat
ramoth galaad:ipſe ꝛ oīs iſrl ꝛ açabel regē ſyrie:
ꝛ reuerſus fuerat vt curarē ī ieçrabel ꝓpter vul-
nera:qꝫ pcuſſerāt eū ſyri ꝓliantē ꝛ açabel regem
ſyrie. Dixitqꝫ iehu. Si placet vob nemo egrediat
ꝓfugus de ciuitate:ne vadat ꝛ nūciet in ieçrabel.
Et aſcēdit:ꝛ ꝓfectꝰ ē in ieçrabel: Joꝛā.n.egrota-
bat ibi:ꝛ ochoçias rex iuda deſcēderat ad viſitā
dū ioꝛam. Jgit ſpeculatoꝛ q ſtabat ſup turrī ieçra
rabel: vidit globū iehu venientis. Et ait. Uideo
ego globū. Dixitqꝫ ioꝛam. Tolle currū ꝛ mitte in
occurſū eoꝝ:ꝛ dicat vadēs. Recte ne ſūt oīa? Abi
it g q aſcēderat currū i occurſū eiꝰ. Et ait. Hec dicit
rex. Pacata ſūt oīa. Dixitqꝫ iehu. Quid tibi ꝛ paci?
Tranſi ꝛ ſeqre me. Nunciauit qꝫ ſpeculatoꝛ di-
cens. Uenit nūciꝰ ad eos:ꝛ ñ reuertit. Abiſit etiaꝫ
currū equoꝝ ſecūdū: vēitqꝫ ad eos ꝛ ait. Hec dicit
rex. Nūqd pax eſt? Et ait iehu. Quid tibi ꝛ paci?
Tranſi ꝛ ſeqre me. Nūciauit aūt ſpeculatoꝛ dicēs.
Uenit vſqꝫ ad eos:ꝛ nō reuertit. Eſt aūt ītceſſus
q̄ſi ītceſſus iehu filij namſi. Preceps.n.gradit. Et
ait ioꝛam Jungite currū. Juxeruntqꝫ currū eius.
Et egreſſus ē ioꝛā rex iſrl ꝛ ochoçias rex iudā: ſin-
guli i currib' ſuis. Egreſſiqꝫ ſūt i occurſū iehu ꝛ i
uenerūt eū i agro naboth ieçrahelite. Cūqꝫ vidiſ
ſet ioꝛā iehu:dixit. Pax ē iehu. At ille rñdit. Que
pax? Adhuc foznicatōes ieçabel matris tue: ꝛ ve
neficia eiꝰ multa vigēt. Cōuertit aūt ioꝛā manum
ſuā:ꝛ fugiēs ait ad ochoçiā. Inſidie ochoçia. Por
ro iehu tetēdit arcū manu:ꝛ pcuſſit ioꝛā iter ſca-
pulas:ꝛ egreſſa ē ſagitta p coꝛ eiꝰ. Statiqꝫ coꝛruit
i curru ſuo. Dixitqꝫ iehu ad badacher ducē. Tol-
le pijce eū i agro naboth ieçrahelite. Memni.n.
qñ ego ꝛ tu ſedentes i curru ſeqbamur achab pa
trē huiꝰ:q dñs onus ıſ leuauerit ſup eū dicēs. Si
nō ꝓ ſāguine nabath:ꝛ ꝓ ſāguine filioꝝ eiꝰ quem
vidi heri ait dñs:reddā tibi i agro iſto dicit dñs.
Nūc g tolle ꝛ pijce eū i agro iuxꝫ vbū dñi. Ochoçias
aūt rex iuda vidēs ıſ:fugit p viā domꝰ hozti:p
ſecutuſqꝫ ē eū iehu:ꝛ ait. Etiā hūc pcutite i curru
ſuo. Et pcuſſerūt eū i aſcēſu gaber q ē iuxꝫ ieblaā.
Qui fugit i mageddo ꝛ moꝛtuꝰ ē ibi. Et ītpoſuerꝫ
eū fratꝝ eiꝰ ſup currū ſuū ꝛ tulerūt i irlz:ſepelieruīt
ī ſepulchꝛo cū pribꝰ ſuis i ciuitate dauid. Anno vn
decimo ioꝛā filij achab regis iſrl regnauit ocho-
çias ſup iudā: venitqꝫ iehu i ieçrahel. Porro ieça
bel ītroitu eiꝰ audito depinxit oculos ſuos ſtibio:
ꝛ oznauit caput ſuū ꝛ reſpexit p feneſtrā: ingredīte
iehu p portā:ꝛ ait. Nūqd pax pōt eē çamri:q ītfe
fecit dñz ſuū? Leuauitqꝫ iehu faciē ſuā ad feneſtrā
ꝛ ait. Que ē iſta? Et iclinauerūt ſe ad eū duo vel
tres eunuchi:ꝛ dixerūt. Hec ē illa ieçabel. At ille
dixit eis. Precipitate eā deoꝛſū. Et ꝓcipitauerūt
eā. Aſpſuſqꝫ ē ſāguine paries ꝛ equoꝝ vngule cō
culcauerūt eā. Cūqꝫ ītrogreſſus eēt vt comede-
ret biberetqꝫ ait. Jte ꝛ videte maledictā illā ꝛ ſe-
pelite eā:qꝫ filia regis ē. Cūqꝫ iſſent vt ſepelirent
eā:nō iuenerūt niſi caluariā ꝛ pedes ꝛ ſūmas ma-
nꝰ. Reuerſiqꝫ nūciauerūt ei. Et ait iehu. Sermo
dñi ē:quē locutꝰ ē p ſuū beliā theſbitē dicēs.
In agro ieçrahel comedēt canes carnes ieçabel.
Et erūt carnes ieçabel ſicut ſtercus ſup faciē ꝛre i
agro ieçrahel:ita vt ꝓtereuntes dicāt. Heccine eſt
illa ieçabel? X

Erāt aūt achab ſeptuagīta filij i ſamaria.
Scripſit g iehu lras:ꝛ miſit i ſamariā ad
optimates ciuitatis ꝛ ad maioꝛes natu ꝛ
ad nutricioſ achab dicēs. Statī vt acceperit' lras
has q habetis filios dñi vꝛi ꝛ curꝛ ꝛ eqs ꝛ ciuita
tes firmas ꝛ arma:eligite melioꝛē ꝛ eū q vob pla
cuerit de filijs dñi vꝛi:ꝛ eū ponite ſup ſoliū patris
ſui:ꝛ pugnate ꝓ domo dñi vꝛi. Timuerūt illi ve-
hemēter:ꝛ dixerūt. Ecce duo reges nō potuerunt
ſtare coꝛā co:ꝛ quō nos valebimus rſiſtere? Mi-
ſerunt ergo prepoſiti domus ꝛ prefecti ciuitatis ꝛ
maioꝛes natu ꝛ nutricij ad iehu dicentes. Serui
tui ſumus:quecunqꝫ inſſeris faciemus:nec conſti
tuemus nobis regem. Quecūque tibi placent fac.
Reſcripſit autem eis litteras ſecūdo dicens. Si
mei eſtis ꝛ obeditis mibi:tollite capita filioꝝ dñi

vri:z venite ad me hac eadē hora cras i iezrabel. Porro filij regis septuagīta viri apud optimates ciuitatis nutriebant. Cūq; veniſſet lr̄a ad eos:tulerūt filios regis z occiderūt ſeptuagīta viros:z poſuerunt capita eor̄ in cophinis:z miſerūt ad eū in iezrabel. Venit aūt nūcius ad eū z idicauit ei dices. Attulerūt capita filior̄ reg'. Qui rñdit. Ponite ea ad duos aceruos iux̄ itroitū porte vſq; mane. Cūq; diluxiſſet:egreſſus ē z ſtās dixit ad oēm pp̄lm. Juſti eſtis. Si ego coniurauī ō dñm meū z interfeci eū:qs percuſſit oēs hos? Videte g̃ nūc qm̄ nō cecidit de ſermonibus dñi in t̄ra ꝙs locut' ē dñs ſup domū achab:z dñs fecit qō locut' eſt i manu ſerui ſui helie. Percuſſit igit̄ iehu oēs q reliq erāt ō domo achab i iezrabel:z vniuerſos optimates ei' z notos z ſacerdotes:donec nō remanerent ex eo relige. Et ſurrexit z venit i ſamariā. Cūq; veniſſet ad camerā paſtor̄ i via:iuenit frēs ochozie regis iuda:dixitq; ad eos. Qui nā eſtis vos? Qui rñderūt. Frēs ochozie regis ſum':z deſcendim' ad ſalutādos filios regis z filios regine. Qui ait. Tō p̄hendite eos viuos. Quos cū cōp̄hendiſſent viuos:iugulauerūt eos i ciſterna iux̄ camerā quadragintaduos viros:z nō reliqt ex eis quēq;. Cūq; abiſſet ide:iuenit ionadab filiū rechab i occurſū ſibi:z benedixit ei. Et ait iehu ad eum. Nunquid eſt cor tuum rectum cum corde meo ſicut cor meum cum corde tuo? Et ait ionadab. Eſt. Si ē inquit:da mihi manū tuā. Qui dedit ei manū ſuā. Et ille leuauit eū ad ſe i currū: dixitq; ad eū. Veni mecū:z vide zelū meū p dño. Et ip̄poſitū in curru ſuo duxit i ſamariā. Et p̄cuſſit oēs q reliqui fuerāt de achab i ſamaria vſq; ad vnū: iux̄ verbū dñi qō locut' ē p heliā. Congregauit g̃ iehu oēm pp̄lm:z dixit ad eos. Achab coluit baal pauca ego aūt colā eū āplius. Nūc igit̄ oēs p̄phetas baal:z vniuerſos ſuos eius z cūctos ſacerdotes ipſius vocate ad me. Nullus ſit q nō veniat. Sacrificiū.n. grāde eſt mihi baal. Quicūq; defuerit nō viuet. Porro iehu faciebat hoc iſidioſe:vt diſperderet cultores baal. Et dixit. Sāctificate diē ſolēnem baal. Vocauitq; z miſit i vniuerſos termīos iſrl':z venerūt cūcti fui baal. Nō fuit reſiduus ne vnus quidā qui non veniret. Et ingreſſi ſunt templū baal. Et rpleta ē dom' baal a sūmo vſq; ad sūmū. Dixitq; his qui p̄erant ſup veſtes. Proferte veſtimēta vniuerſis ſuis baal. Et p̄tulerūt eis veſtes. Ingreſſuſq; iehu z ionadab filius rechab tēplū baal:ait cultoribus baal. Pergrite z videte:ne qs ſorte vobcū ſit ō ſuis dñi:ſz vt ſint ſui baal ſoli. Ingreſſi ſūt igit̄ vt facerēt victias z holocauſta iehu aūt pparauerat ſibi foris octogīta viros z dixerat eis. Quicunq; fugerit de hoibus his qs ego adduxero i manib' vras:aīa eius erit p aīa illi'. Factū eſt aūt cū cōpletū eſſet holocauſtū: p̄cepit iehu militib' z ducibus ſuis. Ingredimini z p cutite eos. Nullus euadat. Percuſſerunt eos i ore gladij:z p̄iecerūt milites z duces. Et ierunt in ciuitatem tēpli baal:z p̄tulerunt ſtatuā de phano baal:z cōbuſſerunt z cōminuerūt eā. Deſtruxerunt quoq; edē baal:z fecerunt p ea latrinas vſq; i diem hanc. Deleuit itaq; iehu baal de iſrl': verūtā pctis hieroboam filij nabath qui peccare fecit iſrahel:nō receſſit nec dereliquit vitulos aureos q erant in bethel z in dan. Dixit aūt dñs ad iehu. Quia ſtudioſe egiſti quod rectū erat z placebat in oculis meis:z oīa q̄ erant in corde meo feciſti. contra domū achab:filij tui vſq; ad quartam generationē ſedebunt ſup thronū iſrl'. Porro iehu nō cuſtodiuit vt ambularet in lege dñi dei iſrl' in toto corde ſuo. Non enim receſſit a peccatis hieroboam qui peccare fecerat iſrahel. In diebus illis cepit dñs tedere ſuper iſrl'. Percuſſitq; eos haſahel i vniuerſis finibus iſrl':a iordane contra orientalem plagam oēm terram galaad z gad z ruben z manaſſe:ab aroer q̄ eſt ſuper torrentem arnon z galaad z baſan. Reliqua aūt verbor̄ iehu z vniuerſa que fecit z fortitudo eius: nōne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regū iſrl'? Et dormiuit iehu cum patribus ſuis:ſepelieruntq; eū in ſamaria:z regnauit ioachaz filius eius p̄o eo. Dies autem quos regnauit iehu ſuper iſrl' viginti z octo anni ſunt in ſamaria. XI

Athalia vo mr̄ ochozie videns mortuū filiū ſuū:ſurrexit z interfecit oē ſemē regium. Tollēs aūt ioſaba filia reg' iorā:ſoror ochozie:ioas filiū ochozie furata ē eū de medio filior̄ regis q̄ interficiebāt:z nutricē ei' de triclinio:z abſcōdit eū a facie athalie vt nō interficer̄:eratq; cū ea ſex ānis claſ i domo dñi. Porro athalia regnauit ſup terrā ſeptē annis. Anno aūt ſeptimo miſit ioiada z aſſumens centuriōes z milites introduxit ad ſe i tēplū dñi:pepigitq; cū eis fedus. Et adiurans eos i domo domini oſtendit eis filiū regis:z p̄cepit illis dicēs. Iſte eſt ſermo quē facere debetis. Tertia ps vr̄m ītroeat ſabbato:z obſeruet excubias domus regis. Tertia aūt ps ſit ad portā ſeyr:z ītia ps ſit ad portā q̄ē p' habitaculū ſcutarior̄:z cuſtodiet' excubias domus meſſa. Due vo ptes e vobis oēs egredīte ſabbato cuſtodiant excubias dom' dñi circa regem: z vallabitis eū hñtes arma i manib' vr̄is. Si gs' āt ingreſſus fuerit ſeptū tēpli:interficiat'. Eritiſq; cum rege introeūte z egrediente. Et fecerūt centuriōes iux̄ oīa q̄ p̄cepat eis ioiada ſacerdos. Et aſſumētes ſinguli viros ſuos q̄ ingrediebant' ſabbatū cū his q egrediebāt' e ſabbato venerūt ad ioiadā ſacerdotē. Qui dedit eis haſtas z arma regis danid que erāt i domo dñi. Et ſteterūt ſinguli hñtes arma i manu ſua a parte tēpli dextera vſq; ad ptē ſiniſtrā altaris z edis circa regē. Produxitq; filiū regis:z poſuit ſuper eum diadema z teſtimoniū: feceruntq; eum regem z vnxerunt:z plaudentes manu dixerunt. Viuat rex. Audiuit autem athalia vocē populi currētis:z ingreſſa ad turbas in tēplū dñi: vidit regem ſtantem ſuper tribunal iuxta

mozē:z cātozes:z turbas ppe eū:oēmqz pp̄lm ter
re letantē z canentē tubis:z scidit vestimenta sua
clamauitqz. Cōiuratio ꝯiuratio. Drecepit autem
ioiada cēturionib⁹ q erāt sup exercitum:z ait eis.
Educite eā ex̄ septa tēpli:z gcunqz eā secutus fue
rit:feriaṫ gladio. Dixerat.n.sacerdos nō occidaṫ i
tēplo dn̄i. Imposuerūntqz ei man⁹ z impegerunt
eā p viā introit⁹ equoz iux̄ palatiuz:z interfecta ē
ibi. Depigit g ioiada fed⁹ inter deū z regē z inter
pp̄lm vt ect pp̄lus dn̄i:z iter regē z pp̄lz. Ingres/
susqz ē omnis pp̄lus terre tēplū baal: z destruxe/
rūt aras ei⁹:z imagines ꝯtriuerūt valide:matbam
q̄z sacerdotē baal occiderūt cozā altari. Et posuit
sacerdos custodias in domo dn̄i: tulitqz cēturio/
nes z celethi z pheleti legiōes z oēm pp̄lm terre:
deduxerūtqz regē de domo dn̄i. Et venerūt p vi
am portę scutarioz in palatiū:z sedit sup thronuz
regum. Letatusqz ē oīs pp̄lus t̄re:z ciuitas ꝯquiet
athalia aūt occisa ē gladio in domo regis:septēqz
ānis erat ioas cum r̄gnare cepisset. XII

Anno septimo iehu regnauit ioas. Qua/
draginta ānis regnauit i hierusalē. No/
men mr̄is ei⁹ sebia de berſabee. Fecitqz
ioas rectū cozā dn̄o cūctis diebus gbus docuit
eū ioiada sacerdos:verūtn excelsa nō abstulit. Ad
huc.n.pp̄ls īmolabat z adolebat in excelsis incē
sum. Dixitqz ioas ad sacerdotes. Oēm pecuniaz
sanctoz q̄ illata fuerit in tēpluz dn̄i a p̄tereūtibus
q̄ offert ꝯ p̄cio aīe:z quā spōte z arbitrio cozdis
sui iferūt in tēplū dn̄i:accipiāt illā sacerdotes iux̄
ordinē suū:z īstaurēt sartatecta dom⁹ si qd neces
sariū viderīt instauratōe. Igit vsqz ad vicesimū
tertiū ānū reg⁹ nō īstaurauerūt sacerdotes sartate
cta tēpli. Uocauitqz rex ioas ioiadā pōtificē z sa
cerdotes:dicēs eis. Quare sartatecta nō instaura
tis tēpli? Nolite g̃ āplius accipe pecuniā iux̄ ordi
nē vr̄m:sz ad īstaurationē tēpli reddite eā. Prohi
bitiqz sūt sacerdotes vltra accipere pecuniā a po
p̄lo:z instaurare sartatecta dom⁹. Et tulit ioiada
pōtifex gaçophylatiū vnū:aperuitqz foramē desup
z posuit illud iux̄ altare ad dexterā ingrediētiū do
mū dn̄i:mittebāṫqz in eo sacerdotes q custodie/
bāṫ ostia:oēm pecuniā q̄ deferebaṫ ad tēplū dn̄i.
Cumqz viderēt nimiā pecuniā esse in gaçophyla/
tio:ascēdebat scriba regis z pōtifex:effūdebantqz
z numerabant pecuniā q̄ īueniebaṫ in domo dn̄i:
z dabāṫ eā iux̄ numerū atqz mensurā in manu eo
rū q̄ erant cemētarijs domus dn̄i. Qui impēde/
bant eā in fabris lignoz z in cemētarijs bis qui
opabant i domo dn̄i:z sartatecta faciebāṫ:z i bis
q cedebant saxa:z vt emerēt ligna z lapides q ex
cidebant:ita vt ꝑficeret īstauratio dom⁹ dn̄i i vni
uersis q̄ indigebāṫ expēsa ad muniendā domuz.
Uerūtn nō fiebāṫ ex eadē pecunia hydrie templi
dn̄i z fuscinule z thuribula z tube z oē vas aureū
z argēteū:ō pecunia q̄ iferebaṫ in tēplū dn̄i. Dis
enī q faciebāṫ opus dabaṫ vt īstauraret tēplū dn̄i.
Et nō fiebat ratio bis hōibus q accipiebāṫ pecu/
niā vt distribuerēt eā artificibus:sed i fide tracta/
bāṫ eā. Pecuniā vo p delicto z pecuniā p̄ctis:nō
iferebāṫ in tēplū dn̄i:qz sacerdotū erat. Tunc ascē
dit açahel rex syrie z pugnabat ō geth:cepitqz eā.
z direxit faciē suā vt ascenderet in ir̄lm. Quā obrē
tulit ioas rex iuda oīa scificata q̄ ꝯsecrauerat iosa
phat z ioza z ochoçias p̄res ei⁹ reges iuda: z que
ipse obtulerat:z vniuersū argentū qđ īueniri po/
tuit in thesauris tēpli dn̄i:z i palatio regis:misitqz
açaheli regi syrie:z recessit ab ir̄lm. Reliqua aute
monuz ioas z vniuersa q̄ fecit:nonne hec scripta
sūt in libro verboz dierz regū iuda? Surrexerūt
aūt serui eius z ꝯiurauerūt inter se:percusserūtqz ioa
as in domo mello in descēsū sela. Iosachar nāqz
filius semath z ioçabath filij⁹ somer serui ei⁹ percus
serunt eū:z mortu⁹ est. Et sepelierūt eū cū p̄rib⁹
suis in ciuitate dauid:regnauitqz amasias filius
eius p eo XIII

Anno vicesimo tertio ioas filij ochoçie
regis iude:regnauit ioachaz filius iehu su
p israł in samaria decē z septē ānis: z fecit
malū cozaz dn̄o. Secutusqz ē pcā hieroboā filij
nabath q peccare fecit israł:z nō declinauit ab eis.
Iratusqz ē furoz dn̄i ō israł:z tradidit eos i manu
açahel regis syrie z in manu benadab filij açahel
cūctis diebꝫ. Deprecatus ē aūt ioachaz faciē dn̄i
z audiuit eū dn̄s. Uidit enī angustiā israł: qz attri/
uerat eos rex syrie. Et dedit dn̄s saluatoz ē israhe
li:z liberat⁹ ē de manu regis syrie: habitauerūtqz
filij israł i tabernaculis suis:sicut heri z nudiustēr/
tius. Uerūtn nō recesserūt a pctis domus hiero/
boam q peccare fecit israł:sed in ipsis ābulauerūt:
Siquidē z luc⁹ pmansit in samaria z nō sunt ōre
licti ioachā de pp̄lo nisi qnquaginta equites:z d
ē currus:z decēmilia peditū. Interfecerat enim
eos rex syrie:z redegerat quasi puluerē in tritura
aree. Reliqua autē sermonum ioachaz z vniuer
sa q̄ fecit z fortitudo eius nōne hec scripta sunt in
libro sermonū dierū regum israł? Dormiuitqz ioa
chā cum patribus suis:z sepelierūt eū in samaria:
regnauitqz ioas filius eius pro eo. Anno tricesi/
moseptimo ioas regis iuda regnauit ioas filꝰ ioa
chā super israł in samaria sedecī ānis:z fecit qđ ma
lū ē in ꝯspectu domini. Non declinauit ab oībus
pctis hieroboā filij nabath qui peccare fecit israł:
sed i ipsis ābulauit. Reliq aūt sermonum ioas z
vniuersa que fecit z fortitudo ei⁹ quomō pugna/
uerit ō amasiā regē iuda:nōne hec scripta sunt in
libro sermonum dierum regum israhel? Et dor/
miuit ioas cū patribus suis:hieroboā autez sedit
super solium eius. Porro ioas sepultus est in sa/
maria cum regibus israhel. Heliseus autem egro
tabat infirmitate qua z mortuus est. Descēditqz
ad eum ioas rex israhel:z flebat cozam eo: dice/
batqz: pater mi:pater mi: currus israhel z auri/
ga eius. Et ait illi heliseus. Affer arcum z sagit/
tas. Cumque attulisset ad eum arcuz z sagittas:di
xit ad regem israł. Pone manū tuam super arcuz.

Et cū posuisset ille manū suā:sappposuit heliseus manus suas manibus regis:z ait. Aperi fenestraz oziētalē. Aūqz apuisset:dixit heliseus. Jace sagittā. Et iecit. Et ait heliseus. Sagitta salutis dñi: z sagitta salutis ꝓtra syriā. Percutiesqz syriā i aphec: donec ꝓsumas eā. Et ait. Tolle sagittas. Qui cum tulisset:rursū dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cū pcussisset trib⁹ vicib⁹ z stetisset:iratus ē vir dei ꝯ eū z ait. Si pcussisses quinquies aut sexies siue septies:pcussisses syriā vsqz ad ꝓsumationē. Nūc aūt tribus vicib⁹ pcuties eā. Mortuus ē ḡ heliseꝰ z sepelierūt eū. Latrūculi āt de moab venerūt in ē rā i ipso āno. Quidā āt sepeliētes hoīem viderūt latrūculos:z piecerūt cadauer i sepulchro heliseī. Q̄ cū tetigisset ossa heliseī reuixit bō z stetit sup pedes suos. Jgit açabel rex syrie afflixit isrl̄ cunctis diebꝰ ioachā. Et miserꝰ ē dñs eoz:z reuersus ē ad eos ꝓpter pactū suū qō bēbat cū abrahaz z isaac z iacob:z noluit dispdere eos neqz ꝓicere penitus vsqz i pñs tēpus. Mortuꝰ est aūt açabel rex syrie.z regnauit benadab filius eiꝰ ꝓ eo. Porro ioas filius ioachā tulit vrbes de manu benadab filij açabel quas tulerat de manu ioachā patris sui iure pzelij. Tribus vicibus pcussit eū ioas z reddidit ciuitates isrl̄.

XIIII

In āno secūdo filij ioachā regis isrl̄ regnauit amasias filius ioas regis iuda: viginti qnqz annoz erat cū regnare cepisset. Viginti autē z nouē ānis regnauit in hierusalē. Nomē mris eius ioaden de irl̄m. Et fecit rectū coram dño:verūtn nō vt dauid pater eius. Juxta oīa q̄ fecit ioas pr̄ suus:fecit:nisi hoc tn̄ qō excelsa nō abstulit. Adhuc.n.ppl̄us adolebat z ꝺmolabat incēsum in excelsis. Cūqz obtinuisset regnum pcussit fuos suos q̄ iterfecerāt regē patrē suū:filios autē eoz q occiderāt nō occidit: iuxta qō scriptū ē in libro legis moysi sicut pcepit dñs dicēs. Non morientur pres ꝓ filijs neqz filij ꝓ pribus:sz vnusqsqz in pcto suo morietur. Ipse pcussit edom in valle salinaz decē milia:z apprehēdit petrā in plio:vocauitqz nomē eiꝰ iecqebel vsqz in pñtez die. Tūc misit amasias nūcios ad ioas filiū ioacham filij iehu regis isrl̄ dicēs. Veni z videamus nos. Remisitqz ioas rex isrl̄ ad amasiā regē iuda dicens. Cardus libani misit ad cedrū q̄ ē in libano dicēs. Da filiā tuā filio meo vxorē. Trāsieruntqz bestie saltus q̄ sunt in libano:z ꝺculcauerūt carduū. Percutiens ualuisti sup edom:z sublenauit te cor tuū. Contēptus esto gla:z sede in domo tua. Quare ꝓuocas malū:vt cadas tu z iudas tecū? Et nō acqeuit amasias. Ascēditqz ioas rex isrl̄:z viderūt se ipse z amasias rex iuda iuda i bethsames oppido iude. Percussusqz ē iuda coram isrl̄:z fugerūt vnusqsqz i tabnacula sua. Amasiā vo regē iuda filiū ioas filij ochozie:cepit ioas rex isrl̄ in bethsames:z adduxit eū in irl̄m. Et iterrupit murū irl̄m a porta ephraim vsqz ad portā anguli:q̄dringētis cubitis. Tulitqz oē aurū z argentū z vniuersa vasa q̄ inuenta sunt in domo dñi z i thesauris regis z obsides:z reuersus ē in samariā. Reliq̄ aūt verboꝝ ioas q̄ fecit z fortitudo eiꝰ q̄ pugnauit ꝺ amasiā regē iuda nōne hec scripta sūt in libro ꝟmonū dierū regū israhel? Dormiuitqz ioas cū pribus suis :z sepultus est in samaria cū regibus isrl̄:z regnauit hieroboā filiꝰ eius ꝓ eo. Vixit aūt amasias filius ioas rex iuda pꝰ qz mortuꝰ ē ioas filiꝰ ioachā regis isrl̄: vigintiqnqz ānis. Reliq̄ aūt ꝟmonū amasie:nōne hec scripta sunt in libro ꝟmonuꝫ dieꝝ regū iuda? Factaqz est ꝺ euꝫ ꝓiuratio in irl̄m:at ille fugit in lachis. Misseruntqz post eū lachis z iterfecerunt eū ibi: z asportauerūt in eqs:sepultusqz est in irl̄m cū patribus suis i ciuitate dauid. Tulit aūt vniuersus populus iude açariā ānos natū sedeci:z ꝓstituerunt eū regē ꝓ pre suo amasia. Ipse edificauit ahilam: z restituit eā iude postq̄z dormiuit rex cū pribus suis. Anno qntodecimo amasie filij ioas regis iuda regnauit hieroboā filius ioas regis isrl̄ i samaria q̄draginta z vno āno:z fecit qō malū est coram dño. Non recessit ab oībus pctis hieroboaz filij nabath q̄ peccare fecit isrl̄. Ipse restituit termīos isrl̄ ab introitu emath vsqz ad mare solitudinis: iuxta sermonē dñi dei isrl̄ quē locutus ē p seruū suum ionam filiū amathi ꝓphetā: qui erat de geth q̄ est in opher. Vidit eniz dñs afflictionē isrl̄ amaram nimis:z q ꝓsumpti essent vsque ad clausos carceris z extremos:z non esset qui auxiliaretur isrl̄: Nec locutus est dñs vt deleret nomē isrl̄ de sub celo:sed saluauit eos in manu hieroboaz filij ioas. Reliq̄ aūt sermonū hieroboā z vniuersa q̄ fecit:z fortitudo eius q̄ pzeliatus est z quomō restituit damascū z emath iude in isrl̄ nōne hec scripta sūt i libro ꝟmonū dieꝝ regū isrl̄. Dormiuitqz hieroboā cū patribus suis regibus isrl̄:z regnauit çacharias filiꝰ eius ꝓ eo.

XV

Anno vicesimoseptio hieroboā regis isrl̄ regnauit açarias filius amasie regis iuda. Sedecī annoz erat cū regnare cepisset:z qnquaginta duobus ānis regnauit in irl̄m. Nomē matris eiꝰ iecelia de irl̄m. Fecitqz qō erat placitū coram dño:iuxta oīa q̄ fecerat amasias pr̄ eiꝰ: verūtn excelsa nō est demolit. Adhuc ppl̄s sacrificabat:z adolebat incensuz in excelsis. Percussit autē dñs regē:z fuit leprosus vsqz in diē mortis sue:z habitabat i domo libera seorsū. Joathan vero filiꝰ regis gubernabat palatiū:z iudicabat ppl̄m trē. Reliq̄ aūt ꝟmonū açarie:z vniuersa q̄ fecit nōne hec scripta sūt i libro verboꝝ dieꝝ regū iuda? Et dormiuit açarias cū pribus suis:sepelierūtqz eum cū maioribꝰ suis i ciuitate dauid:z regnauit ioathan filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Anno tricesimooctauo açarie regis iude regnauit çacharias filiꝰ hieroboā sup isrl̄ i samaria sex mēsibꝰ:z fecꝫ qō malū ē coram dño sicut fecerāt pres eiꝰ. Nō recessit a pctis hieroboā filij nabath:qui peccare fecit israhel. Coniurauit autē ꝓtra eum sellum filius iabes:percussitqz eū palā z iterfecit:regnauitqz ꝓ eo. Reliq̄ autem verboꝝ

çacharie:nõne hec scripta sunt i libro ꝓmonũ di/
ex regũ isrl? Iste ē ꝓmo dñi quē locut⁹ ē ad iehu
dicēs. Filij tui vsq; ad q̃rtã gnãtionē sedebũt ō te
sup thronũ isrl. Factũq; ē ita. Sellũ fili⁹ iabes re
gnauit tricesimonono ãno açarie regl iude. Re/
gnauit ãt vno mēse i samaria. Et ascēdit manabē
fili⁹ gaddide thersa: vēitq; samariaz:z pcussit sel
lũ filiũ iabes i samaria :z itfecit eũ : regnauitq; ꝓ
eo. Reliq̃ aũt ỹbor sellũ z diuratio ei⁹ ꝑ quã te/
tēdit isidias:nõne hec scripta sũt i libro ꝓmonũ di
ex r̃guz isrl? Tũc pcussit manaben thapsam z oēs
q erãt i ea:z ẽmios ei⁹ ō thersa. Noluerant.n.api
re ei. Et itfecit oñes p̃gnãtes ei⁹:z scidit eas. An
no tricesimonono açarie r̃gis iude regnauit ma/
naben fili⁹ gaddi sup isrl decez ãnis i samaria:fe/
citq; qō erat malũ coz̃ dño. Nō r̃cessit a pcīs
hieroboã filij nabath q peccare fecē isrl:cūctis di/
eb⁹ ei⁹. Uēiebat phul rex assyriozuz i thersa:z da
bat manabē phul mille talenta argēti:vt eēt ei in
auxiliũ z firmaret r̃gnũ ei⁹. Indixitq; manabē ar
gētũ sup isrl cūctis potētib⁹ z diuitib⁹ vt daret re
gi assyrioz:gnq̃gīta sicl̃os argēti p singulos. Re
tr̃suſq; ē rex assyrioz:z nõ ē morat⁹ in thersa.
Reliq̃ ãt ꝓmonũ manaben z vniuersa q̃ fecē nõne
hec scripta sunt i libro ꝓmonũ diez reguz isrl? Et
dormiuit manaben cuz p̃rib⁹ suis. Regnauitq;
phaceia fili⁹ ei⁹ ꝑ eo. Anno gnq̃gesimo açarie re
gis iude r̃gnauit phaceia fili⁹ manaben sr̃ isrl i sa/
maria biēnio:fecēq; qō erat maluz coz̃ dño. Nō
r̃cessit a pcīs hieroboã filij nabath q peccare fecē
isrl. Coiurauit aũt aduersus eũ phacee fili⁹ rome
lie dux ei⁹:z pcussit eũ i turre dom⁹ re/
gie iux̃ argob z iux̃ ariph:z cũ eo gnq̃gīta, viros
de filijs galaaditaz z interfecit eũ. Regnauitq; ꝑ
eo. Reliq̃ aũt ꝓmonũ phaceie z vniuersa q̃ fecit:
nõne hec scripta sũt i libro ꝓmonũ diez regũ isrl?
Anno gnq̃gesimo secūdo açarie regis iude:r̃gna
uit phacee fili⁹ romelie sup isrl i samaria vigīti an
nis:z fecit qō erat malũ coz̃ dño. Nō recessit a
pcīs hieroboã filij nabath:q peccare fecit isrl.
In dieb⁹ phacee regis isrl venit theglatphalassar
rex assur:z cepit abion:z abel domũ maacha z ia
noe z cedes z asor z galaad z galileã z vniuersaz
tr̃ã neptalim:z trãstulit eos i assyrios. Coiurauit
aũt z tetēdit isidias osee fili⁹ bela ꝺ phacee filiuz
romelie:z pcussit eũ z interfecit:regnauitq; ꝑ eo
vicesimo ãno ioathan filij ozie. Reliq̃ ãt ꝓmonũ
phacee:z vniuersa q̃ fecit nõne hec scripta sũt i li/
bro ꝓmonũ diez regũ isrl? Anno secūdo phacee fi
lij romelie regis isrl r̃gnauit ioathan fili⁹ ozie re/
gis iuda. Uigīti q;nq; ãnoz erat cũ regnare cepisz
z sedecī ãnis regnauit i irl̃z. Nomẽ mr̃is ei⁹ ,bie/
rusa:filia çadoch. Fecēq; qō erat placitũ coz̃ dño
Iux̃ oĩa q̃ fecit ozias p̃r su⁹ opat⁹ ē: verūtñ excel/
sa ñ abstulit. Adhuc popul⁹ ĩmolabat z adolebat
incensũ i excelsis. Ipse edificauit portã dom⁹ do
mini sublimissimã. Reliq̃ ãt ꝓmonũ ioathã z vni
uersa q̃ fecit:nõne hec scripta sũt i libro ỹbor die
rũ regũ iuda? In dieb⁹ illis cepit dñs mittẽ i iu/
dã rasin regẽ syrie:z phacee filiũ romelie. Et dor
miuit ioathan cum patribus suis:sepultusq; est cũ
eis'in ciuitate dauid patris sui:z regnauit achaz fi
lius eius ꝓ eo.

XVI

Anno decimoseptimo phacee filij rome
lie:regnauit achaz filius ioathan regis iu
da. Uigīti ãnoz erat achaz cũ regnare ce
pisset:z sedecī ãnis regnauit in irl̃m. Nõ fecit qō
erat placitũ i ospectu dñi dei sui sic̃ dauid pr̃ eius
sed ãbulauit in via regũ isrl? Insup z filiũ suũ cō
secrauit:trãsferens p ignẽ scōm idola gentiũ q̃ dil
sipauit dñs coz̃ filijs isrl? Immolabat q;z victias
z adolebat incēsum i excelsis z in collib⁹:z sub oī
ligno frondoso. Tũc ascēdit rasin rex syrie:z pha
cee filius romelie rex isrl? ad prelianduz in irl̃m.
Cūq; obsiderēt achaz:nō valuerũt supare eũ. In
illo tpe r̃stituit rasin rex syrie baylã syrie:z eiecit
iudeos de bayla. Et idumei z syri venerũt i bay/
lã z hītauerũt ibi vsq; in diē hāc. Misit ãt achaz
nũcios ad theglatphalassar regẽ assyrioz dicēs.
Seruus tu⁹ z fili⁹ tuus ego sũ. Ascēde z salnũ me
fac de manu regis syrie z de manu regis isrl? q cō
surrexerũt aduersũ me. Et cũ collegisset argentũ
z aurũ qō ĩueniri potuit i domo dñi:z in thesau/
ris regis:misit regi assyrioz munera : q z acgenit
volũtati eius. Ascēdit aũt rex assyrioz in damas
cũ z vastauit eã:z trãstulit hītatoz̃ ei⁹ cyrenen:
rasin aũt iterfecit. Perrexitq; rex achaz in occur/
sum theglatphalassar regi assyrioz in damascuz.
Uūq; vidisset altare damasci:misit rex achaz ad
vriam sacerdotẽ exẽplar eius z similitudinez iux̃
oē opus eius. Extruxitq; vrias sacerdos altare.
Iuxta oĩa q̃ preceperat rex achaz ō damasco: ita
fecit sacerdos vrias donec veniret rex achaz de
damasco. Uūq; veniss̃et rex de damasco vidit al
tare z veneratus ē illud:ascēditq; z ĩmolauit ho/
locausta z sacrificiũ suũ:z libauit libamina z fudit
sanguinẽ pacificoz q̃ obtulerat sup altare. Porro
altare ereũ quod erat coz̃ dño transtulit de facie
templi z de loco altaris z de loco templi domini:
posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonẽ. Pre/
cepit quoq; rex achaz vrie sacerdoti dicens. Su/
per altare maius offer holocaustũ matutinũ z sa/
crificiũ vespertinum z holocaustum regis z sacri
ficium eius:z holocaustum vniuersi populi terre
z sacrificia eoz̃um z libamina eoz̃:z omnẽ sangui
nem holocausti z vniuersuz sanguinẽ victime fu
per illud effundes. Altare vero ereũ erit paratus
ad voluntatem meã. Fecit igitur vrias sacerdos
iuxta oĩa que ꝑceperat rex achaz. Tulit autẽ rex
achaz celatas bases z luterem qui erat desuper:z
mare deposuit de bobus ereis qui sustentabant
illud z posuit super pauimentũ stratũ lapide. Tu
sach quoq; sabbati quod edificauerat in tẽplo z
ingressum regis exterius conuertit in templũ do
mini: ꝓpter regẽ assyrioz. Reliqua aũt verboz
achaz z oĩa q̃ fecit:nonne hec scripta sunt in libro

ſmonū diex regū iudaꝫ dormiuitqꝫ achaz cū patribus ſuis:ꝛ ſepultus ē cū eis in ciuitate dauid:ꝛ regnauit ezechias filius eius pro eo. XVII

Anno duodecimo achaz regis iuda regnauit oſee filius hela in ſamaria ſup iſrl̄ no uē annis:fecitque malū coꝝ dñō:ſed nō ſicut reges iſrl̄ qui ante eū fuerūt. Cōtra hūc aſcēdit ſalmanaſar rex aſſyriox:ꝛ factus ē ei oſee ſeruus:reddebatqꝫ illi tributa. Cumqꝫ deꝑhendiſſet rex aſſyriox oſee qꝺ rebellare nitens miſiſſet nuncios ad Sua regē egypti: ne ꝑſtaret tributa regi aſſyriox.ſicut ſingulis ānis ſolitus erat: obſedit eū ꝛ vinctū miſit in carcerē:puagatuſqꝫ ē oēm terrā:ꝛ aſcendēs ſamariā obſedit eā tribus ānis. Anno aūt nono oſee cepit rex aſſyriox ſamariam:ꝛ trāſtulit iſrl̄ in aſſyrios:poſuitqꝫ eos ī haylam ꝛ in aboꝛ iuxꝫ fluuiū goçan ī ciuitatib⁹ medoꝝ. Factū eſt.n.cū peccaſſēt filij iſrl̄ dño deo ſuo qꝺ eduxerat eos de terra egypti de manu pharaōis regi egypti:coluerūt deos alienos:ꝛ ābulauerunt iuxꝫ ritū gentiū q̄s ⁊ſūpſerat dñs in ⁊ſpectu filioꝝ iſrl̄ ꝛ regū iſrl̄:qꝝ ſiliter fecerāt. Et irritauerūt filij iſrl̄ verbis nō rectis dñm deū ſuū:ꝛ edificauerūt ſibi excelſa in cūctis vrbib⁹ ſuis a turre cuſtodū vſqꝫ ad ciuitatē munitā. Fecerūtqꝫ ſibi ſtatuas ꝛ lucos in oī colle ſublimi:ꝛ ſubē oē lignū nemoroſū: ꝛ adolebāt ibi īcenſū ſup aras in moꝛē gentiū q̄s trāſtulerat dñs a facie eoꝝ. Fecerūtqꝫ verba peſſima irritantes dñm: ꝛ coluerūt īmunditias de qbus ꝑcepit eis dñs ne facerēt verbū h. Et teſtificat⁹ ē dñs in iſrl̄ ꝛ in iuda ꝑ manū oīuꝫ ꝓphetaꝝ ꝛ videntiū dicēs. Reuertimini a vijs vr̄is peſſimis:ꝛ cuſtodite ꝑcepta mea ꝛ cerimonias: iuxta oēm legē quā ꝑcepi p̄ribus vr̄is: ꝛ ſicut miſi ad vos ī manu ſeruoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ. Qui nō audierūt:ſꝫ īdurauerūt ceruicē ſuā iuxꝫ ceruicē patrum ſuoꝝ q̄ noluerūt obedire dño deo ſuo. Et abiecerūt legitima eiꝰ:ꝛ pactū qō pepigit cū p̄ribus eoꝝ ꝛ teſtificatiōes.qbus ⁊teſtatus ē eos: ſecutiqꝫ ſūt vanitates ꝛ vane egerūt: ꝛ ſecuti ſunt gentes que erāt ꝑ circuitū eoꝝ:ſup quibus ꝑcepat dñs eis vt nō facerēt ſicut ꝛ ille faciebant. Et dereliq̄rūt oīa ꝑcepta dñi ōi ſui:fecerūtqꝫ ſibi ⁊flatiles duos vitulos ꝛ lucos:ꝛ adorauerūt vniuerſā militiā celi. Seruierūtqꝫ baal: ꝛ ⁊ſecrabant filios ſuos ꝛ filias ſuas ꝑ ignē. Et diuinatiōi īſeruiebāt ꝛ augurijs ꝛ tradiderūt ſe vt facerēt malū coꝝ dñō:ꝛ irritarent eū. Iratuſqꝫ ē dñs vehemēter iſrahel ꝛ abſtulit eos a ⁊ſpectu ſuo:ꝛ nō remāſit niſi tribus iuda tm̄modo. Sed nec ipſe iuda cuſtodiuit māda ta dñi dei ſui:verūtm̄ ābulauit ī erroꝛibus iſrl̄: q̄s opatus fuerat. Proiecitqꝫ dñs oē ſemen iſrl̄:ꝛ afflixit eos:ꝛ tradidit eos in manu diripientiū: donec ꝑiceret eos a facie ſua:ex eo iā tp̄e q̄ ſciſſus ē iſrl̄ a domo dauid:ꝛ ⁊ſtituerūt ſibi regē hieroboam filiū nabath. Sepauit.n.hieroboā iſrl̄ a dño: ꝛ peccare eos fecit pcm̄ magnū. Et ābulauerunt filij iſrl̄ in vniuerſis pctis hieroboā q̄ fecerat:ꝛ nō receſſerunt ab eis vſqꝫq̄ dñs auferret iſrl̄ a facie ſua:ſicut locut⁹ fuerat ī manu oīuꝫ ſeruoꝝ ſuoꝝ ꝓphetaꝝ. Trāſlatuſqꝫ ē iſrl̄ de terra ſua ī aſſyrios vſqꝫ ī diē hāc. Adduxit aūt rex aſſyrioꝝ viros ō babylone ꝛ de cutha ꝛ de abaiath:ꝛ de emath:ꝛ de ſepharuaim:ꝛ collocauit eos ī ciuitatib⁹ ſamarie ꝑ filijs iſrl̄. Qui poſſederūt ſamariā:ꝛ habitauerūt ī vrbib⁹ eius. Cūqꝫ ibi habitare cepiſſēt nō timebāt dñm:ꝛ īmiſit eis dñs leones q̄ interficiebant eos. Nūciatūqꝫ ē regi aſſyrioꝝ ꝛ dictū. Gentes quas trāſtuliſti ꝛ habitare feciſti ī ciuitatibus ſamarie ignorāt legitima dei terre:ꝛ īmiſit ī eos dñs leones:ꝛ ecce interficiūt eos:eo qꝺ ignorēt ritū dei terre. Precepit aūt rex aſſyrioꝝ dicēs. Ducite illuc vnū de ſacerdotib⁹ q̄s inde captiuos adduxiſtis:vt vadat ꝛ habitet cū eis:ꝛ doceat eos legitima dei terre. Igit̄ cū veniſſet vn⁹ de ſacerdotibus his q̄ captiui ducti fuerāt de ſamaria:habitauit in bethel:ꝛ docebat eos quō colerēt dñm. Et vnaqueqꝫ gens fabꝛicata ē deū ſuū. Poſuerūt qꝫ eos ī phanis excelſis q̄ fecerāt ſamarite gens ꝛ gēs in vrbib⁹ ſuis:ī qbus habitabāt. Viri.n.babylonij fecerūt ſochoth benoth:viri aūt cutheni fecerūt nergel:ꝛ viri de emath fecerūt aſuna. Porro euei fecerūt nebaā ꝛ thachā. Di aūt q̄ erant ō ſepharuaim ⁊burebant filios ſuos igni adramelech ꝛ anamelech dijs ſepharuaim:ꝛ nihilominꝰ colebāt dñm. Fecerūt aūt ſibi ō nouiſſimis ſacerdotes excelſoꝝ:ꝛ ponebāt eos ī phanis ſublimib⁹. Et cū dñm colerēt:dijs q̄ſ ſuis ſeruiebāt iuxꝫ cōſuetudinē gentiū de qbus trāſlati fuerāt ſamariam. Vſqꝫ in p̄ntez diē moꝛē ſequunt̄ antiquū. Nō timent dñm:neqꝫ cuſtodiūt cerimonias eius atqꝫ iudicia ꝛ legē ꝛ mādatū qō ꝑceperat dñs filijs iacob quem cognominauit iſrl̄:ꝛ ꝑcuſſerat cuꝝ eis pactū:ꝛ mādauerat eis dicēs. Nolite timere deos alienos:ꝛ non adorꝛetis eos neque colatis eos: ꝛ nō īmoletis eis:ſed dñꝫ deū vr̄m q̄ eduxit vos de terra egypti in foꝛtitudine magna ꝛ ī brachio extento:ipſū timete ꝛ illū adorꝛate ꝛ ipſi īmolate. Cerimonias q̄ſ ꝛ iudicia ꝛ legē ꝛ mādatū qō ſcripſit vobis cuſtodite:vt faciatis cūctis diebꝰ:ꝛ nō timeatis deos alienos. Et pactū qō percuſſit vobiſcū nolite obliuiſci:nec colatis deos alienos:ſꝫ dñm deum veſtrū timete:ꝛ ipſe eruet vos de manu oīuꝫ inimicoꝝ veſtroꝝ. Illi vero nō audierūt ſed iuxꝫ ⁊ſuetudinē ſuā pꝛiſtinaꝫ ꝓpetrabant. Fuerunt igit̄ gentes iſte timentes qdē dñm:ſed nihilominus ꝛ idolis ſuis ſeruientes. Nā filij eoꝝ ꝛ nepotes ſicut fecerunt patres ſui: ita faciunt vſqꝫ in pꝛeſentem diem. XVIII

Anno ⁊tio oſee filij hela regis iſrl̄ regnauit ezechias filiꝰ achaz regis iuda. Viginqꝫ ānoꝝ erat cū regnare cepiſſet:ꝛ vigintino uē ānis regnauit ī irl̄z. Nomē mr̄is eiꝰ abiſa filia zacharie. Feciqꝫ qō erat bonū coꝝ dño: iuxꝫ oīa q̄ fecerat dauid pr̄ eiꝰ. Ipſe diſſipauit excelſa:ꝛ cōtriuit ſtatuas:ꝛ ſuccidit lucos:⁊fregitqꝫ ꝛpentem

ereū quē fecerat moyſes. Sigdez vſq; ad illud
tēp⁹ filij iſrł adolebāt ei incenſū. Uocauitq; nomē
eius nehestan. Et ī dño deo iſrł ſperauit. Ītaq; p⁹
eū nō fuit ſiłis ei de cūctis regib⁹ iuda: ſed neq; in
his q añ eū fuerūt: z adhesit dño: z non receſſit a
veſtigijs eius: fecitq; mādata ei⁹ q̄ ꝓceperat dñs
moyſi: vñ z erat dñs cū eo: z ī cūctis ad q̄ ꝓcede/
bat ſapiēter ſe agebat. Rebellauit q̄z ꝺ regē aſſy/
rioꝝ: z nō ſeruiuit ei. Ipſe pcuſſit philisteos vſq;
ad gaçā: z oēs ēmios eoꝝ: z a turre cuſtodū: vſq;
ad ciuitatē munitā. Anno q̄rto regis eçechie qui
erat ānus ſeptim⁹ oſee filij bela regis iſrł: aſcēdit
ſalmanaſar rex aſſyrioꝝ ſamariam: z oppugnauit
eā z cepit. Nā p⁹ ānos tres ān̄o ſexto eçechie id ē
nono ān̄o oſee regis iſrł: capta ē ſamaria: z trāſtu
lit rex aſſyrioꝝ iſrł in aſſyrios: collocauitq; eos ī
hayla z in aboꝝ fluuijs goçan ī ciuitatib⁹ medoꝝ:
q̄z nō audierūt vocē dñi dei ſui: ſz ꝓtergreſſi ſunt
pactū ei⁹. Oīa q̄ ꝓcepat moyſes ſeru⁹ dñi nō audi
erūt neq; fecerūt. Anno q̄rtodecimo regł eçechie
aſcēdit ſēnacherib rex aſſyrioꝝ ad vniuerſas ci/
uitates iuda munitas: z cepit eas. Tūc miſit eçe/
chias rex iuda nūcios ad regē aſſyrioꝝ in lachis
dicēs. Peccaui. Recede a me: z oē qō ī poſueris
mihi ferā. Indixit itaq; rex aſſyrioꝝ eçechie regi
iude trecēta talēta argēti z trigīta talēta auri. Be/
ditq; eçechias oē argētū qō reptū fuerat ī domo
dñi: z ī theſauris regis. In tpe illo ꝛfregit eçechi
as valuas tēpli dñi z laminas auri q̄s ipſe affixe/
rat: z dedit eas regi aſſyrioꝝ. Miſit aut rex aſſy/
rioꝝ thartā z rapſar] z rapſacē de lachis ad regē
eçechiā cū manu valida irłm. Qui cū aſcēdiſſent
venerūt irłm z ſteterūt iuxt aq̄ductū piſcine ſupe
rioris q̄ ē ī via agri fullonis: vocauerūtq; regem.
Egreſſus ē aūt ad eos eliachim fili⁹ helchie ꝓpo
ſit⁹ dom⁹ z ſobna ſcriba z ioahe fili⁹ aſaph acom
mētarijs. Dixitq; ad eoſ rapſaces. Loqmī eçechie
Hec dicit rex magn⁹ rex aſſyrioꝝ. Que ē iſta fidu
cia q̄ niter]? Forſitā iniſti ꝛfiliū vt ꝓpares te ad p
liū. In q̄ ꝛfidis vt audeas rebellare? An ſperas in
baculo harūdineo atq; ꝛfracto egypto? Sup quē
ſi īcubuerit hō: cōminut⁹ igredietꝫ manū ei⁹: z ꝓfo
rabit eā. Sic ē pharao rex egypti: oībus q̄ ꝛfidūt
ī ſe. Nō ſi dixeritis mihi in dño ꝺo nr̄o hēmus fi
duciā: nōne iſte ē cui⁹ abſtulit eçechias excelſa z
altaria: z ꝓcepit iude z irłm añ altare hꝫ adoꝝabit]
ī irłm? Nūc igit trāſite ad dñm meū regē aſſyrio
rū z dabo ꝺobis duo milia eq̄ꝝ: z videte an hꝛe
valeat] aſcēſoꝝes eoꝝ. Et quō poteſt] reſiſtere añ
vnū ſatrapā de ſuis dñi mei minimis. An fiduciā
hēs in egypto ꝓpł curr⁹ z eqtes? Nūqd ſine dñi
volūtate aſcēdi ad locū iſtū vt demolirer eū? Di/
xit dñs mihi. Aſcēde ad terrā hāc z demolire eā.
Dixerūt aūt eliachim fili⁹ helchie z ſobna ſcriba
z ioahe rapſaci. Precamur vt loq̄ris nobis ſuis
tuis ſyriace: ſiqdē itelligim⁹ hāc linguā: z nō loq̄/
ris nobis iudaice audiēte ppł⁹: q ē ſup murꝫ. Rñ
ditq; eis rapſaces dicēs. Nūqd ad dñm tuū z ad
te miſit me dñs me⁹ vt loq̄rer ſmones hos: z nō
poti⁹ ad viros q ſedēt ſup murū vt cōedāt ſterco
ra ſua: z bibāt vrinā ſuā vobiſcū. Stetit itaq; rap
ſaces: z exclamauit voce magna iudaice z ait.
Audite verba regis magni: regis aſſyrioꝝ. Hec
dicit rex. Nō vos ſeducat eçechias. Nō.n.poūit
eruere vos de manu mea: neq; fiduciā vobis tri/
buat ſup dñm dicēs. Eruēs liberabit nos dñs: z
nō tradet ciuitas hec ī manu regis aſſyrioꝝ. No
lite audire eçechiā. Hec.n.dicit rex aſſyrioꝝ. Fa
cite mecū qō vobis ē vtile: z egredimini ad me.
Et comedet vnuſq;q; de vinea ſua: z de ficu ſua:
z bibet] aq̄s de ciſternis vr̄is: donec veniā z trā/
ferā vos in trā q̄ ſiłis ē trę vr̄e: ī terrā fructiferā z
fertilē vini: terrā panis z vineaꝝ: terraz oliuaꝝ z
olei ac mellis: z viuet]: z ñ moziemini. Nolite au
dire eçechiā q vos decipit dicens. Dñs liberabit
nos. Nūqd liberauerūt dii gētiū terrā ſuā ō ma/
nu regł aſſyrioꝝ? Ubi ē de⁹ emath z arphat. Ubi
ē de⁹ ſepharuaim ana z aua. Nūqd liberauerunt
ſamariā de manu mea? Qui nā illi ſūt ī vniuerſis
dijs trāz q eruerūt regionē ſuā de manu mea: vt
poſſit eruere dñs irłm ō manu mea? Tacuit itaq;
ppł⁹ z nō rñdit ei gcq̄. Sigdē ꝓceptū regis ac/
ceperāt: vt nō rñderūt ei. Uenitq; eliachim filius
helchie ꝓpoſit⁹ dom⁹ z ſobna ſcriba z ioahe fili⁹
aſaph acōmentarijs ad eçechiā ſciſſis veſtibus: z
nunciauerunt ei verba rapſacis. XIX

Q Ue cū audiſſet eçechias rex ſcidit veſti/
mēta ſua z optus ē ſacco: igreſſuſq; ē do
mū dñi: z miſit eliachim ꝓpoſitū dom⁹ z
ſobnā ſcribā z ſenes de ſacerdotib⁹ optos ſaccis
ad iſaiā ꝓphetā filiū amos. Qui dixerūt. Hec dicit
eçechias. Dies tribulatōis z īcrepatiōis z blaſfe/
mie dies iſte. Uenerūt filij vſq; ad partū: z vires
nō hz parturiēs. Si forte audiat dñs de⁹ tu⁹ vni/
uerſa ꝛba rapſacis quē miſit rex aſſyrioꝝ dñs ſu
us vt exprobraret deū viuentē: z argueret ꝛbis q̄
audiuit dñs de⁹ tu⁹: z fac oratiōnē ꝓ reliquijs q̄
repte ſūt. Uenerūt g̃ ſui regł eçechie ad iſaiā. Di/
xitq; eis iſaias. Hec dicetł dño ſr̄o. Hec dicit dñs.
Noli timere a facie ſmonū q̄s audiſti gbus blaſ
femauerūt pueri regis aſſyrioꝝ me. Ecce ego im
mittā ei ſpūm z audiēt nunciū: z reuertet in terrā
ſuā: z deijciā eū gladio in terra ſua. Reuerſus eſt
ergo rapſaces z īuenit regē aſſyrioꝝ expugnantē
lobnam. Audierat.n.q̄ receſſiſſet ō lachis. Tūq;
audiſſet de tharacha rege ethiopie dicentes: ecce
egreſſus eſt vt pugnet aduerſū te: z iret contra eū
miſit nuncios ad eçechiam dicēs. Hec dicite eçe
chie regi iuda. Non te ſeducat deus tuus in quo
habes fiduciam: neq; dicas. Non tradetur irłm
in manus regis aſſyrioꝝ. Tu enim ipſe audiſti q̄
fecerunt reges aſſyriozum vniuerſis terris: quo/
modo vaſtauerunt eas. Num ergo ſolus poteris
liberari? Nunqd liberauerūt dii gentiū ſingulos
q̄s vaſtauerunt pr̄es mei goçan videlicet z aran
z reſeph z filios eden qui erant in thelaſſar:

Ubi est rex emath ⁊ rex arphat ⁊ rex ciuitat[is] sepharuaim ana ⁊ auā. Itaq; cū accepissz ezechias lr̄as de manu nūcioꝝ ⁊ legisset eas ascēdit ī domū dn̄i ⁊ expādit eas cozā dn̄o: ⁊ oꝛauit in ꝓspectu ei⁹ dicēs. Dn̄e deus isr̄l q sedes sup cherubin tu es deus solus regū oīuz terre: tu fecisti celū ⁊ terrā. Inclina aurē tuā ⁊ audi. Aperi dn̄e oculos tuos ⁊ vide: ⁊ audi oīa verba sennacheribq̄ misit vt exꝓbꝛaret nobis deū viuentē. Uere dn̄e dissipauerūt reges assyrioꝝ gētes ⁊ terras oīuz ⁊ miserūt deos eoꝝ in ignē. Nō. n. crāt dij: sz opa manuū hoīuz ex ligno ⁊ lapide: ⁊ ꝓdiderūt eos. Nunc igit̄ dn̄e deus nr̄ saluos nos fac de manu eoꝝ: vt sciant oīa regna terre qz tu es dn̄s deus solus. Misit aūt Isaias filius amos ad ezechiam dicens. Hec dicit dn̄s deus isr̄l. Que depcat⁹ es me sup sennacherib rege assyrioꝝ: audiui. Iste ē sermo quē locut⁹ ē dn̄s de eo. Spreuit te ⁊ subsannauit te ỽgo filia syon: pꝛ tergū tuū caput mouit filia hierusalē. Cui exꝓbꝛasti ⁊ quē blasphemasti? Cōtra quē exaltasti vocē tuā: ⁊ eleuasti in excelsū oculos tuos? Cōtra sctm̄ isr̄l. Per manū seruoꝝ tuoꝝ exꝓbꝛasti dn̄o: ⁊ dixisti. In multitudine curruū meoꝝ ascendi excelsa montiū in sūmitate libani: ⁊ succidi sublimes cedros ei⁹: et electas abietes illi⁹. Et ingressus sū vsq; ad terminos ei⁹: ⁊ saltū carmeli eius ego succidi. Et bibi aq̄s alienas: ⁊ siccaui vestigijs pedum meoꝝ oēs aq̄s clausas. Nūqd nō audisti qd ab initio fecerim? Ex dieb⁹ antiqs plasmaui illud: ⁊ nūc adduxi. Eruntq; in ruinā colliū ꝓpugnantiū ciuitates munite. Et q sedēt ī eis būiles manu cōtremuerūt ⁊ ꝓfusi fūt: facti sūt velut fenū agri ⁊ virēs herba tectoꝝ: q̄ arefacta ē anteq; veniret ad maturitatē. Habitaculū tuū ⁊ egressū tuū ⁊ introitū tuū ⁊ viā tuā ego pscini: ⁊ furoꝛē tuū ō me. Insaniisti in me: ⁊ supbia tua ascēdit in aures meas. Ponā itaq; circulū ī narib⁹ tuis: ⁊ chamū in labijs tuis: ⁊ reducā te ī viā p quā venisti. Tibi aūt ezechia hoc erit signū. Comede hoc āno q̄ reppieris: ī secūdo aūt āno q̄ sponte nasc̄t̄. Nozzo in āno terminate ⁊ metite: plātate vineas ⁊ comedite fructⁿ eaꝝ. Et qōcūq; reliquū fuerit de domo iuda mittet radicē deoꝛsū: ⁊ faciet fructū surs̄ū. De irl̄m qppe egredient̄ relige: ⁊ qō saluet̄ de monte syon. Zel⁹ dn̄i exercituū faciet hec. Quāobrē hec dicit dn̄s de rege assyrioꝝ. Nō ingredietur vrbē hāc: nec mittet in eā sagittā: nec occupabit eā clype⁹ nec circūdabit eā munitio. Per viā q̄ venit reuertet̄: ⁊ ciuitatē hanc nō ingrediet̄ dicit dn̄s: ꝓtegā q; vrbē hāc ⁊ saluabo eā ꝓpt̄ me ⁊ ꝓpter dauid seruū meū. Factū ē igit̄ ī nocte illa venit angel⁹ dn̄i: ⁊ ꝑcussit ī castris assyrioꝝ centuz octogintagnq; milia. Cunq; diluculo surrexisset vidit oīa corꝑa mortuoꝝ: ⁊ recedēs abijt. Et reuersus est sennacherib rex assyrioꝝ: ⁊ mansit in ninive. Cūq; adoꝛaret in tēplo nesrach deū suū: adramelech ⁊ sarasar filius eius ꝑcusserūt eum gladio fugerūtq; in terrā armenioꝛū: ⁊ regnauit asaraddon filius eius ꝓ eo. XX

Melius ē nomē bonū q̄ diuitie multe:super argētū eniz ⁊ aurū gr̄a bona. Diues ⁊ pauper obuiauerūt sibi:vtriusq; opator ē dñs. Callidus videt malū:⁊ abscōdit se:īnocēs ptrāsijt ⁊ afflict⁹ ē dāno. Finis modestie timor dñi: diuitie ⁊ glozia ⁊ vita. Vrma ⁊ gladij in via supbi: custos aūt aīe sue longe recedit ab eis. Prouerbiuz ē:adolescens iuxta viā suā ēt:cū senuerit nō recedet ab ea. Diues paupib⁹ īperat:⁊ q accipit mutuū fu⁹ ē fenerātis. Qui seminat iūgtatē metet mala:⁊ virga ire sue cōsumabit. Qui ꝓnus ē ad misericordiam bñdicet̃:de panib⁹ enī suis dedit paupi. Victoriā ⁊ honorē acgret q dat munera:aīaz aūt auferet accipiētū. Ejice derisorē ⁊ exibit cū eo iurgiū:cessabūtq; cause ⁊ cōtumelie. Qui diligit cordis mūditiā:ꝓpter gr̄am labioꝝ suoꝝ habebit amicum regē. Oculi dñi custodiūt sciaz:⁊ supplantāt̃ ẏba iniqui. Dicit piger:leo ē fozis:in medio platearum occidēdus sū. Fouea ꝓfunda os aliene:cui iratus ē dñs incidet in eā. Stulticia colligata ē ī corde pueri:⁊ virga disciplīe fugabit eā. Qui calūniat̃ paupere⁊ vt augeat diuitias suas:dabit ipso ditiori ⁊ egebit. Filij mi īclina aurē tuā:⁊ audi ẏba sapientiū. Appone aūt cor ad doctrinā meā:q̄ pulchra erit tibi cū fuaueris eā in ventre tuo. Et redūdabit in labijs tuis:vt sit ī dño fiducia tua. Vñ ⁊ oñdam eā tibi hodie. Ecce descripsi eā tibi tripliciter ī cogitatōib⁹ ⁊ scīa:vt ostēderē tibi firmitatē ⁊ eloquia veritat̃ respōdē ex eis ūllis:q miserūt te. Nō facias violētiā paupi qa paup ē:⁊ neq; ꝓteras egenū ī porta:qz iudicabit dñs causā eī⁹:⁊ cōfiget eos q cōfixerūt aīam eī⁹. Noli esse amicus hoī iracūdo:neq; ābules cū viro furioso:ne forte discas semitas eī⁹ ⁊ sumas scandalū aīe tue. Noli eē cū his q defigunt manus suas:⁊ q vades se offerūt ꝓ debitis. Si enī nō habet vñ restituat. Quid cause ē vt tollat̃ opimētū de cubili suo? Ne trāsgrediaris t̄mios antiquos:q̄s posuerūt pres tui. Vidisti virū velocē in ope suo:coram regibus stabit:nec erit ante ignobiles. XXIII

Quādo sederis vt comedas cū pncipe: diligēter attēde q̄ sūt apposita añ faciē tuā: ⁊ statue cultrū ī gutture tuo:si tñ habes ī pōtate aīaz tuā. Ne desideres ō cibis eī⁹: i q̄ dē pānis mēdacij. Noli laborare vt diteris:ſz prudētie tue pone modū. Ne erigas oculos tuos ad opes q̄s nō potes bre:qz facient sibi pēnas q̄si agle: ⁊ volabūt in celū. Ne comedas cū hoīe īuido:⁊ ne desideres cibos eius:q̄ñ in similitudīe arioli ⁊ coniectoris estimat quod ignorat:comede ⁊ bibe dicet tibi:⁊ mens eius non ē tecū. Cibos quos comederas euomes:⁊ perdes pulchros sermōes tuos. In auribus insipientiuz ne loquaris:qz despiciēt doctrinaz eloquij tui. Ne attingas parvulorꝝ terminos:⁊ agruz pupillorꝝ ne introeas. Propinquus eniz illorꝝ fortis ē:⁊ ipe iudicabit cōtrs te cāz illorꝝ. Ingrediat ad doctrinaz cor tuū:⁊ aures tue ad verba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinā:si eniz pcusseris eū virga:nō morietˢ. Tu virga percuties eū:⁊ aīaz eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit aīus tuus:gaudebit tecum cor meū:⁊ exultabunt renes mei cū locuta fuerīt recta labia tua. Nō emuletur cor tuū pctōres:ſz ī timore dñi esto tota die: qz habebis spez in nouissimo:⁊ prestolatio tua non auferet̃. Audi fili mi ⁊ esto sapiens:⁊ dirige in via aīuz tuū. Noli eē in cōtuījs potatoꝝ:nec in cōessatiōib⁹ eoꝝ q carnes ad vescēdū cōferūt:qz vacantes potib⁹ ⁊ dantes symbola ꝛsumentur:⁊ vestietur pānis dormitatio. Audi patrez tuuz qui genuit te:⁊ ne contēnas cuz senuerit mater tua. Veritatez eme:⁊ noli vendere sapientiā ⁊ doctrinaz ⁊ intelligentiaz. Exultat gaudio pater iusti:qui sapientē genuit letabit ī eo. Gaudeat pr̄ tu⁹ ⁊ mr̄ tua:⁊ exultet q genuit te. Prebe fili mi cor tuū mihi:⁊ oculi tui vias meas custodiāt. Fouea .n. ꝓfūda ē meretrix:⁊ puteus angust⁹ aliena. Insidiatur in via q̄si latro:⁊ q̄s incautos inuenerit interficiet. Cui ve:cui⁹ pr̄i ve. cui rixe:cui fouee:cui sine cā vulnera:cui suffossio oculoꝝ? Nōne his qui cōmorant in vino:⁊ studēt calicibus epotandis? Ne intuear⁊ vinū q̄n flauescit cuz splenduerit in vitro colorꝝ eius. Ingredit̃ blande ⁊ in nouissimo mordebit vt coluber:⁊ sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extraneas:⁊ cor tuū loquet̃ perversa. Et eris sicut dormiens in medio mari:⁊ quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo:⁊ dices. Verberauerūt me ⁊ nō dolui:traxerūt me ⁊ ego nō sensi. Q̄n euigilabo:⁊ rursus vina reperiam. XXIIII

Nō emuleris viros malos nec desideres esse cū eis:qz rapinas meditatur mēs eorum:⁊ fraudes labia eoꝝ loquūtur. Sapientia edificabitur domus:⁊ prudentia roborabit̃. In doctrina replebunt̃ cellaria:vniuersa substantia pretiosa ⁊ pulcherrima. Vir sapiens fortis est:⁊ vir doct⁹ robustus:⁊ validus quia cū dispositio ne init̃ bellū:⁊ erit salus vbi multa cōsilia sūt. Ex celsa stulto sapientia:in portā nō aperiet os suum. Qui cogitat mala facere:stultus vocabit̃. Cogitatio stulti peccatū est:⁊ abhominatio hominū detractor. Si desperaueris lapsus in die angustie: imminuet̃ fortitudo tua. Erue eos qui ducūt ad mortē:⁊ qui trahūt̃ ad interitum liberare ne cesses. Si dixer⁊ vires non suppetunt: qui inspector est cordis ipe itelligit:⁊ seruatorē anime tue nibil

nutrit fuum fuum: postea sentiet eū otumacē. Vir iracūdus puocat rixas: z g ad indignandū facilis est: erit ad peccādū pclinor. Superbū sequitur humilitas: z humilem spū suscipiet gīa. Qui cum fure paticipat odit aīam suā: adiurantem audit: z non iudicat. Qui timet hoīem cito corruet: g sperat in dño subleuabitur. Multi requrunt facie pncipis: z iudiciū a dño egreditur singulor. Abominantur iusti viz ipiū: z abominantur impij eos q in recta sunt via. Verbum custodiens filius extra perditionem erit. XXX

Verba cōgregantis: filij vomentis. Visio quā locutus ē vir cū quo est deus: z qui deo secū morante ꝓfortatus ait. Stultissimus sum viroz: z sapīa hoīum non est mecum. Non didici sapiam: z noui scīaz sctoz. Quis ascēdit in celū atq; descendit? Quis otinuit spūm i manibus suis? Quis colligauit aquas quasi i vestimēto? Quis suscitauit oēs terminos terre? Qd nomē est eius: z qd nomē filij eius si nosti? Oīs fmo dei ignitus: clypeus est oībus sperantibus i se. Ne ad das qcq; verbis illius z arguaris: inueniarisq; mēdax. Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq; mozi ar. Vanitatem z verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem z diuitias ne dederis mihi. Tribue tm victui meo necessaria: ne forte satiat⁹ illiciar ad negandum: z dicam qs est dñs? aut egestate compulsus furer: z piurez nomen dei mei. Ne accuses puum ad dominū suū: ne forte maledicat tibi z corruas. Generatio que pri suo maledicit: z que mri sue nō bñdicit. Generatio que sibi munda videtur: z tm non est lota a sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi: z palpebre eius i alta subrecte. Generatio que pro dentib⁹ gladios hz z cōmandit molarib⁹ suis: vt comedat inopes ō terra: z pauperes ex hoīb⁹. Sanguisuge due sūt filie: dicentes affer affer. Tria sunt insaturabilia: et quartū qd nūq; dicit sufficī. Infernus z os vulue: z terra que non satiatur aqua: ignis vero nūq; dicit sufficit. Oculum q subsānat prem: z q despicit partum matris sue: suffodiant eū corui de torrentibus: z comedant eum filie aquile. Tria sunt difficilia mihi: z quartū penit⁹ ignoro. Viam aquile i celo: viam colubri sup petram: viam nauis i medio mari: z viam viri i adolescentia. Talis ē z via mulieris adultere que comedit: z tergens os suuz dicit. Non sum operata malum. Per tria mouet terra: z quartum qd non potest sustinere. Per seruum cum regnauerit: per stultum cū saturat⁹ fuerit cibo: z p odiosam mulierem cū i mrimonio fuerit assumpta: z p ancillaz cū fuerit heres dñe sue. Quatuor sunt minima terre: z ipsa sūt sapientioza sapientibus. Formice ppls infirmus q̄ pparant in messe cibū suum. Lepusculus plebs ualida: qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta nō habet: z egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur: z morat̄ i edib⁹ regis. Tria sunt que bene gradiūtur: z quartū qd incedit feliciter. Leo fortissimus bestiaz: ad nulli⁹ pauebit occursuz. Gallus succinctus lūbos suos z aries: nec ē rex qui resistat ei: z qui stult⁹ apparuerit: postq; eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset ozi suo imposuisset manum. Qui aūt fortiter ꝑmit vbera ad eliciendum lac: exprimit butyrū: z q vehementer emūgit: elicit sanguinem: z qui puocat iras producit discordias. XXXI

Verba lamuelis regis. Visio qua erudiuit eum mater sua? Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? qd dilecte votoz meoz? Ne dederis mulieribus substantiam tuaz: z diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus o Lamuel noli regibus dare vinū: qz nullū secretuz ē vbi regnat ebrietas. Ne forte bibāt z obliuiscāt iudicioz: z mutent cām filioz paupis. Date siceram merentibus: z vinum bis qui amaro sūt animo. Bibāt z obliuiscantur egestatis sue: z doloris sui non recordentur amplius. Aperi os tuū muto: et causis oīum filioz q pertranseūt. Aperi os tuum: decerne qd iustum est: z vindica inopez z pauperes. Aleph. Mulierem fortem quis ueniet: procul et de vltimis finibus preciū eius. Beth. Cōfidit i ea cor viri sui: z spolijs nō indigebit. Gimel. Reddet ei bonum z non malū: omnibus diebus vite sue. Heleth. Quesiuit lanam z linuz: z operata est consilio manuū suaz. He. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suū. Vau. De nocte surrexit: deditq; predam domesticis suis: z cibaria ancillis suis. Zay. Consideravit agruz z emit eum: de fructu manuū suaz plātauit vineā. Heth. Accinxit fortitudine lūbos suos: z roborauit brachium suū. Theth. Gustauit z vidit: qz bona ē negociatio eius: nō extinguetur i nocte lucerna eius. Joth. Manū suam misit ad fortia: z digiti ei⁹ apprehenderūt fusum. Caph. Manum suam aperuit inopi: z palmas suas extendit ad pauperem. Lamech. Nō timebit domui sue a frigoribus nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicib⁹. Mem. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum eius. Nun. Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus tre. Samech. Syndonem fecit z vendidit: z cingulū tradidit chananeo. Ayn. Fortitudo z decor indumentum eius: z ridebit i die nouissimo. Phe. Os suum aperuit sapientie: z lex clementie in lingua eius. Sade. Consideravit semitas domus sue: z panem ociosa non comedit. Coph. Surrexerunt filij eius: z beatissimam predicauerunt: vir eius z laudauit eam. Res. Multe filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Syn. Fallax gratia z vana est pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum suarum: z laudent eam in portis opera eius.

Explicit proverbia salomonis. Incipit plog⁹ sancti Hieronymi in librum Ecclesiasten.

Ne gloriere ī crastinū: ignorās qd supuē/
nt tura pariat dies. Laudet te alienus z non
os tuū: exne⁹ z ñ labia tua. Grauе ē saxū
z onerosa arena: sed ira stulti ptroq; grauior. Ira
non hz misericordiā: nec erūpēs furor: z impetus
ꝓcitati spūs ferre qs poterit? Melior ē manifesta
correctio: q̄ amor abscōditus. Melioza sūt vul/
nera diligentis: q̄ fraudulēta oscula odiētis. Alia
saturata calcabit fauū: z aīa esuriēs etiam amarū
pro dulci sumet. Sicut auis trāsmigrans de nido
suo: sic vir q derelinquit locū suū. Unguento z va
riis odoribus delectatur cor: z bonis amici cōsi/
lijs aīa dulcoratur. Amicū tnū z amicū patris tui
ne dimiseris: z domū frīs tui ne īgrediaris ī die af
flictōis tue. Melior ē vicinus iuxt: q̄ frat procul.
Stude sapie fili mi z letifica cor meum vt possis
exprobrāti rndere ꝑmonem. Astutus vidēs malū
abscōditus est: puuli trāseūtes sustinuerūt dispen
dia. Tolle vestimētuz eius q spopōdit pro exneo:
z pro alienis auser ei pignus. Qui bñdicit ꝓximo
suo voce grandi de nocte ꝓsurgens: maledicenti
filis erit. Tecta pstillantia ī die frigoris: z litigiosa
mulier ꝓpantur. Qui retinet eā q̄si qui ventum te
neat: z oleum dextre sue euacuat. Ferrū ferro exa
cuitur: z hō exacuit faciez amici sui. Qui fuat ficū
comedet fructus eius: z qui custos est dñi sui glo/
rificabitur. Quō ī ags resplendet vultus ꝑspicien
tium: sic corda hoīum manifesta sunt prudētibus.
Infernus z pditio nūq̄ replētur: filr z oculi ho/
minum insatiabiles. Quō ꝓbatur ī ꝓflatorio ar/
gētum z ī fornace aur: sic ꝓbatur homo ore lau/
dantis. Cor inig ingrit mala: cor aūt rectū ingrit
sciam. Si ꝓtuderis stultum i pila q̄si tip sanas fe/
riente desup pilo: nō auferet ab eo stulticia eius.
Diligenter agnosce vultum pecoris tui: tuosq; gre
ges ꝓsidera. Nō.n. hēbis iugiter ptātē: sz corona
tribuet tibi ī generatiōe z generatiōez. Apta sunt
prata z apparuerūt herbe virētes: z collecta sunt
fena de mōtibus. Agni sunt ad vestimētū tuuz: z
hedi ad agri pretiū. Sufficiat tibi lac caprarum ī
cibos tuos: z ī necessaria domus tue: z ad victū
ancillis tuis.

XXVIII

Fugit ipius nemine psequēte: iustus aut
q̄si leo ꝓfidēs abq; terrore erit. Propter
peccata terre mlti pncipes eius: z pp ho
minis sapiam: z hoz sciam q̄ dicūtur: vita ducis
longior erit. Vir paup calūnians paupes: filis est
imbri vehemēti ī quo parat fames. Qui derelin/
quūt legē: laudāt impiū: q custodiūt succēdūt cō/
tra eū. Viri mali ñ cogitāt iudiciū: q aūt īqrūt do
minū animaduertūt oia. Melior ē paup ambulās ī
simplicitate sua: q̄ dives ī prauis itinerib⁹. Qui cu
stodit legē filius sapiēs ē: q aūt ꝓmessatores pascit
ꝓfundit pfem suū. Qui coacervat diuitias vsuris
z fenore liberali ī paupes ꝓgregat eas. Qui decli/
nat aures suas ne audiat legē: oro eius erit execra
bil. Qui decipit iustos ī via mala: ī iteritu suo cor
ruet: z simplices possidebūt bona eius. Sapiens
sibi videtur vir diues: paup aūt prudēs scrutabitur
eū. In exultatōe iustoz multa glia ē: regnantibus
impijs ruine hoīum. Qui abscōdit scelera sua nō di
rigetur: q aūt ꝓfessus fuerit z relīqrit ea miscor/
diā ꝓsequetur. Beatus hō q semp est pauidus: q
vo mētis est dure: corruet ī malū. Leo rugiens z
vrsus esuriens: pnceps impius sup pplm pauperez.
Dux idigens prudētia: multos opprimet p calū/
niam: q aūt odit auaritiā longi fiēt dies ei⁹. Hoīez
qui calūniat aīe sanguinē: si vsq; ad lacuz fugerit
nemo sustinet. Qui ābulat simplr salus erit: q p/
uersis graditur vijs ocidet semel. Qui opat terrā
suā satiabitur panib⁹: q aūt sectatur ociū replebit
egestate. Vir fidelis multū laudabitur: q aūt festi
nat ditari: nō erit innocēs. Qui cognoscit ī iudicio
faciē nō bñ facit: iste z p buccella panis deserit ve
ritatem. Vir q festinat ditari: z alijs inuidet: igno/
rat q egestas superueniet ei. Qui corripit hoīem:
grām postea īueniet apud eū: magis q̄ ille q p lin
gue blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid
a patre suo vel a matre z dicit hoc nō esse pcīm:
particeps homicide est. Qui se iactat z dilatat: iur
gia ꝓcitat: qui vo sperat ī dño saluabitur. Qui cō/
fidit ī corde suo: stult⁹ ē: q aūt graditur sapienē ipe
laudabitur. Qui dat paupi non indigebit: q despi
cit deprecantem sustinebit penuriam. Cū surrexe
rint impij abscōdentur hoīes: cū illi perierint: multi
plicabūtur iusti.

XXIX

Uir q corripientē: dura cervice ptēnit: re
pētinus ei supueniet iteritus: z eū sanitas
nō sequet. In multiplicatōe iustoz leta
bitur vulgus: cuz ipij sumpserint pncipatū: gemet
pplus. Vir q amat sapiam letificat pfem suū: q aūt
nutrit scortum pdet substātiam. Rex iust⁹ erigit
terram: vir avarus destruet eam. Hō qui blandis
fictisq; sermonib⁹ loquitur amico suo: rete expan
dit gressibus ei⁹. In peccante vir̄ tiquū tuoluet laq̄/
us: z iust⁹ laudabitur atq; gaudebit. Nouit iustus
cām paupez: impi⁹ ignorat sciam. Hoīes pestilen
tes dissipant ciuitatem: sapientes vo auertunt fu/
rorē. Vir sapiens si cū stulto ꝓtenderit: siue irasca
tur siue rideat: ñ inueniet requiem. Viri sanguinū
oderunt simplicem: iusti aūt querūt aīam ei⁹. To/
tum spīm suū pfert stult⁹: sapiēs differt z reseruat i
posterū. Princeps q libēter audit verba mēdacij:
omnes ministros hz impios. Paup z creditor ob/
uianerunt sibi vtriusq; illuminator ē dñs. Rex q
iudicat ī veritate pauperes: thronus eius ī etnuz
firmabitur. Virga atq; correctio tribuit sapiam:
puer aūt qui dimittitur voluntati sue confūdit mrez
suam. In multiplicatione impioz multiplicabūt
scelera: z iusti ruinas eoz videbūt. Erudi filiū tuū
z refrigerabit te: z dabit delitias aīe tue. Ui pro/
phetia defecerit dissipabitur pplus: q vo custodit
legez beatus ē. Seruus verbis nō potest erudiri:
qz qō dicis itelligit: z rndere ptēnit. Vidisti hoīez
velocem ad loquendū: stulticia magis speranda
est q̄ illius correctio. Qui delicate a pueritia sua

P. 1

et leticiam: peccatori aũt dedit afflictiõem et curas
superfluas: vt addat et congreget et tradat ei q placuit
deo. Hec et hꝫ vanitas ẽ: et cassa sollicitudo mẽtis. IIII

T. 7

Omnia tps bñt: et suis spatijs trãseũt vni-
uersa sub celo. Tempus nascẽdi: et tẽpus
moriendi. Tempus plantandi et tempus
euellendi qõ plãtatũ ẽ. Tps occidendi: et tps sanã
di. Tps destruẽdi: et tps edificandi. Tps flendi: et
tps ridendi. Tps plagendi: et tps saltãdi. Tps spar
gendi lapides: et tps colligẽdi. Tps ãplexandi: et
tps longe fieri ab ãplexib⁹. Tps acquirendi: et tps pẽ
dendi. Tps custodiẽdi: et tps abijciendi. Tps scin
dendi: et tps cõsuendi. Tps tacendi: et tps loquẽdi.
Tps dilectiõis: et tps odij. Tps belli: et tps pacis.

2 8

Quid hꝫ ãpliꝰ hõ de laboꝛe suo: Vidi afflictiones
quas dedit deꝰ filijs hoiũ vt distendant in ea. Cũcta
fecit bona in tpe suo: et mũdũ tradidit disputa-
tiõi eoꝝ: vt nõ inueniat hõ opꝰ qõ operatus ẽ deꝰ ab
initio vsq; ad finẽ. Et cognoui q nõ ẽct melius nisi
letari: facere bñ in vita sua. Oĩs enĩ hõ q comedit
et bibit: et videt bonũ de laboꝛe suo: hꝫ donũ dei ẽ.

P. 1

Didici q oĩa opera q̃ fecit deus pseuerent in ppetu
um. Nõ possumus eis qcq̃ addere nec auferre:
que fecit deus vt timeat. Nõ scin est: aps pmanet.
Que futura sũt iã fuerũt: et deus instaurat qõ abijt.

3 5

Vidi sub sole loco iudicij impietatẽ: et loco iusti
cie iniquitatem: et dixi in coꝛde meo. Justũ et impiũ
iudicabit deus: et tps oĩs rei tũc erit. Dixi in coꝛde
meo de filijs hoiũ: vt pbaret eos deus: et ostẽ de-
ret sibi esse bestijs. Idcirco vnus interitus ẽ hois
et iumentoꝝ: et eq̃ vtriusq; conditio. Sicut moritur
hõ: sic et illa moriũtur. Similr spirãt oĩa: et nihil hꝫ
hõ iumẽto ãplius. Cũcta subiacẽt vanitati: et oĩa
pgunt ad vnũ locũ: de terra facta sunt: et in terram
pariter reuertũtur. Quis nouit si spũs filioꝝ adam
ascẽdat sursuꝫ: et si spũs iumẽtoꝝ descendat deoꝝ
sum? Et deprehendi nihil esse melius q̃ letari ho
minẽ in ope suo: et hanc esse ptem illius. Quis enim
eũ adducet vt post se futura cognoscat? IIII

4 2

Verti me ad alia: et vidi calumnias que
sub sole geruntur: et lachrymas innocenti
um et neminem cõsolatoꝛẽ: nec posse resi-
stere coꝛ violẽtie: cunctoꝝ auxilio destitutos. Et
laudaui magis mortuos q̃s viuentes: et felicioꝛes
utroq; iudicaui: q necdũ natus est: nec vidit ma-
la que sub sole fiunt. Rursum cõtemplatus sũ oẽs
laboꝛes hoiũ: et industrias animaduerti patere inuidie
proximi. Et hoc hꝫ q̃ vanitas: et cura superflua est.

5 4

Stultus complicat manus suas: et comedit carnes suas: di
cens. Melioꝛ est pugillus cũ requie q̃m plena vtra-
q; manus cũ laboꝛe et afflictiõe animi. Consideraꝫ
repperi et aliam vanitatem sub sole. Unꝰ est et secũs
non hꝫ: nõ filiũ: nõ frem: et tñ laboꝛare nõ cessat: nec sa
tiantur oculi eiꝰ diuitijs: nec recogitat dicẽs. Cui
laboꝛo: et fraudo aiam meam bonis? Et in hoc q̃ va-
nitas est: et afflictio pessima. Melius est q̃ duos eẽ
simul q̃m vnũ. Hũt enĩ emolumentũ societatis sue.

6

Si vnus ceciderit: ab altero fulciet. Ue soli: quia
cum ceciderit non hꝫ subleuantem se. Et si dormi
erint duo: fouebũtur mutuo. Unus quõ calefiet?
Et si quispiam pualuerit cõ vnõ: duo resistunt ei.
Funiculus triplex difficile rumpit. Melioꝛ ẽ puer
paup et sapiens: rege sene et stulto: q nescit puidere
in posteꝝ. Quia et de carcere catheniq; interdũ quis
egrediatur ad regnũ: et alius natus in regno iopia
cõsumatur. Vidi cũctos viuẽtes: q ãbulãt sub sole
cum adolescente secũdo: qui cõsurget pro eo. Infini
tus numerꝰ ẽ ppli oĩum q fuerũt añ eum: et q post
ea futuri sunt nõ letabũtur in eo. Sed et hꝫ vanitas
et afflictio spũs. Custodi pedes tuos ingrediẽs domũ
dei: et appropinq̃ vt audias. Melius enĩ est
obedientia q̃m stultoꝝ victime: q nesciũt quid faci
unt mali. V

7

Ne temere qd loquaris: neq; coꝛ tuum sit
velox ad proferẽdum sermonem coꝛã deo.
Deus enim in celo et tu sup terrã: idcirco
sint pauci sermones tui. Multas curas sequuntur
somnia: et in multis sermonib⁹ inuenietur stultitia.

P. 1

Si quid voueris deo: ne moreris reddere. Displi
cet enim ei infidelis et stulta promissio. Sed qcq̃d
q̃ voueris redde. Multoq; melius est nõ vouere:
q̃m post votũ promissa nõ reddere. Ne ẽ deris os tuũ
vt peccare facias carnem tuã: neq; dicas coꝛã an
gelo nõ est puidentia: ne forte iratus dñs cõ sermo-
nes tuos dissipet cũcta opa manuũ tuaꝝ. Ubi mul
ta sunt somnia: plurime sunt vanitates et sermones
innumeri. Tu aũt deũ time. Si videris calũnias
egenoꝝ: et violenta iudicia: et subuerti iusticiaꝫ in
prouincia: non mireris super hꝫ negocio: qꝛ excelso
excelsioꝛ est alius: et super hos q̃s eminentioꝛes sũt
alij: et insuper vniuerse terre rex imperat seruienti.

8

Auarus non implebitur pecunia: et qui amat diui
tias: fructũ non capiet ex eis. Et hꝫ q̃ vanitas. Ubi
multe sunt opes: multi et qui comedũt eas. Et qd
prodest possessoꝛi: nisi q̃ cernit diuitias oculis su
is. Dulcis est somnus operanti siue paꝛ siue multuꝫ
comedat: saturitas aũt diuitis nõ sinit eũ dormire.

9

Est et alia infirmitas pessima quã vidi sub sole. Di
uitie conseruate in malũ dñi sui. Pereũt enim in afflic
tione pessima. Generauit filiũ: q in summa egestate
erit. Sicut egressus est nudus de vtero mris sue:
sic reuertet: et nihil auferet secũ ỏ laboꝛe suo. Mi
serabilis prorsus infirmitas. Quõ venit: sic reuertet.

10

Quid q̃ prodest ei qõ laborauit in ventum? Cũctis
diebus vite sue comedit in tenebꝛis et in curis mul
tis: et in erũna atq; tristicia. Hoc itaq; visum ẽ mihi
bonum: vt comedat qs et bibat et fruat leticia ex
laboꝛe suo: quo laborauit ipe sub sole numero di
erum vite sue quos dedit ei deus: et hec est pars
illius. Et oĩ hoi cui dedit deus diuitias atq; sub-
stantiam: potestatẽq; ei tribuit vt comedat ex eis.

11

et fruatur pte sua et letetur de laboꝛe suo: hꝫ ẽ donũ
dei. Non enim satis recoꝛdabit diei vite sue: eo
q deꝰ occupet delitijs coꝛ eiꝰ VI

12

Est et aliud malũ qõ vidi sub sole: et qdẽ
frequens apud hoies. Uir cui dedit deꝰ

Emini me ante hoc ferme quin quēniū: cū adhuc rome essem ꝛ ecclīasten sancte blesille legerē: vt eam ad cōtemptū mūdi hui⁹ prouocarem: ꝛ oē qđ in mundo cerneret putaret eē ꝑ nihilo: rogatum ab ea: vt in mozem cōmentarioli obscura queq; dissererem: vt absq; me possit intelligere q̄ legebat. Itaq; qm̄ in procinctu nostri opis subita mozte subtracta est: ꝛ vbi non meruimus o paula ꝛ eustochiū talem vite nr̄e habere ꝓsortem: tāto vulnere tūc pcussus obmutui: nūc ī bethleem positus: angustioze videlicet ciuitate: ꝛ illius memorie: ꝛ vobis reddo qđ ōbeo. Hoc breuiter ammonens ꝙ nullius auctozitatem secutus sum: sed de hebzeo transferens maxime septuaginta itꝑpetuꝫ ꝓsuetudini me coaptaui: in bis dūtaxat que ñ: mlt̄: tum ab hebzaicis discrepabāt. Interdū aquile q̄s ꝛ symmachi ꝛ theodotiōis recozdatus sū: vt nec nouitate nimia: lectozis studiū deterrerē: nec rursum ꝓsciam meam fonte veritatis omisso: opinionum riuulos consectarer.

Explicit prologus sancti Hieronymi. Incipit liber Ecclesiastes. Capl̄m I.

Verba eccle sia/

stes: filij dauid regis irl̄m. Uanitas vanitatuꝫ dixit eccl̄iastes: vanitas vanitatum ꝛ oia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole. Generatio ꝑterit: ꝛ generatio aduenit: terra aūt ī ēnū stat. Oritur sol ꝛ occidit: ꝛ ad locū suū reuertitur. ibiq; renascēs gyrat per meridiem: ꝛ flectitur ad aquilonē. Lustrans vniuersa in circuitu pgit spūs: ꝛ in circulos suos reuertitur. Oia flumina intrant in mare: ꝛ mare non redūdat. Ad locū vnde exeūt flumina reuertuntur: vt itez fluant. Cuncte res difficiles: nō potest eas homo explicare sermone. Nō saturatur oculus visu: nec auris auditu impletur. Quid est qđ fuit? Ipsum qđ futuꝝ est. Quid est qđ fcīm est? Ipsum qđ faciendū est. Nihil sub sole nouum: nec valet q̄sqū dicere: ecce hoc recens ē. Iaz enim pcessit in seculis que fuerūt añ nos. Nō est ꝑor memoria: sed nec eoꝝ qdem q̄ postea futura sunt erit recozdatio apud eos q futuri sunt ī nouissimo. Ego eccl̄iastes fui rex isrl̄ in irl̄m: ꝛ ꝓposui ī aīo meo querere ꝛ inuestigare sapienter de oīb⁹ que fiūt sub sole. Hac occupatōem pessimā ōdit deus filijs hoīuꝫ: vt occuparentur in ea. Uidi que fiunt cūcta sub sole: ꝛ ecce vniuersa vanitas ꝛ afflictio spūs. Peruersi difficile cozriguntur: ꝛ stultoꝝ infinitus est numerus. Locut⁹ sum ī cozde meo dicēs. Ecce magn⁹ effectus sum: ꝛ ꝑcessi oēs sapia q fuerūt añ me in irl̄m: ꝛ mens mea ꝓtēplata ē multa sapienter ꝛ didici: dediq; coz meū vt scirē prudentiam atq; doctrinā: erroꝛesq; ꝛ stulticiam. Et cognoui ꝙ in his q̄s esset labor: ꝛ afflictio spūs: eo ꝙ in mlta sapia mlta sit indignatio: ꝛ q̄ addit sciam: addit ꝛ laborem.

II

Dixi ḡ ī cozde meo. Uadā ꝛ affluā ōliciis: ꝛ fruar bonis. Et vidi ꝙ hoc q̄s esset vanitas. Risum reputaui erroꝛi: ꝛ gaudio dixi. Quid frustra decipis? Cogitaui in cozde meo: abstrahere a vino carnem meā: vt aīm meū trāsferrē ad sapiaz: deuitarēq; stulticiā: donec viderē qđ esset vtile filijs hoīuꝫ: q̄ facto op⁹ ē sub sole numero dieꝝ vite sue. Magnificaui opa mea. Edificaui mihi domos ꝛ plātaui vineas: feci hoztos et pomeria ꝛ ꝓseui ea cūcti generis arboꝛib⁹: ꝛ extruxi mihi piscinas aquaꝝ vt irrigarem siluā lignoꝝ germinātiū. Possedi seruos ꝛ ācillas multāq; familiam habui: armenta q̄s ꝛ magnos ouiū greges: vltra oēs q fuerunt añ me in irl̄m. Congeraui mihi argentū ꝛ auꝝ ꝛ substātias regū ꝛ puinciaꝝ. Feci mihi cātozes ꝛ cātatrices ꝛ ōlicias filioꝝ hoīum: cyphos ꝛ vrceolos ī ministerio ad vina fūdēda: ꝛ supgressus sum opib⁹ oēs q añ me fuerūt in irl̄m. Sapia q̄s pseuerauit mecū: ꝛ oia que desideraue runt oculi mei nō negaui eis: nec phibui coz meū qn oī voluptate frueret: ꝛ oblectaret se ī his q̄ ꝑparauerā: ꝛ hāc ratus sum ptez meā: si vterer labore meo. Cūq; me ꝓuertissem ad vniuersa opa q̄ fecerant man⁹ mee: ꝛ ad labozes ī q̄bus frustra sudauerā: vidi ī oīb⁹ vanitatē ꝛ afflictōem animi: et nihil ꝑmanere sub sole. Trāsiui ad ꝓtēplandā sapientiā: erroꝛesq; ꝛ stulticiā. Quid ē inquā hō vt seq possit regem factozē suū? Et vidi ꝙ tm̄ ꝑcedere sapia stulticiā q̄ntuꝫ differt lux a tenebzis. Sapientis oculi in capite eius: stulti⁹ in tenebzis ābulat. Et didici ꝙ vn⁹ utriusq; eēt interitus: ꝛ dixi in cozde meo. Si vn⁹ ꝛ stulti ꝛ me⁹ occasus erit: quid mihi ꝑdest ꝙ maiozē sapie dedi opaz? Locutusq; cū mēte mea: aīaduerti q̄ hoc q̄s esset vanitas. Nō enī erit memoria sapiētis sil̄r vt stulti ī ꝑpetuum: ꝛ futura tpa obliuione cūcta pariter opient. Mozitur doctus sil̄r vt indoctus: ꝛ idcirco teduit me vite mee: videntē mala vniuersa eē sub sole: ꝛ cūcta vanitatē ꝛ afflictōem spūs. Rursus detestatus sum oēm idustriam meā q̄ sub sole studiosissime laborauī: habitur⁹ hērē post me quē ignozo vtꝝ sapiēs an stultus futur⁹ sit: ꝛ dñabitur ī laboribus meis q̄bus desudaui ꝛ sollicitus fui. Et est qcq; tam vanū? Unde cessaui: renūciauitq; coz meū vltra laborare sub sole. Nā cū alius laboret ī sapia ꝛ doctrīa ꝛ sollicitudīe: hoī ocioso q̄sita dimittit. Et hoc q̄s vanitas: ꝛ magnū malū. Quid eni ꝑdcrit hoī de vniuerso labore suo ꝛ afflictōe spūs q̄ sub sole cruciatus ē? Cūcti dies eius doloꝛib⁹ ꝛ erūnis pleni sūt: nec p noctē mēte regescit. Et hoc nōe vanitas ē? Nōne melius est comedere ꝛ bibere: ꝛ oñdere aīe sue bona de laboꝛib⁹ suis? Et hoc de manu dei ē. Quis ita deuoꝛabit ꝛ delitijs ita affluet vt ego? Hoī bono ī ꝓspectu suo ōdit deꝰ sapiaz ꝛ sciaz

tractatui ī corde meo: vt curiose intelligerē. IX

Sunt iusti atq; sapientes: z opa eoꝝ in manu dei. Et tñ nescit hō vtꝝ amore an odio dignus sit: sz oīa fuantur ī futuꝝ incerta: eo q; vniuersa eque eueniāt iusto z impio: bono z malo: mūdo z imūdo: immolāti victimas z sacrificia ꝓtēnenti. Sicut bonus: sic z peccator: vt periur⁹: ita ille q; vereꝝ deierat. Hoc ē pessimū iter oīa que sub sole fiūt: q; eadem cūctis eueniūt. Unde z corda filiorū hoīum īplentur malitia: et ꝓtēptu in vita sua: z post hec ad īferos deducētur. Nemo est qui semp viuat: z q; huius rei habeat fiduciaz. Melior ē canis viu⁹ leone mortuo. Uiuentes. n. sciunt se esse morituros: mortui vero nihil nouerunt āplius: nec habēt vltra mercedē: q; obliuiōi tradita ē memoria eoꝝ. Amor q̄z z odiū z īuidie simul pierunt: nec hñt ptē in ꝟ seculo: z in ope qō sub sole geritur. Uade ḡ z comede ī leticia panez tuum: z bibe cū gaudio vinum tuum: q; deo placent opa tua. Oi tpe sint vestimēta tua candida: z oleū de capite tuo ñ deficiat. Perfruere vita cuz vxore quā diligis: cūctis diebus vite īstabilitatis tue: qui dati sunt tibi sub sole omni tpe vanitatis tue. Hec est. n. pars in vita: z in labore tuo q̄ laboras sub sole. Quōcūq; pōt facere manus tua instāter opare: q; nec opus: nec rō: nec sapia: nec scia erūt apud inferos: q̄ tu pperas. Uerti me ad aliud: z vidi sub sole: nec velocium eē cursum: nec fortium bellum: nec sapientiuz panē: nec doctoꝝ diuitias: nec artificū grām: sz tps casūq; in oīb⁹. Ille scit hō finem suū: sz sicut pisces capiūtur hamo: z aues laqueo ꝓprehenduntur: sic capiuntur hoīes ī tempore malo: cū eis ex templo supuenerit. Banc q̄z sub sole vidi sapiam z pbaui maximam. Ciuitas parua z pauci in ea viri. Uenit ꝺ eā rex magnus z vallauit eā: exrruxitq; munitiones p gyrū: z perfecta ē obsidio. Inuētusq; ē ī ea vir pauper z sapiens: z liberauit vrbem p sapiam suā: z nullus deī ceps recordatus ē hoīs illius paupis. Et dicebaz ego meliorē eē sapiam fortitudine. Quō ḡ sapientia paupis ꝓtēpta ē: z verba eiꝰ ñ sunt audita? Uerba sapiētiū audiuntur in silētio plus q̄z clamor ꝓncipis inter stultos. Melior est sapia q̄z arma belli ca: z q; ī vno peccauerit mlta bona pdet. X

Muscе morientes pduut suauitatē vnguenti. Pretiosior ē sapia paruaq; glia: ad tēpus stulticia. Cor sapiētis ī dextera eius: z cor stulti ī sinistra illius. Ez z ī via stult⁹ ābulās: cū ipse insipiēs sit oēs stultos estimat. Si spūs potestatem hñtis ascenderit sup te: locū tuū ne dimiseris: q; curatio faciet cessare peccata maxia. Est malū qō vidi sub sole: quasi p errorez egrediens a facie ꝓncipis. Positum stultū in dignitate sublimi z diuites sedere deorsuz. Uidi seruos ī equs z ꝓncipes ambulantes sup terram q̄si seruos. Qui fodit foueam incidet in eaz: z q; dissipat sepē mordebit eū coluber. Qui trāsfert lapides affligēt ī eis: z q; scidit ligna vulnerabitur ab eis. Si retusū fuerit ferrū: z hoc nō vt ꝓsus: sed hebetatū fuerit: multo labore exacuetur: z post īdustriā sequet sapia. Si mordeat serpēs in silētio: nihil eo minus habet q; occulte detrahit. Uerba oris sapiētis grā: z labia insipientis p̄cipitabūt eū. Initiū verboꝝ eiꝰ stultitia: z nouissimū oris illius error pessimꝰ. Stultus verba multiplicat. Ignorat hō qd añ se fuerit: et qō post se futuꝝ est: q; ei poterit iudicare. Labor stultoꝝ affliget eos q; nesciūt ī vrbem pergere. Ue tibi terra cuius rex ē puer: z cuius ꝓncipes mane comedūt. Beata terra cuius rex nobilis ē: z cuiꝰ ꝓncipes vescūtur in tpe suo: ad reficiendū z nō ad luxuriā. In pigritijs humiliabit ꝺtignatio: z ī īfirmitate manuū pstillabit dom⁹. In risu faciūt panem z vinuz: vt epulētur bibētes. Et pecunie obediūt oīa. In cogitatōe tua regi ñ detrahas: z in secreto cubiculi tui ñ maledixeris diuiti: q; z aues celi portabūt vocē tuā: z qui hñt pennas ānuncia bunt sententiam XI

Mitte panē tuū sup trāseuntes aq̄s: q; post tpa multa inuenies illū. Da partes septez necnō z octo: q; ignoras qd futuꝝ sit mali sup terram. Si replete fuerint nubes: imbrem sup ēram effundēt. Si ceciderit lignū ad austruz: aut ad aglonē: ī q̄cūq; loco ceciderit ibi erit. Qui obseruat ventū ñ seminat: z q; ꝺsiderat nubes nūq; metet. Quō ignoras q̄ sit via spūs: z qua rōne ꝺpiguātur ossa ī ventre pgnantis: sic nescis opa dei q; fabricator est oīuz. Mane semina semē tuū: z ne spere ne cesset manus tua: q; nescis qd magis oriatur hoc: aut illud: z si vtrūq; sit melius erit. Dulce lumē z delectabile est oculꝰ videre solez. Si ānis multis vixerit hō z in his oībus letus fuerit: meminisse debet tenebrosi tpis z dieꝝ multoꝝ: q; cū venerint vanitatis arguētur ꝓterita. Letare ḡ iuuenis ī adolescētia tua: z in bono sit cor tuū ī diebus iuuētutis tue: z ābula ī vijs cordis tui: z ī itu tu oculoꝝ tuoꝝ: z scito q; ꝓ oībus his adducet te deus in iudicium. XII

Aufer iram a corde tuo: z amoue malitiā a carne tua. Adolescētia. n. z voluptas vana sunt. Memeto creatoris tui ī diebus iuuentutis tue: añq; veniat tps afflictōis tue: z appropinquēt āni de q̄bus dicas: nō mihi placent. Anteq; tenebrescant sol z lumē z stelle z luna: z reuertantur nubes post pluuiā. Qñ cōmouebuntur custodes domus: z nutabūt viri fortissimi: z otiose erūt molentes ī minuto numero: z tenebrescēt videntes p foramina: z claudent ostia ī platea in humilitate vocis molētis: z ꝺsurgent ad vocē volucris: z obsurdescēt oēs filie carminis. Excelsa q̄z timebūt: z formidabūt ī via: florebit amigdalus: impinguabit locusta: z dissipabitur capparis. Quīn ibit hō in domum eternitatis sue: z circuibūt ī platea plāgentes. Anteq; rūpatur funiculus argēteꝰ: z recurrat vitta aurea: z ꝺteratur hydria sup fōtē: z confringatur rota sup cisternam: z reuertat puluis in terram suam vnde erat: z spūs redeat ad

diuitias ⁊ substantiam ⁊ honorez ⁊ nihil deest aie sue ex oibus que desiderat: nec tribuit ei ptatem deus vt comedat ex eo: sed hō extraneus vorabit illud. Hoc vanitas ⁊ magna miseria est. Si genuerit qspiam centuz liberos ⁊ vixerit multos ānos: ⁊ plures dies etatis habuerit: ⁊ aīa illius non vtat bonis substantie sue: sepulturaq; careat: de hac ego pronūcio q; melior illo sit abortiuus. Frustra enī venit ⁊ pgit ad tenebras: ⁊ oblitione delebit nomen eius. Non vidit solem neq; cognouit distantiam boni ⁊ mali: etiam si duob⁹ milibus ānis vixerit: ⁊ non fuerit pfruitus bonis. Nōne ad vnuz locum properant oīa? Opus laboz hois in ore eius: sed aīas eius nō implebitur bonis. Quid hz āplus sapiens a stulto: ⁊ quid pauper nisi vt pergat illuc vbi est vita? Melius est videre qō cupias q; desiderare qō nescias. Sz ⁊ hec vanitas est: ⁊ p̄sumptio spūs. Qui futurus est: iam vocatum est nomē eius: ⁊ scitur qō hō sit: ⁊ non possit ꝯ fortiorez se in iudicio ꝓtendere. Verba sunt plurima: multamq; ī disputando hūtia vanitatem. VII

Quid necesse est hoī maiora se quereꝝ: cū ignorat quid conducat sibi ī vita sua numero dieꝝ peregrinationis sue: ⁊ tpe qō velut vmbra pterit? Aut quis ei poterit īdicare: qd post eum futuꝝ sub sole sit? Melius est nomē bonum q; vnguenta pretiosa: ⁊ dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus: q; ad domum potus. In illa enim finis cūctoꝝ ām̄onetur hoīuz: ⁊ viuens cogitat qd futuꝝ sit. Melior est ira risu: quia p tristiciā vultus corrigitur animꝰ delinquentis. Cor sapientiū vbi tristicia est: ⁊ cor stultoꝝ vbi leticia. Melius est a sapiente corripi: q; stultoꝝ adulatione decipi: qa sicut sonitus spinarum ardentium sub olla: sic risus stulti. Sed et hec vanitas. Calūnia conturbat sapientem ⁊ perdet robur cordis eius. Melior est finis orationis: q; principium. Melior est patiens arrogante. Ne festines velox ad irascendū: quia ira ī sinu stulti requiescit. Ne dicas: qd putas causse est q; prora tpa meliora fuere q; nunc sunt. Stulta est enim huiusce modi interrogatio. Utilior est sapia cum diuitijs: ⁊ magis prodest videntib⁹ solem. Sicut enī ꝓtegit sapientia: sic ꝓtegit pecunia. Hoc aūt plus hz eruditio ⁊ sapia: q; vitam tribuūt possessori suo. Cōsidera opa dei: q; nemo possit corrigere quem ille despexerit. In die bona fruere bonis: ⁊ malaz diē ꝓcaue. Sicut enim hāc sic ⁊ illam fecit deus: vt nō inueniet homo ꝯ eum iustas q̄rimonias. Hec q; vidi in diebus vanitatis mee. Justus perit ī iustitia sua: ⁊ impius multo viuit tpe in malicia sua. Noli esse iustus multum: neq; plus sapias q; necesse est: ne obstupescas. Ne impie agas multuz: ⁊ noli esse stultus: ne moriaris in tpe nō tuo. Bonum est te sustentare iustū: sz ⁊ ab illo ne subtrahas manum tuā: quia q timet deum nihil negligit. Sapia ꝓfortauit sapientem: sup decem prīncipes ciuitatis. Non est enim hō iustus in terra: q; faciat bonum ⁊ non peccet. Sz ⁊ cūctis ſmonibus q; dicūt: ne accōmodes cor tuū: ne forte audias seruum tuū maledicentē tibi. Scit. n. ꝓscia tua: quia ⁊ tu crebro maledixisti alijs. Cuncta tentaui in sapientia. Dixi sapiens efficiar: ⁊ ipa longius recessit a me multo magis q; erat. Et alta pfunditas: quis inueniet eam? Lustraui vniuersa aīo meo: vt sciē ⁊ ꝓsiderarem ⁊ q̄rerem sapiam ⁊ rōnem: ⁊ vt cognoscerem impietatem stulti ⁊ errorē ipruditiū. Et inueni amariorem morte mulierem: q; laqueꝰ venatoꝝ est ⁊ sagena cor eius. Vincula sunt manꝰ illius. Qui placet deo effugiet illam: q; aūt peccator est capietur ab illa. Ecce hec inueni dixit ecclesiastes. vnū ⁊ alterū: vt inuenirem rōnez quā adhuc querit aīa mea: ⁊ nō īueni. Vir de mille vnū reperi: mulierem ex oībus non inueni. Solūmodo hoc inueni: q; fecerit deus hoīem rectum. Et ipse se infinitis miscuerit questionib⁹. Quis talis vt sapiens est. Et qs cognouit solutōem vbi. VIII

Sapientia hoīs lucet in vultu huius ⁊ potentissimus faciem illius ꝓmutabit. Ego os regis obserua: ⁊ ꝓcepta iuramēti dei. Ne festines recedere a facie eius: neq; pmaneas in ope malo: qz oīne qō voluerit faciet: ⁊ ſmo illiꝰ ptāte plenus est. Nec dicere ei qs q; pōt: quare ita facis? Qui custodit preceptum: nō experietur qcq; mali. Tempus ⁊ rōnes cor sapientis intelligit. Oīni negocio tps est ⁊ oportunitas: ⁊ multa hominis afflictio qz ignorat preterita: ⁊ futura nullo scire potest nuncio. Non est in hoīs ditiōe ꝓhibē spūm: nec hz potestatez in die mortis: nec finit gescere ingruente bello: neq; saluabit impietas ipiū. Oīa hec ꝓsiderauī: ⁊ dedi cor meū in cūctis opib⁹ que fiunt sub sole. Interdū dñatur homo homini in malum suū. Vidi impios sepultos: q; etiam cuz adhuc viuerent: ī loco sancto erant: ⁊ laudabant in ciuitate quasi iustoꝝ opeꝝ. Sed ⁊ hoc vanitas est. Etenim quia non proferetur cito ꝯ malos sniа: absq; timore vllo filij hominū ppetrāt mala. Et tamen peccatoz ex eo q; centies facit maluz ⁊ per patientiaz sustentatur: ego cognoui q; erit bonū timentibus deū: q; verentur facie eius. Non sit bonum impio: nec ꝓlongentur dies eius: sz q̄si vmbra transeāt: qui nō timent faciē dñi. Et est alia vanitas que fit sup terram. Sūt iusti q; bus mala proueniunt q̄si opa egerint impioꝝ: ⁊ sunt impij q; ita securi sunt: q̄si iustoꝝ facta habeāt. Sed ⁊ hoc vanissimum iudico. Laudaui igitur leticiam: q; non esset homini bonum sub sole: nisi q; comederet ⁊ biberet atq; gauderet: ⁊ hoc solū secū afferret de laboze suo oīnibus diebus vite sue quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meū vt sciē sapiaz: ⁊ intelligerem distensionē que versat in terra. Est hō q; diebus ⁊ noctibus somnū non capit oculis. Et intellexi q; oīum opum dei nullam possit hō inuenire rōnem eoꝝ q̄ fiunt sub sole: ⁊ quāto plus laborauerit ad querendū tāto minꝰ inueniat. Etiā si dixerit sapiens se nosse: nō poterit repire. Oīa hec

myrrhe:z ad collē thur. Tota pulchra es amica mea:z macula nō est in te. Veni de libano sponsa mea:veni de libano veni. Coronaberis de capite amana:de vertice sanir z hermon:de cubilib' leonū:de mōtib' pardor. Vulnerasti cor meū: soror mea sponsa:vulnerasti cor meū in vno oculorum tuor:z in vno crine colli tui. Quā pulchre sunt mamme tue soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino:z odor vnguentor tuor sup oīa aromata. Fauus distillans labia tua spōsa: mel z lac sub lingua tua:z odor vestimētor tuor sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa:hortus cōclusus fons signatus. Emissiones tue paradisus malor punicor:cum pomor fructib'. Cypri cū nardo nardus z crocus:fistula z cinamomū cuz vniuersis lignis libani:myrrha z aloe cū omnib' primis vnguent'. Fons hortor puteus aquar viuentiū:q fluunt impetu de libano. Surge aquila z veni auster:perfla hortū meū:z fluent aromata illi'

V

Veniat dilect' meus in hortū suū:vt comedat fructū pomor suor. Veni in hortum meū soror mea sponsa:messui myrrhā meam cū aromatibus meis. Comedi fauū cum melle meo:z bibi vinū meū cū lacte meo. Comedite amici z bibite:z inebriamini carissimi. Ego dormio:z cor meū vigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea:amica mea:colūba mea: immaculata mea:q caput meū plenū est rore:z cincinni mei guttis noctiū. Expoliaui me tunica mea quomō induar illa: Laui pedes meos:quomō inquinabo illos? Dilectus meus misit manū suā per foramen:z venter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi vt aperirem dilecto meo. Manus mee stillauerunt myrrhā:z digiti mei, pleni myrrha probatissima. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atq trāsierat. Anima mea liq facta est:vt dilectus locutus est. Quesiui z nō inueni illum:vocaui z nō respondit mihi. Inuenerunt me custodes q circuerunt ciuitatē. Percusserunt me z vulnerauerūt me:tulerunt palliū meū custodes muror. Adiuro vos filie hierusalē si inueneritis dilectuz meū vt nūncietis ei q amore lāgueo. Qualis est dilect' tuus ex dilecto:o pulcherrima mulierū. Qualis est dilectus tuus ex dilecto:quia sic adiurasti nos? Dilect' meus candidus z rubicundus:electus ex milib'. Caput eius aurū optimū:come ei' sicut elate palmar:nigre q si corvus. Oculi eius sicut colūbe sup riuulos aquar q lacte sūt lote:z resident iuxta fluenta plenissima. Gene illius sicut areole aromatū:cōsite a pigmētarijs. Labia eius lilia distillantia myrrhā primā. Manus illi' torn atiles:auree:plene hyacinthis. Uēter ei' eburneus distinct' sapphyris. Crura illi' colūne marmoree:que fūdate sunt super bases aureas. Spēs eius vt libani:elect' vt cedri. Guttur illius suauissimū:z totus desiderabilis. Talis est dilect' meus z ipse est amicus me' filie hierusalē. Quo abiit dilectus tu' o pulcherrima mulierū:quo declinauit dilectus tuus. Et qremus eū tecum.

VI

Dilect' meus descendit in hortū suum ad areolā aromatū:vt ibi pascatur in hortis:z lilia colligat. Ego dilecto meo:z dilect' meus mihi:qui pascit inter lilia. Pulchra es amica mea:suauis z decora sicut ierusalē:terribilis vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me q ipsi me auolare fecerūt. Capilli tui sicut grex caprar q apparuerunt de galaad. Dentes tui sic greges ouiū:que ascēderunt de lauacro. Oēs gemellis fetibus:z sterilis nō est in eis. Sicut cortex mali punici sic gene tue:absq occultis tuis. Sexaginta sunt regine:z octoginta cōcubine z adolescētularū nō est numerus. Una est colūba mea:perfecta mea:vna est matri sue:electa genetrici sue. Viderunt eā filie syon z beatissimā prdicauerunt:regine z cōcubine z laudauerunt eā. Que ē ista q pgredit̄ q si aurora cōsurgēs:pulchra vt luna: electa vt sol:terribilis vt castror acies ordinata? Descendi in hortū nucū vt viderē poma convallium:z inspicerē si floruisset vinea:z germinassent mala punica. Nesciui. Ania mea perturbauit me: ppter quadrigas aminadab. Reuertere reuertere sunamitis:reuertere reuertere vt intueamur te.

VI

Quid videbis i sunamite: nisi choros castror? Quā pulchri sūt gressus tui in calcia mētis filia principis. Juncture feminū tuorum sicut monilia q fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis:nūq indigens poculis. Uenter tuus sicut acervus tritici vallat' lilijs. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuū sicut turris eburnea:oculi tui sicut piscine in esebon: q sūt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani que respicit̄ damascū. Caput tuū vt carmelus:z come capitis tui sicut purpura regis iūcta canalib'. Quā pulchra es z q decora carissima i delicijs. Statura tua assimilata est palme:z vbera tua botris. Dixi. Ascendam in palmam z apprehendam fructus eius. Et erunt vbera tua sicut botri vinee:z odor oris tui sicut odor malor:guttur tuū sicut vinū optimuz. Dignum dilecto meo ad potādū:labijsq z dentibus illius ad ruminandū. Ego dilecto meo:z ad me cōversio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agr:commoremur in villis. Mane surgam' ad vineas:videamus si floruit vinea:si flores fruct' parturiunt:si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mādragore dederūt odorē i portis nostris. Oīa poma noua z vetera dilecte mi servai tui tibi.

VIII

Quis mihi det te fratrem meū suggentem vbera matris mee:vt inveniam te solū foris:z deosculer:z iam me nemo despiciat? Apprehendam te z ducam i domū matris mee: z in cubiculum genitricis mee. Ibi me docebis z dabo tibi poculum ex vino condito:z mustū malor granator meor. Leva eius sub capite meo:z dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie

deum qui dedit illum. Vanitas vanitatuz dixit ec
clesiastes z oia vanitas. Cūcq esset sapientissim⁹
ecclesiastes: docuit pplm z enarrauit que fecerat: z
inuestigās cōposuit pabolas multas. Quesiuit ꝟba
vtilia: z ꝟscripsit ſmones rectissimos: ac veritate
plenos. Verba sapiētiū sicut stimuli: z quasi claui
in altum defixi: qne ꝑ magistroꝝ ꝟsilium data sūt
a pastore vno. Vis āplius fili mi ne requiras. Fa
ciendi plures libros nullus est finis: frequēsq me
ditatio carnis afflictio est. Finez loquēdi pariter
omnes audiam⁹. Deum time. z mandata eius ob
serua. Hoc est omnis homo. Cūcta que fiunt ad
ducet de⁹ in iudicium ꝑ oī errato sive bonum sive
malum sit.

Explicit liber ecclesiastes. Incipiūt cantica cā
ticoꝝm. Capl'm I

OSculetur me
osculo ozis sui. Quia melio
ra sunt ꝟbera tua vino fragrā
tia vnguentis optimis. Oleū
effusum nomen tuum: ideo a
dolescētule dilexerūt te. Tra
he me post te. Curremus in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Introduxit me rex in cellaria sua. Exulta
bimus z letabimur in te: memores ꝟberꝝ tuoꝝm
sup vinum. Recti diligūt te. Nigra sum sz formo
sa filie hierusalē: sicut tabernacla cedar: sic pelles
salomonis. Nolite me ꝟsiderare q fusca sim: ga
decolorauit me sol. Filij matris mee pugnauerūt
in me: posuerunt me custodem vineis. Vineā meā
non custodiui. Indica mihi quem diligit aīa mea
vbi pascas vbi cubes in meridie: ne vagari incipiā
post greges sodalium tuoꝝ. Si ignoras te o pul
cherrima inter mulieres: egredere z abi post ve
stigia gregum tuoꝝ: z pasce hedos tuos iuxta taber
nacula pastoꝝ. Equitatui meo in currib⁹ pharaonis
assimilaui te amica mea. Pulchre sūt gene tue si
cut turturis: collum tuum sicut monilia. Murenu
las aureas faciem⁹ tibi: ve
miculatas argento. Dū
esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorē
suū. Fasciculus myrrhe dilect⁹ me⁹ mihi: īter ꝟbera
mea ꝟmorabitur. Botrus cypri dilect⁹ me⁹ mihi:
in vineis engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea:
ecce tu pulchra: oculi tui colūbaꝝ. Ecce tu pulcher
es dilecte mi: z decor⁹. Lectulus noster floridus:
tigna domoꝝ nraꝝ cedrina: laquearia nostra cu
pressyna. II

EGo flos campi: z lilium conuallium. Sicut
lilium inter spinas: sic amica mea inter filias.
Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilect⁹
meus inter filios. Sub vmbra illius quē desidera
ui sedi: z fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Introdu
xit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me cari
tatem. Fulcite me floribus stipate me malis: quia
amore langueo. Leua ei⁹ sub capite meo: z dextra
illius amplexabit me. Adiuro vos filie ir'lm: per
capreas ceruosq campoꝝ: ne suscitetis: neq eu
gilare faciatis dilectaz: quoadusq ipsa velit. Vox
dilecti mei. Ecce iste venit saliens in mōtib⁹: trā
siliēs colles. Similis ē dilect⁹ meus capree hinnuloq
ceruoꝝ. Ecce ipe stat p⁹ pariete nr̄m: respiciēs p fene
stras: ꝟspiciēs p cācellos. Ecce dilect⁹ me⁹ loq̄t mihi.
Surge ꝓpera amica mea: columba mea: formosa
mea: z veni. Iam. n. hyems tranſijt: imber abijt z
recessit. Flores apparuerūt i tra nr̄a: tps putatōis
aduenit. Vox turturis audita est i tra nr̄a: ficꝰ pro
lit grossos suos: vinee florentes dederūt odorez
suum. Surge ꝓpera amica mea: speciosa mea z
veni: colūba mea i foraminib⁹ petre i caverna ma
cerie. Ostende mihi faciem tuā: sonet vox tua in au
ribus meis. Vox. n. tua dulcis: z facies tua deco
ra. Capite nobis vulpes parvulas: que demoliūt
vineas. Naz vinea nr̄a florzuit. Dilect⁹ meus mihi
z ego illi: qui pascit inter lilia: donec aspiret dies:
z inclinentur vmbre. Reuertere: similis esto dilecte
mi capree hinnuloq ceruoꝝ sr̄ mōtes bether. III

IN lectulo meo ꝑ noctes q̄siui quem dili
git aīa mea. Quesiui illum z non inueni.
Surgam z circuibo ciuitatem ꝑ vicos z
plateas: queram quē diligit aīa mea. Quesiui illū:
z non inueni. Inuenerūt me vigiles q custodiūt
ciuitatez. Nū quem diligit aīa mea vidistis? Pau
lulū cū ptransissez eos: inueni quē diligit aīa mea.
Tenui eū: nec dimittam: donec introducā illum i
domū mr̄is mee: z in cubiculū genitricis mee. Ad
iuro vos filie ir'lm ꝑ capreas ceruosq cāpoꝝ: ne
suscitetis neq euigilare faciatis dilectam: donec
ipsa velit. Que ē ista q̄ ascēdit per desertum sic vir
gula fumi ex aromatib⁹ myrrhe z thuris: z vniuer
si pulueris pigmentarij? Ecce lectulū salomonis se
xaginta fortes ambiūt ex fortissimis isr'l: omnes
tenentes gladios: z ad bella doctissimi. Uniuscu
iusq ensis sup femur suū: ꝓpter timores noctur
nos. Ferculū fecit sibi rex salomon de lignis liba
ni. Colūnas eius fecit argenteas: reclinatoziū au
reum: ascensum purpureū: media caritate ꝟstrauit
ꝓpter filias ir'lm. Egredimini filie syon z videte
regem salomonem in diademate: q̄ coronauit il
luz mater sua: in die desponsatōis illius: z i die le
titie cordis eius. IIII

QUam pulchra es amica mea: q̄ pulchra
es. Oculi tui colūbaꝝ absq eo qō intrin
secus latet. Capilli tui sicut greges capra
rum: que ascenderunt de mōte galaad. Dētes tui
sicut greges tonsaꝝ: q̄ ascenderūt de lauacro. Oēs
gemellis fetibus: z sterilis nō est inter eas. Sicut
vitta coccinea labia tua: z eloquiū tuū dulce. Sic
fragmen mali punici: ita gene tue: absq eo qō itri
secus latet. Sicut turris david collū tuū: que edi
ficata est cū ꝓpugnaculis. Mille clypei pendent
ex ea: oīs armatura fortiū. Duo ꝟbera tua sic duo
hinnuli capree gemelli: q pascūtur in liliis: donec
aspiret dies, z inclinentur vmbre. Vadā ad mōtē

idolū çeli ī ipso ītroitu. Et dixit ad me. Fili hōis
putas ne: vides tu qd isti faciūt: abhoīatiōes ma
gnas q̃s dom⁹ isr̃l facit h̄: vt pcul recedā a scũa/
rio meo? Et adhuc conuersus videbis abhomi/
nationes maiozes. Et introduxit me ad ostium
atrij. Et vidi: ⁊ ecce fozamē vnum in pariete. Et
dixit ad me fili hominis: fode parietem. Et cum
fodissē parietem: apparuit ostium vnum. Et di/
xit ad me. Ingredere ⁊ vide abhominatiōes pes
simas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi: ⁊
ecce omnis similitudo reptilium ⁊ animaliuz ab
hominatio: ⁊ vniuersa idola domus isr̃l depicta
erant in pariete in circuitu per totum. Et septua/
ginta viri de seniozibus domus isr̃l: ⁊ iechonias
filius saphan stabat in medio eoz̃um stantiuz an
te picturas: ⁊ vnusquisq; habebat thuribulum
in manu sua: ⁊ vapoz nebule de thure consurge/
bat. Et dixit ad me. Aerte vides fili hominis q̃
seniozes domus isr̃l faciunt in tenebzis vnusq;
q⁊ in abscondito cubilis sui. Dicunt enim. Nō vi
det dom⁹ nos. Dereliquit dñs t̃rā. Et dixit
ad me. Adhuc conuersus videbis abhominatio
nes maiozes quas isti faciunt. Et introduxit me
p ostiū porte dom⁹ dñi q̃ respiciebat ad aglonē.
Et ecce ibi mulieres sedebāt plāgētes adonidē.
Et dixit ad me. Aerte vidisti fili hōis. Adhuc cō
uersus videbis abhoīationes maiozes his. Et in
troduxit me ī atriū dom⁹ dñi iterius. Et ecce in
ostio tēpli dñi ī ter vestibulū ⁊ altare quasi vigin

tignq; vri dorsa hñtes ostra tẽpli dñi: z facies ad orientẽ: z adorabãt ad ortũ solis. Et dixit ad me: Certe vidisti fili hõis. Nũqd leue ẽ boc domui iuda: vt facerẽt abhoiationes istas quas fecerunt hic: qz replẽtes terã iniqtate cõuersi sũt ad irritandũ me? Et ecce applicãt ramũ ad nares suas. Ergo z ego faciã in furore: ñ pcet oculus me⁹: nec miserebor: z cum clamauerint ad aures meas voce magna non exaudiam eos. IX.

Et clamauit in auribus meis voce magna dicẽs. Appropiquerũt visitatiões vrbis: z vnusquisq; vas interfectiõis hȝ in manu sua. Et ecce sex viri veniebãt de via portæ superioris q̃ respicit ad aquilonem: z vnusquisq; vas iteri⁹ in manu ei⁹. Vir quoq; vnus in medio eor vestitus erat lineis: z attramẽtariũ scriptoris ad renes ei⁹. Et ingressi sũt: z steterũt iuxta altare ereũ. Et gl'ia dñi isr'l assũpta ẽ de cherub: q̃ ẽat sup eũ ad limẽ dom⁹. Et vocauit vir q̃ idut⁹ erat lineis: z attramentariũ scriptoris hẽbat in lũbis suis. Et dixit dñs ad eũ. Transi p mediã ciuitatẽ in medio irl'z: z signa thau sup frõtes virorũ gemẽtiũ z dolẽtiũ sup cũctis abhoiationib⁹ q̃ fiũt in medio ei⁹. Et illis dixit audiente me. Transite p ciuitatẽ sequentes eũ: z pcutite. Nõ pcat oculus vr: neq; misereamini. Senẽ adolescẽtulũ z virginẽ puulũ z mulieres interficite vsq; ad internitionẽ. Pẽz ãt sr quẽ videritis thau ne occidãtis: z a scũario meo incipite. Ceperũt ergo a viris seniorib⁹ q̃ erant añ faciẽ dom⁹. Et dixit ad eos. Polluminate domũ z iplete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sũt: z percutiebãt eos q̃ erant in ciuitate. Et cede cõpleta remansi ego: ruiq; sup faciẽ meã: z clamans aio. Heu heu heu dñe de⁹. Ergo ne disipdes oẽs reliquias isr'l effundẽs furorẽ tuũ sup irl'm? Et dixit ad me. Iniqtas dom⁹ isr'l z iuda magna ẽ nimis valde: z repleta ẽ terra sanguinib⁹ z ciuitas repleta ẽ auersione. Dixerunt.n. Dereliqt dñs terrã: z dñs nõ videt. Igit z meus nõ pcet oculus neq; misereboz. Viã eor sup caput eor reddã. Et ecce vir q̃ erat idut⁹ lineis q̃ hẽbat atramẽtariũ in dorso suo rñdit vbũ dicẽs. Feci sicẽ pcepisti mihi. X

Et vidi: z ecce in firmamẽto q̃ erat sup caput cherubin quasi lapis saphyr⁹ z q̃si spẽs similitudinis solij apparuit sup eũ. Et dixit ad vir q̃ idut⁹ erat lineis: z ait. Ingredere in medio rotar q̃ sunt subdit⁹ cherubin: z iple manũ tuã plenis ignis q̃ sũt iter cherubin: z effũde sup ciuitatẽ. Ingressus q̃ ẽ in cõspectu meo. Cherubin ãt stabãt a dexteris dom⁹ cũ ingrederet vir: z nubes ipleuit atriũ interi⁹. Et eleuata est gl'ia dñi desup cherub ad limẽ dom⁹: z repleta ẽ domus nube. Et atriũ repletũ ẽ splẽdore gl'ie dñi: z sonitus alarum cherubin audiebatur vsq; ad atrium exterius: quasi vox dei omnipotentis loquẽtis. Cũq; pcepisset viro qui idutus erat lineis dicens: sume ignem de medio rotar q̃ sunt inter cherubin: ingressus ille stetit iuxta rotaz. Et extendit cherub manũ de medio cherubin ad ignẽ q̃ erat inter cherubin: z sumpsit z dedit in manus ei⁹ q̃ idutus erat lineis: qui accipiens egress⁹ ẽ. Et apparuit in cherubin similitudo manus hõis subt⁹ pẽnas eor. Et vidi z ecce quatuor rote iuxta cherubin. Rota vna iuxta cherub vnum: z rota alia iuxta cherub vnũ. Species ãt rotar erãt quasi visio lapidis chrysolithi: z aspect⁹ earũ similitudo vna quatuor: quasi si sit rota in medio rote. Cũq; ambularẽt in quatuor partes gradiebantur: z non reuertebãtur ambulantes: sed ad locum ad quẽ ire declinabat q̃ prima erat sequebãtur z cetere: nec conuertebantur. Et omne corpus earũ z colla z manus z penne z circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarũ: z rotas istas vocauit volubiles audiente me. Quatuor autem facies habebãt vnum. Facies vna facies cherub: z facies secunda facies hominis: z in tertio facies leonis: z in quarto facies aquile. Et eleuata sũt cherubin: ipm est animal qõ videraz iuxta flumẽ chobar. Cunq; ambularent cherubim ibant pariter z rote iuxta ea: z cum eleuarent cherubin alas suas vt exaltarentur de terra: non residebant rote: sed z ipse iuxta erãt. Stãtib⁹ illis stabãt: z cũ eleuatis eleuabãt. Spũs.n. vite erat in eis. Et egressa ẽ gloria dñi a limie tẽpli: z stetit sup cherubin. Et eleuãtia cherubin alas suas exaltata sũt a tra cor̃ me: z illis egredientib⁹ rote quoq; subsecute sũt. Et stetit in introitu portæ dom⁹ dñi orientalis: z gl'ia dei isr'l erat sup eos: Ipm est aial qõ vidi subter deũ isr'l iuxta fluuiũ chobar. Et intellexi: qz cherubin ẽent. Quatuor p quatuor vultus vni: z quatuor ale vni: z similitudo manus hõis sub alis eor. Et similitudo vultuũ eor: ipi vult⁹ quos videra iuxta fluuiuz chobar z ituit⁹ eor z impetus singulor: añ faciẽ suam ingredi. XI.

Et leuauit me spũs: z introduxit me ad portã dom⁹ dñi orientalẽ q̃ respicit ad sol ortũ. Et ecce in introitu portæ viginti quinq; viri: z vidi in medio eor iechoniã filiũ azur: z phelatiam filiũ banaie pncipes ppli. Dixitq; ad me. Fili hõis: hi sũt viri qui cogitãt iniquitatẽ: z tractãt cõsiliũ pessimũ in vrbe ista dicẽtes. Nõne dudũ edificate sunt domus? Hic est lebes: nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis: vaticinare fili hominis. Et irruit in me spũs dñi: z dixit ad me. Loquere. Hec dicit dñs. Sic locuti estis domus isr'l: z cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac: z iplestis vias eius interfectis. Propterea hec dicit dñs. Interfecti vri quos posuistis in medio ei⁹ hi sunt carnes: z hec est lebes: z educam vos de medio ei⁹. Gladium metuistis: z gladium inducã sup vos dicit dñs deus. Et eijciaz vos de medio eius. Daboq; vos in manum hostium: z faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis. In finibus isr'l iudicabo vos z scietis qz ego dominus. Hec non erit vobis in lebetem: z vos non eritis in medio eius i carnes.

In finib⁹ isr̃l iudicabo vos: t scietis qz ego dñs.
Qz i ꝓceptis meis ñ ābulastis: z iudicia mea ñ fe
cistis: sed iuxta iudicia gētiū q̄ i circuitu vr̄o sunt
estis opati. Et factū ē cū ꝓphetarē: pheltias fili⁹
banaie moztu⁹ ē. Et cecidi i faciē meā: clamans
voce magna. Et dixi. Heu heu heu dñe de⁹: ꝑfu
mationē tu facis r̃ligaz isr̃l? Et factū est vbū dñi
ad me dicēs. Fili hōis. Fres tui viri ꝓpinqui tui z
oīs dom⁹ isr̃l: vniuersi gb⁹ dixerūt hitatozes ir̃z
longe recedite a dño nobis data ē terra i possef
sionē: ꝓpterea hec dicit dñs de⁹. Quia longe feci
eos i gentib⁹: z qz dispsi eos i terris: ero eis in san
ctificationē modicā i terris: ad q̄s venerūt. Pro
pterea loqre. Hec dicit dñs de⁹. Cōgregabo vos
de ꝑplis: z adunabo de terris i gb⁹ dispersi estis:
daboq; vobis humū isr̃l. Et ingrediēt illuc: z au
ferent oēs offēsiones: cūctasq; abhoīationes ei⁹
de illa. Et dabo eis coz vnū: z spūm nouū tribuā i
viscerib⁹ eoz. Et auferā coz lapideū de carne eo
rū: z dabo eis coz carneū: vt in ꝓceptis meis ābu
lent: z iudicia mea custodiāt: faciātq; ea: z sint mi
hi i ꝑplm: z ego sim eis i deū. Quoz āt coz p⁹ of
fendicula z abhoīationes suas ābulat: hoz viaz
i capite suo ponā dicit dñs deus. Et eleuauerunt
cherubi alas suas: z rote cū eis: z gl̃ia dei isr̃l erat
sup eos. Et ascēdit gl̃ia dñi de medio ciuitat⁹: ste
titq; sup mōtē q̄ ē ad oziētē vr̄b. Et spūs leuauit
me: adduxitq; in chaldeā ad transmigrationē in
visionē i spū dei. Et sublata ē a me visio quā vi
derā. Et locutus sū ad trāsmigrationē oīa verba
dñi q̄ ondederat mihi. XII

Et fact⁹ ē ꝑmo dñi ad me dicēs. Fili hōis
i medio dom⁹ exaspantis tu hitas: q̄ ocu
los hñt ad videnō z nō vident: z aures
ad audienō z ñ audiūt: qz dom⁹ exaspans ē. Tu
ergo fili hōis fac tibi vasa trāsmigratiōis: z trans
migrabis p diem coz ā eis. Trāsmigrabis āt de
loco tuo ad locū alterz i ꝓspectu eoz: si forte aspi
ciant: qz dom⁹ exaspās est. Et efferes foras vasa
tua quasi vasa transmigrātis p diē i ꝓspectu eoz.
Tu āt egredieris vespe coz ā eis sicut egredit mi
grās añ oculos eoz. Perfode tibi pietē: z egre
dieris p eū in cōspectu eoz. In hūeris portabe
ris: i caligine effereris. Faciē tuā velabis z nō vi
debis terram: qz portētū dedi te domui israhel.
Feci ḡ sicut ꝑceperat mihi dñs. Vasa mea ptuli
q̄si vasa transmigrant⁹ p diē: z vespe pfodi mihi
parietem manu: z in caligine egressus sū: z in hu
meris portat⁹ i cōspectu eoz. Et fact⁹ ē sermo dñi
mane ad me dicēs. Fili hōis: nūqd nō dixerunt
ad te dom⁹ isr̃l: dom⁹ exaspans ē: qd tu facies? Dic
ad eos. Hec dicit dñs deus. Sup ducē onus ist⁹
q̄ ē i ir̃lm: z sup oēm domū isr̃l q̄ ē i medio eoz.
Dic. Ego portētū vr̄m. Sicut feci: sic fiet illis. In
transmigrationē z in captiuitatē ibūt: z dux q̄ est
in medio eoz i humeris portabit: i caligine egre
diet. Parietē pfodiet: vt educāt eū: facies ei⁹ opie
tur: vt nō videat oculo terrā. Et extēdā rete me
um sup eū: z capiet i sagena mea. Et adducā eum
i babylonē i terrā chaldeoz: z ipam nō videbit
ibiq; moriet z oēs q̄ circa eū sunt. Pzeſidiū eius
z agmina ei⁹ dispgam i oēm ventū: z gladiū exa
ginabo p⁹ eos. Et scient qz ego dñs: qñ dispsero
illos i gentib⁹: z disseminauero eos i terris. Et re
liquā ex eis viros paucos. a gladio z fame z pe
stilentia: vt narrent oīa scelera eoz i gētib⁹ ad q̄s
ingredient̃: z scient qz ego dñs. Et fact⁹ ē sermo
dñi ad me dicēs. Fili hōis panem tuū i cōturba
tiōe comede: sed z aquā tuā i festinatiōe z mero
re bibe: z dices ad pp̃lm terre. Hec dicit dñs de⁹
ad eos q̄ hītant in ir̃lm i terra isr̃l. Panē suū i so
litudine comedent: z aquā suam in desolatiōe bi
bent: vt desoleť terra a multitudine sua ꝓpt iniq
tates oīum q̄ hītāt i ea: z ciuitates q̄ nūc hītāt̃ur
ōsolate erūt: z raq; deserta: z scietis qz ego dñs. Et fa
ct⁹ ē sermo dñi ad me dicēs. Fili hōis: qō ē pro
uerbiū istō in terra isr̃l dicētiū: i longū different̃
dies: z pibit oīs visio? Ideo dic ad eos. Hec dicit
dñs de⁹. Quiescere faciā ꝓuerbiū istud: neq; vul
go diceť vltra i isr̃l. Et loquere ad eos: qō appro
q̄nquerit dies z ꝑmo oīs visiōis. Nō. n. erit vl
tra oīs visio cassa: neq; diuinatō ābigua i medio
filioz isr̃l: qz ego dñs loquar: z qōcūq; locut⁹ fue
ro vbū fiet. Nō plongabit̃ āpli⁹: sed i diebus vr̄is
dom⁹ exaspans loquar vbū: z faciā illud dicit dñs
deus. Et fact⁹ ē ꝑmo dñi ad me dicēs. Fili hōis:
ecce dom⁹ isr̃l dicentiū. Visio quā hic videt i di
es mltos z i tpa longa iste ꝓphetat. Propt̃ea dic
ad eos. Hec dicit dñs deus. Nō plongabit̃ vltra
oīs sermo meus. Verbum qō locut⁹ fuero cōple
bitur dicit dñs deus. XIII

Et fact⁹ ē ꝑmo dñi ad me dicēs. Fili hōis
vaticinare ad ꝓphetas isr̃l: q̄ ꝓphetant:
z dices ꝓphetantib⁹ de coꝛde suo. Audi
te verbū dñi. Hec dicit dñs de⁹. Ue ꝓphetis isi
pientib⁹ q̄ sequūt spūm suū z nihil videt. Quasi vul
pes in deserto: ꝓphete tui isr̃l erant. Nō ascēdi
stis ex aduerso: neq; opposuistis murū p domo
isr̃l: vt staretis i ꝓlio i die dñi. Uidēt vana z divi
nāt mēdaciū dicentes: ait dñs: cū dñs nō miserit
eos: z pleuerauerūt cōfirmare ꝑmonē. Nūquid
nō visionē cassā vidistis: z diuinationē mēdaces
locuti estis? Et dicitis ait dñs: cū ego nō sim locu
tus. Propt̃ea hec dicit dñs de⁹. Quia locuti estis
vana: z vidistis mēdaciū: iō ecce ego ad vos ait
dñs de⁹: z erit man⁹ mea sup ꝓphetas q̄ vidēt va
na z diuināt mēdaciū. In cōsilio ꝑplī mei ñ erūt
z in scriptura dom⁹ isr̃l nō scribēt̃ur: nec i tra isr̃l
ingredient̃: z scietis qz ego dñs de⁹. Eo q̄ dece
perint ꝑplm meuz dicētes pax pax: z nō est pax:
z ipe edificabat pietem: illi āt liniebant eum luto
absq; paleis. Dic ad eos qui liniunt absq; tempa
tura: q̄ casurus sit. Erit enim imber inundans:
z dabo lapides pergrandes z desuper irruētes: z
ventū procelle dissipātē. Si gdē ecce cecidit pies.
Nūqd nō diceť vobis: vbi ē litura quā linistis?

Propterea hec dicit dñs deus. Et erũpe faciam
spũ tẽpestatuz; in indignatiõe mea:z imber in-
undans i furore meo erit:z lapides grandes in
ira i ꝯsumptionẽ. Et destruã pietem quẽ liniſtis
absqꝫ tẽpamẽto z adeqbo eũ tre:z reuelabit fun
damẽtũ ei⁹ z cadet z ꝯsumet in medio eius: z sci
etis qa ego sũ dñs. Et ꝯplebo indignationẽ me
am i piete:z in his q liniunt eũ absqꝫ tẽpamẽto:
dicãqꝫ vobis. Nõ ẽ paries:z ñ sũt qui liniũt eum.
Prophe isrł q ꝓphant ad iłm:z vidẽt ei visio-
nẽ pacis:z ñ ẽ pax ait dñs de⁹. Et tu fili hois po
ne faciẽ tuã ꝺ filias populi tui q̃ ꝓphant de coꝛ
de suo:z vaticiare sup eas:z dic. Hec dicit dñs de
us. Ue q ꝺsumũt pulullos:sub oĩ cubito manus
z faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis ad
capiẽdas aias. Et cũ capent aias populi mei:vi-
uificabant aias eoꝛ:z violabãt me ad ppłm me
um ꝓ pugillus ozdei z fragmẽ panis: vt inter-
ficeret aias q̃ non moziunt:z vinificarent aias q̃
ñ viuũt mentiẽtes populo meo credẽti mẽdacijs.
Propt hoc hec dicit dñs de⁹. Ecce ego ad pulul
los vr̃os qbus vos capitis animas volãtes:z di
rũpam eos de brachijs vestris:z dimittam aias
quas vos capitis aias ad volãdũ. Et dirũpã cer
uicalia vr̃a:z liberabo populũ meũ de manu ves
tra:neqꝫ erũt vltra i manibus vestris ad ꝑdandũ
z scietis qz ego dñs. Pro eo q merẽ fecistis coꝛ
iusti mendaciter:quem ego non contristaui:z cõ
foꝛtastis manꝰ ipij vt ñ reuertereť a via sua mala
z viueret: ꝓpterea vana nõ videbitis:z diuinati-
ones ñ diuinabitis amplius:z eruã populũ meũ
de manu vr̃a:z scietis qa ego domin⁹. XIIII

Et venerũt ad me viri seniꝛ israhel z se
derũt coꝛã me. Et factus ẽ sermo dñi ad
me dicẽs. Fili hoĩs viri isti posuerũt im
mũditias suas i coꝛdibus suis:z scandalũ inigta
tis sue statuerũt ꝺ faciẽ suam. Nunqd inꝛogatus
rñdebo eis? Propt hoc loqꝛe eis:z dices ad eos
Hec dicit dñs de⁹: Domo hõ de domo isrł q po
suerit i mũdicias suas i coꝛde suo:z scandalũ inig
tatis sue statuerit ꝺ faciẽ suã:z venerit ad ꝓphaz
ĩterrogãs p eũ me ego dñs rñdebo ei i multitu-
dine imũditiaꝝ suaꝝ:vt capiat̃ domꝰ isrł in coꝛde
suo q̃ recesserũt a me i cunctis idolis suis. Propt
terea dic ad domuz isrł. Hec dicit domin⁹ deus.
Cõuertimini z recedite ab idolis vr̃is:z ab vni-
uersis ꝺtaminationibus vr̃is auertite facias ves
tras. Quia homo hõ ꝺ domo istabel z de ꝓsilit
qcũqꝫ aduena fuerit i isrł si alienatꝰ fuerit a me:z
posuerit idola sua i coꝛde suo:z scandalũ inigtat
sue statuerit ꝺ faciẽ suã:z venerit ad ꝓphetã vt
ĩterroget p eũ me:ego dñs rñdebo ei p me:z po-
nã faciẽ meã sup hoĩem illũ:z faciã eũ i exemplũ
z i ꝓuerbiũ:z diſpdã eũ de medio ppłi mei:z scie
tis qz ego dñs. Et ꝓpheta cũ errauẽit z locutꝰ fue
rit ꝯbuz:ego dominus decepi ꝓphetam illum:z
extendam manum meam super illũ z delebo eũ
de medio ppłi mei isrł:z poꝛtabũt iniqtatẽ suaz.
Juxta inigtatẽ ĩterrogãtis:sic inigtas ꝓphete erit
vt ñ erret vltra domꝰ isrł a me:neqꝫ polluat̃ i vni
uersis ꝓuaricationibꝰ suis:sz sit mihi i ꝓplm:z ego
sim eis i deũ:ait dñs exercituũ. Et factꝰ ẽ ſmo dñi
ad me dicẽs. Fili hõis:tra cũ peccauerit mihi vt
ꝓuaricet ꝓuaricãs:extẽdã manũ meã sup eã:z cõ
terã ꝯgã panis ei⁹:z ĩmittã i eã famẽ:z ĩficiã de
ea hoĩem z iumẽtũ. Et si fuerĩt tres viri isti i me
dio ei⁹ noe daniel z iob:ipsi iusticia sua liberabũt
aias suas ait dñs exercituũ. Qꝛ z si bestias pessĩas
ĩduxero sup tr̃ã vt vastẽt eã: z fuerit ĩuia eo q̃
ñ sit ptrãsiens ꝓpt bestias:tres viri isti si fuerĩt in
ea:viuo ego dicit dñs de⁹:qz nec filios nec filias
liberabunt:sed ipi soli liberabũt:terra ãt desola-
bit. Uel si gladiũ ĩduxero sup tr̃ã illaz:z dixero
gladio trãsi p terrã:z ĩfecero de ea hoĩez z iumẽ
tum:z tres viri isti fuerĩt i medio ei⁹:viuo ego di
cit dñs de⁹:nõ liberabũt filios neqꝫ filias:sed ipsi
soli liberabũtur. Si ãt z pestilentiã ĩmisero super
tr̃ã illã:z effudero ĩdignationẽ meã sup eã i san-
guine vt auferã ex ea hoĩem z iumẽtũ:z noe da-
niel z iob fuerĩt i medio ei⁹:viuo ego dicẽ dñs de
us:qz filiũ z filiã ñ liberabũt:sed ipsi iusticia sua
liberabũt aias suas. Qm̃ hec dicit dñs: q z si q̃-
tuoꝛ iudicia mea pessima gladiũ z famẽ ac besti
as malas z pestilẽtiã ĩmisero i iłm vt ĩficiã de
ea hoĩem z pecus:tm̃ relinq̃t i ea saluatio educen
tiũ filios z filias. Ecce ipsi egrediẽt ad vos: z vi-
debitis viã eoꝛ z adiuẽtiões eoꝛ:z cõsolabimi-
ni sup malo qõ ĩduxi i iłm i oĩb⁹ q̃ ipoꝛtaui sup
eã:z cõsolabũtur vos cũ videritis viã eoꝛ z adi
uentiones eoꝛ:z cognoscetis q nõ frustra fecerĩ
oĩa q̃ feci in ea ait dñs deus. XV

Feria v.

Et factꝰ ẽ ſmo dñi ad me dicẽs. Fili hõis
qd fiet de ligno vitis ex oĩbus lignis ne-
moꝛũ q̃ sũt ĩter ligna siluaꝝ? Nunqd tol
let de ea lignũ vt fiat opꝰ:aut fabricabit̃ ꝺ ea pa-
xillus vt dependeat i eo qõcũqꝫ vas? Ecce igni
datũ est i escã:vtrãqꝫ ptẽ eius ꝺsũpsit ignis:z me
dietas ei⁹ redacta ẽ i fauillã. Nũqd vtile erit ad
opus? Etiã cũ eẽt ĩtegrũ nõ erat aptũ ad opꝰ. quã
to magis cũ illꝺ ignis deuorauerit z cõbusserit
nihil ex eo fiet opis? Propter hec dicit dñs de⁹.
Quõ lignũ vitis ĩter ligna siluaꝝ qꝺ dedi igni ad
deuoꝛandꝺ:sic tradã hĩtatoꝛes irł:m:z ponã faciẽ
meã i eos. De igne egrediẽt:z ignis cõsumet eos.
Et scietis qz ego dñs cõposuero faciẽ meã i eos:
z dedero terrã ĩuiã z desolatam:eo q̃ ꝓuaricato
res extiterint dicit dñs deus. XVI

Et factus est ſmo dñi ad me dicens. Fi-
li hominis:notas fac irł:m abhominatio
nes suas:z dices. Hec dicit dominus de
us irł:m. Radix tua z generatio tua de terra cha
naan pater tuꝰ amoꝛreus:z mater tua cethea. Et
qñ nata es in die oꝛtꝰ tui:nõ est ꝑcisus vmbilicꝰ
tuꝰ:z aqua non es lota in salutem:nec sale salita:
nec inuoluta pannis. Non pepercit super te ocu
lus vt faceret tibi vnuz de his misertus tui: sed

piecta es sup faciem terre ī abiectiõe anime tue: in die qua nata es. Trãsiens aũt p te vidi te conculcatum in sanguine tuo. Et dixi tibi cũ esses in sanguine tuo. Viue. Dixi inquaz tibi in sanguine tuo. Viue. Multiplicatam quasi germẽ agri dedi te: z multiplicata es: z grãdis effecta: z ingressa es z puenisti ad mundum mliebrem. Ubera tua intumuerunt: z pilus tuus germinauit: z eras nuda z confusione plena. Et transiui per te z vidi te z ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictũ meũ sup te: z operui ignominiã tuam. Et iurauī tibi: z ingressus sũ pactũ tecũ ait dñs deus. Et facta es mihi: z lauī te aq̃: z emundaui sanguinẽ tuũ ex te. Et vnxi te oleo: z vestiui te discoloribꝫ: z calciaui te byacintho. Et cinxi te byſſo: z ĩdui te subtilibꝫ: z ornaui te ornamento. Et dedi armillas ī mãibꝫ tuis: z torquẽ circa collũ tuũ: z õdi ī aurẽ sup os tuũ: z circulos ī auribꝫ tuis: z coronã decoris ī capite tuo. Et ornata es auro z argẽto: z vestita es byſſo z polymito z mltĩ coloribꝫ. Similã z mel z oleũ cõedisti: z decora facta es vehemẽt nimis. Et pfecisti ī regnũ: z egressũ ẽ nomẽ tuũ ī gẽtes ppt speciẽ tuã: qz pfecta eras ī decore meo: quẽ posueraz sup te dic dñs deꝰ. Et habẽs fiduciã ī pulchritudĩe tua fornicata es ī nomine tuo: z exposuisti fornicatõnẽ tuã oi trãseũti vt eiꝰ fieres. Et sumes de vestimẽtis meis fecisti tibi excelsa bicide ꝓsuta: z fornicata es sup eis: sic nõ ẽ factũ neq̃ futuruz ẽ. Et tulisti vasa decoris tui ō auro meo z argẽto meo q̃ dedi tibi: z fecisti tibi imagies masculias: z fornicata es ī eis. Et sũpsisti vestimẽta tua multicoloria: z operuisti illas. Et oleũ meũ z thymiama meũ posuisti coram eis: z panẽ meũ quẽ dedi tibi similã z oleũ z mel gꝰ enutriui te: posuisti ī ꝓspectu eoꝝ ī odorẽ suauitat]. Et factũ ẽ ait dñs deꝰ: z tulisti filios tuos z filias tuas q̃s generasti mihi: z ĩmolasti eis ad deuorãdũ. Nũgd pua ẽ fornicatio tua? Immolasti filios meos: z dedisti illos ꝓsecrãs eis. Et pꝰ oẽs abhoiatões tuas z fornicatiões ñ es rcordata dieꝝ adolescẽtie tue qñ eras nuda z ꝓfusiõe plena: ꝓculcata ī sãguiẽ tuo. Et accidit pꝰ oẽm maliciã tuã: ve ve tibi: ait dñs deus. Et edificasti tibi lupanar: z fecisti tibi pstibulũz ī cunctis plateis. Ad oẽ caput vie edificasti signũ pstitutiõis tue: z abhoiabilẽ fecisti decorẽ tuuz. Et diuisisti pedes tuos oi trãseunti: z multiplicasti oẽs fornicatiões tuas. Et fornicata es cũ filijs egypti vicinis tuis magnaꝝ carniũ: z multiplicasti fornicationẽ tuã ad irritandũ me. Ecce ego extẽdã manũ meã sup te: z auferã iustificationẽ tuã. Et dabo te ī aias odictium te filiaꝝ palestinaꝝ: q̃ erubescũt ī via tua scelerata. Et fornicata es ī filijs assyrioꝝ: eo qꝺ necdũ fueris expleta. Et postq̃ fornicata es nec sic es satiata: z multiplicasti fornicationẽ tuã ī terra chanaan cum chaldeis: z nec sic satiata es. In quo mũdabo corꝺ tuum ait dñs deꝰ: cũ facias oĩa hec opa mulieris meretricis z pcacis. Quia fabricasti lupanar tuũ ī capite oĩs vie z excelsũ tuũ fecisti in oi platea. Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pciũ: sz quasi mulier adultera q̃ sup viꝝ suũ ĩducit alienos. Oi bꝰ meretricibꝫ dat mercedes: tu ãt dedisti merces cũctis amatoribꝫ tuis: z dona dõabas eis: vt ĩtrarẽt ad te vndiq̃z ad fornicandũ tecũ. Factũq̃ ẽ ī te ꝺ ꝺsuetudinẽ mulieꝝ in fornicatiõibꝫ tuis: z pꝰ te ñ erit fornicatio. In eo.n. qꝺ dedisti merces: z mercedes ñ accepisti: factũ ẽ ī te ꝺuersũ. Propterea meretrix audi verbũ dñi. Hec dicit dñs deꝰ. Quia effusũ ẽ es tuũ z revelata ẽ ignominia tua ī fornicationibꝫ tuis sup amatoꝛes tuos: z sup idola abhoiationum tuaꝝ ī sanguine filioꝝ tuoꝝ quos dedisti eis: ecce ego cõgregabo oẽs amatores tuos gbꝫ cõmixta es: z oẽs quos dilexisti cum vniersis quos oderas. Et cõgregabo eos sup te vndiq̃z: z nudabo ignominiã tuã coram eis. Et videbũt oẽm turpitudinẽ tuã: z iudicabo te iudicijs adulteraꝝ z effũdentiũ sãguinẽ. Et dabo te ī sanguinẽ furoris z çeli: z dabo te ī manꝰ eoꝝ. Et destruẽt lupanar tuũ: z demolĩtur pstibulũ tuũ. Et denudabũt te vestimẽtis tuis: z auferãt vasa decoris tui. Et derelinquẽt te nudam plenãq̃ ignominia: z adducẽt sup te mltitudinẽ. Et lapidabũt te lapidibꝫ: z trucidabũt te gladijs suis. Et cõburent domos tuas igni: z faciẽt in te iudicia in oculis mulieꝝ plurimaꝝ. Et desines fornicari: z mercedes vltra ñ dabis. Et rqescet indignatio mea ī te: z auferetur çelus meꝰ a te. Et quiescã nec iracscar ãpliꝰ eo qꝺ nõ fueris recordata dieꝝ adolescentie tue: z puocasti me in oĩbus his. Quapropter z ego vias tuas ī capite tuo ōdi ait dñs deꝰ: z ñ feci iniq̃ scelera tua ī oĩbus abhominationibus tuis. Ecce oĩs q̃ dic vulgo puerbium: ī te assumet illud dicẽs. Sicut mr: ita z filia eiꝰ. Filia mris tue es tu: q̃ piecit virum suũ z filios suos: z sororꝛ sororũ tuaꝝ: q̃ proiecerũt viros suos z filios suos. Nor vra cetbea z pr vr amorrheus. Et soror tua maior samaria ipsa z filie eius: q̃ bitat ad sinistrã tuam. Soror aũt tua minor te: q̃ bitat a dextris tuis sodoma z filie eiꝰ. Sed nec ī vijs eaꝝ ãbulasti: neq̃ scõm scelera earum fecisti. Pauxillũ minus pene sceleratioꝛa fecisti illis: ī omnibus vijs tuis. Viuo ego dicit dominus deus: qz non fecit sodoma soror tua ipsa z filie eius sicut fecisti tu z filie tue. Ecce hec fuit iniquitas sodome sororis tue superbia: saturitas panis: z abundantia: z otium ipsius z filiarum eius: z manum egeno z pauperi non porrigebant: z elevate sunt: z fecerunt abhominationes coram me: z abstuli eas sicut vidisti. Et samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis: z iustificasti sorores tuas in omnibus abhominationibus tuis quas operata es. Ergo z tu porta cõfusionem tuaz: que vicisti sorores tuas peccat] tuis sceleratiꝰ agẽs ab eis. Justificate sẽ.n.a te. Ergo z tu cõfũdere: z porta ignominiã tuã: que

iustificasti sorores tuas. Et conuertã restituẽs eas cõuersione sodomorũ cũ filiab⁹ suis: z cõuersione samarie z filiarũ ei⁹. Et cõuertã reuersionẽ tuã in medio earũ: vt portes ignominiã tuã: z cõfundaris ĩ oĩbus q̃ fecisti cõsolans eas. Et soror tua sodoma z filie eius reuertẽt ad ãtiqtatẽ suã: z samaria z filie eius reuertẽt ad ãtiqtatem suã: z tu z filie tue reuertimini ad ãtiquitatẽ vr̃am. Nõ fuit ãt sodoma soror tua audita in ore tuo ĩ die superbie tue: añq̃ reuelaret malicia tua sicut hoc tpe ĩ opprobriũ filiarũ syrie: z cũctarũ ĩ circuitu tuo filiarũ palestinarũ q̃ ambiũt te p gyrũ. Scelus tuum z ignominiã tuã tu portasti: ait dñs deus. Quia hec dicit dñs deus. Et faciã tibi sicut despexisti iuramẽtũ vt irritũ facẽs pactũ: z r̃cordabor ego pacti mei tecũ ĩ diebus adolescẽtie tue: z suscitabo tibi pactũ sẽpiternũ. Et r̃cordaberis viarũ tuarum: z cõfunderis cũ recepis sorores tuas te maiores cũ minoribus tuis. Et dabo eas tibi ĩ filias: sed non ex pacto tuo: z suscitabo ego pactũ meũ tecum. Et scies q̃ ego dñs: vt recorderis: z cõfundar: z non sit tibi vltra apire os p cõfusiõe tua: cũ placatus tibi fuero ĩ oĩb⁹ q̃ fecisti ait dñs deus. XVII

Et factũ ẽ vbũ dñi ad me dicẽs. Fili hominis: ppõe enigma: z narra parabolã ad domũ isrl: z dices. Hec dicit dñs deus. Aquila grãdis magnarũ alarũ longo membrorũ ductu: plena plumis z varietate venit ad libanũ: z tulit medullã cedri. Cũmitatẽ frondiũ ei⁹ auulsit: z transportauit cã ĩ terrã chanaan: in vrbe negociatorũ posuit illã. Et tulit de semine tre: z posuit illud ĩ tra p semẽ: vt firmaret radicẽ sup aquas multas. In superficie posuit illũ. Cumq̃ germinasset creuit ĩ vineã latiorẽ humili statura: respicientib⁹ ramis ei⁹ ad eã z radices ei⁹ sub illa erãt. Facta ẽ ergo vinea: z fructificauit ĩ palmites: z emisit propagines. Et facta ẽ agla altera grandis: magnis alis multisq̃ plumis. Et ecce vinea ista q̃si mittens radices suas ad eã: palmites suos extẽdit ad illã vt irrigaret eã de areolis germinis sui: q̃ in terra bona sup aquas multas plãtata ẽ vt faciat frondes z portet fructũ: vt sit ĩ vineã grãdẽ. Dic. Hec dicit dñs deus. Ergo ne prosperabit? Nõne radices eius euellet: z fructũ ei⁹ distringet: z siccabit oẽs palmites germinis ei⁹ z arescet: z non ĩ brachio grãdi neq̃ ĩ pplo multo: vt euelleret eas radicit⁹? Ecce plantata ẽ. Ergo ne prosperabit? Nõne cũ tetigerit eã vent⁹ vrẽs siccabit: z ĩ areis germinis sui arescet? Et factus ẽ vbũ dñi ad me dicẽs. Dic ad domum exasperantẽ. Nescitis qd ista significent? Dic. Ecce veniet rex babylõis in irl̃m: z assumet regẽ z pncipes ei⁹: z adducet eos ad semetipsũ ĩ babylonẽ Et tollet de semine regni: feretq̃ cũ eo fed⁹: z ab eo accipiet iusiurãdũ. Sed z fortes terre tollet: vt sit regnũ humile z nõ eleuet: sed custodiat pactũ ei⁹ z seruet illũ. Qui recedẽs ab eo misit nuncios ad egyptũ: vt daret sibi equos z pplum multum. Numquid prosperabitur vel cõseq̃t salutẽ q̃ fecit hec? Et q̃ dissoluit pactũ: nũqd effugiet? Viuo ego dicit dñs de⁹: qm̃ in loco regis q̃ constituit eũ regem: cui⁹ fecit irritũ iuramẽtũ: z soluit pactũ qũ hẽbat cũ eo: ĩ medio babylonis morietur. Et nõ in exercitu grandi neq̃ ĩ pplo multo faciet cõtra eũ pharao pliũ in iactu aggeris z ĩ extructiõe vallorũ: vt interficiat aĩas multas. Cõtemnerat enim iuramentũ vt solueret fed⁹: z ecce dedit manũ suã: z cũ oĩa hec fecerit nõ effugiet. Propterea hec dicit dñs deus. Viuo ego: qm̃ iuramentũ qũ sprnit z fedus qũ p uaricatus ẽ ponã in caput ei⁹. Et expandã sup eũ rete meũ: z cõprehendet in sagena mea: z adducam eũ in babylonẽ: z iudicabo eũ ibi in preuaricatiõe qua despexit me: z oẽs profugi ei⁹ cũ vniuerso agmine suo gladio cadent. Reliquos ãt in oẽm vẽtũ dispgent: z scietis q̃ ego dñs locut⁹ sũ. Hec dicit dñs de⁹. Et sumã ego de medulla cedri sublimis z ponã de vertice ramorũ ei⁹ tenerũ: dispgam z plãtabo sup montẽ excelsũ z eminẽtẽ. In mõte sublimi israẽl plãtabo illũ: z erũpet ĩ germẽ z faciet fructũ: z erit in cedrũ magnã. Et habitabũt sub ea oẽs volucres: z vniuersũ volatile sub vmbra frondiũ ei⁹ nidificabit. Et scient oĩa ligna regionis: q̃ ego dñs humiliaui lignũ sublime: z exaltaui lignũ humile: z siccaui lignũ viride: z frondere feci lignũ aridũ. Ego dñs locutus sum z feci. XVIII

Et factus ẽ sermo dñi ad me dicẽs. Quid ẽ q̃ inter vos parabolã vertitis ĩ prouerbium istud ĩ tra israẽl dicẽtes. Patres comederũt vuam acerbã: z dentes filiorũ obstupescunt? Viuo ego dicit dñs deus: si erit vltra vobis parabola hec ĩ prouerbiũ in israẽl. Ecce oẽs aĩe mee sunt. Ut aĩa patris ita z aĩa filij mea ẽ. Aĩa q̃ peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus z fecerit iudiciũ z iusticiam: ĩ montib⁹ nõ comederit: z oculos suos non leuauerit ad idola domus israẽl: z vxorem proximi sui nõ violauerit: z ad mulierem mẽstruatam nõ accesserit: z homiem nõ contristauerit: pignus debitori reddiderit: p vim nihil rapuerit: panẽ suũ esurienti dederit: z nudum operuerit vestimento: ad vsuram non comodauerit z amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manũ suam: z iudicium verum fecerit inter virum z virum: z in preceptis meis ambulauerit: z iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est. Viuit viuet ait dominus deus. Qd si genuerit filium latronem effundentem sanguinem: z fecerit vnum de istis: z hec quidem omnia non facientem: sed in montibus comedentẽ: z vxorẽ proximi sui polluentem: egenum z pauperem contristantem: rapientem rapinas: pignus nõ reddentẽ: z ad idola leuantem oculos suos: abhominationem facientem: ad vsuras dantẽ: et amplius accipientẽ: nunquid viuet? Non viuet. Cum vniuersa hec detestanda fecerit morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Qd si genuerit filium qui videns oĩa peccata patris sui que fecit: timuerit z non fecerit simile eis: super montes non cõederit: z oculos t

suos ñ leuauerit ad idola dom⁹ isrł:z vxozē pxi
mi sui nō violauerit:z virū ñ cōtristauerit: pign⁹
non retinuerit:z rapinaz nō rapuerit: panē suum
esurienti dederit:z nudum operuerit vestimento:a
pauperl iniuria auerterit manū suā:vsuraz z supa
būdantiā ñ accepit:z iudicia mea fecerit:z ī pze/
ceptis meis ābulauerit:hic nō morieť in inigtate
pris sui:sz vita viuet. Pat eī qz calūniatus est:z
vim fecit fratri:z malū opatus ē ī medio ppli sui:
ecce moztu⁹ ē ī inigtate sua. Et dicitis. Quare nō
poztabit filj⁹ inigtatē pris? Videlicet qz filius iu
diciū z iusticiā opat⁹ est:oīa pcepta mea custodi
uit z fecit illa:vita viuet. Aia que peccauerit ipsa
morieť. Filj⁹ nō poztabit inigtatē pris:z pr̄ non
poztabit inigtatē filij. Justicia iusti sup eū erit:z ī
pietas ipij erit sup eū. Si aūt impi⁹ egerit penitē
tiā ab oīb⁹ pctis suis q̄ opat⁹ ē:z custodierit oīa
pcepta mea:z fecerit iudiciū z iusticiā:vita viuet
et nō morieť. Oīum inigtatū eī⁹ q̄s opat⁹ ē nō re
cozdabor. In iusticia sua quā opat⁹ ē viuet. Nūq
volūtatis mee ē moz⁹ ipij dicit dn̄s de⁹:z nō
vt ꝓuertat a vijs suis z viuat? Si aūt auerterit se
iust⁹ a iusticia sua:z fecerit inigtatē ꝑz oēs abhoīa
tiones quas opari solet ipi⁹:nūqd viuet? Oēs iu
sticie eī⁹ q̄s fecerat ñ recozdabūt. In ꝓuaricatiōe
q̄ ꝓuaricat⁹ ē:z ī pctō suo q̄ō peccauit:ī ipsis mo
rieť. Et dixistis. Nō ē equa via dn̄i. Audite er/
go dom⁹ isrł. Nūqd via mea ñ ē equa:z ñ magis
vie vr̄e pzaue sūt. Cū.n.auerterit se iust⁹ a iusticia
sua z fecerit inigtatez z moztuť ī eis. In ī iusticia
quā opat⁹ ē moztuť. Et cū auerterit se ipi⁹ ab ipie
tate sua quā opat⁹ ē:z fecerit iudiciū z iusticiā:ipe
se aīam suā viuificabit. Cōsiderās.n. z auertēs se
ab oīb⁹ inigtatib⁹ suis quas opat⁹ ē:vita viuet z ñ
morieť. Et dicūt filij isrł. Nō ē equa via dn̄i. Nū
qd vie mee ñ sūt eq̄ dom⁹ isrł:z ñ magis vie vr̄e
pzaue. Idcirco vnūquēq; iuxt̄ vias suas iudicabo
dom⁹ isrł:ait dn̄s de⁹. Conuertimini z agite pnīaz
ab oīb⁹ inigtatib⁹ vr̄is z nō erit vobis ī ruinā ini
gtas. Proijcite a vobis oēs inigtates vr̄as ī q̄b⁹
ꝓuaricati estis:z facite vobis coz nouū z spīn no
uū. Et q̄re moriemini dom⁹ isrł. Qz nolo moztē
moztj dic⁹ dn̄s de⁹. Reuertīmi z vivite. XIX

Et tu assume plāctuz sup pncipes isrł et
dices. Quare mr̄ tua leena īt leones cu/
bauit? In medio leūculoz enutriuit ca
tulos suos. Et eduxit vnū de leūculis suis: leo fa
ct⁹ ē:z didicit capere p̄dā hoīemq; comedē. Et au/
dierūt de eo gētes:z nō absq; vulnerib⁹ suis cepe
rūt eū:z adduxerūt eū ī catbenis ī terrā egypti.
Que cū vidisset qm̄ īfirmata ē:z pijt expectatio
eī⁹:tulit vnū de leūculis suis:leonē cōstituit eum.
Qui īcedebat iter leones:z fact⁹ ē leo:z didicit p̄
dā capere z hoīes devozare: didicit viduas facē:
z ciuitates eaz ī desertū adducere:z desolata est
terra z plenitudo eī⁹ a voce rugit⁹ illi⁹. Et conue/
nerūt aduersus eū gentes vndiq; de puīcijs:z ex
pāderūt sup eū rete suū. In vulnerib⁹ eaz captus
est:z miserūt eū ī caueā. In catbenis adduxerūt
eū ad regē babylonis:miser ūtq; eū ī carcerē:ne
audireť vox eī⁹ vltra sup montes isrł. Mater tua
quasi vinea ī sanguine tuo:sup aquā plātata est.
Fruct⁹ eī⁹ z frondes eī⁹ creverūt ex ags multis:z
facte sūt ei virge solide ī sceptra dn̄antū:z exalta
ta ē statura eī⁹ ī ter frondes. Et vidit altitudinē su
am ī multitudine palmitū suoz:z ennlsa ē in ira
ī terrāq; piecta:z vent⁹ vrens siccauit fructū eī⁹:
marcuerūt z arefacte sūt virge roboris eī⁹. Ignis
comedit eā:z nūc transplātata ē ī desertū ī terra
inuia z sitienti:z egressus ē ignis de virga ramo
rum eius qui fructum eī⁹ comedit:z ñ fuit ī ea vir
ga foztis sceptrum dn̄antium. Iplantus ē:z erit in
planctum. XX

Et factū ē ī āno septimo ī qnto:ī decima
mēsis venerūt viri de seniozib⁹ isrł vt in
terrogarēt dn̄m:z sederūt coz̄ me. Et
fact⁹ ē sm̄o dn̄i ad me dicens. Fili hōis:loqre se/
niozib⁹ isrł:z dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus.
Nūqd ad introgādū me vos venistis? Viuo ego
qz nō rñdebo vobis ait dn̄s de⁹. Si iudicas eos
si iudicas fili hōis. Abhoīationes patrū eoz oī
de eis:z dices ad eos. Hec dicit dn̄s de⁹. In die
qua elegi isrł:z leuaui manū meā p stirpe dom⁹
iacob:z apparui eis ī terra egypti:z leuaui manū
meā p eis dicens:ego dn̄s de⁹ ur̄:ī die illa leua/
ui manū meā p eis vt educerē eos de terra egyp
ti ī terrā quā ꝓuiderā eis fluēte lacte z melle:q̄ ē
egregia ī ter oēs terras. Et dixi ad eos. Unusq;q;
offensiones oculoz suoz abijciat:z ī idolis egypti
nolite pollui. Ego dn̄s de⁹ vr̄. Et irritaverūt me
noluerūtq; me audire. Unusq;q; abhoīationes
oculoz suoz nō ꝓiecit:nec idola egypti reliq̄rūt.
Et dixi vt effunderē indignationē meā sup eos:
Et īplerē irā meā in eis ī medio terre egypti. Et
feci ꝓpter nomē meū:vt nō violareť coz̄ gēt⁹
ī quaz medio erāt:z inter q̄s apparui eis vt edu/
cerē eos de terra egypti. Educi ergo eos ō terra
egypti:z eduxi eos ī desertū:z dedi eis ꝓcepta
mea z iudicia mea oñdi eis:que faciens hō viuet
ī eis. Insup z sabbata mea dedi eis vt eēt signuz
ī ter me z eos:z scirent qz ego dn̄s sanctificās eos.
Et irritaverūt me dom⁹ isrł in deserto:in p̄ceptis
meis ñ ābulaverunt:z iudicia mea ꝓiecerūt:q̄ fa
ciēs hō viuet ī eis:z sabbata mea violaverūt ve
hemēter. Dixi ergo vt effunderē furozem meum
super eos in deserto:z cōsumerē eos. Et feci ꝓpt̄
nomen meum:ne violaretur coz̄ gentibus:de q̄
b⁹ educi eos ī cōspectu eaz. Ego igr̄ levaui manū
meam super eos in deserto:ne inducerē eos ī ter
ram quam dedi eis fluētem lacte z melle: p̄cipu
am terrarum oīum:qz iudicia mea ꝓiecerunt:z ī
p̄ceptis meis nō ambulaverunt:z sabbata mea
violaverunt. Post idola enim coz eorum gradie
batur. Et pepercit oculus meus super eos vt nō
īterficerē eos:nec consūpsi eos in deserto. Dixi
aūt ad filios eoz ī solitudīe. In ꝓcept⁹ patz vr̄o/

rum nolite ꝛcedere: nec iudicia eoꝝ custodiatis: nec ī idolis eoꝝ polluamini. Ego dñs deꝰ vꝛ. In ꝓceptis meis ābulate: ⁊ iudicia mea custodite: ⁊ facite ea: ⁊ sabbata mea sāctificate: vt sit signū iē me ⁊ vos: ⁊ sciatis qꝛ ego dñs deus vꝛ. Et exacerbauerunt me filij: ⁊ in ꝓceptis meis ñ ābulauerunt: ⁊ iudicia mea nō custodierūt: vt facerēt ea q̄ cū fecerit hō viuet in eis: ⁊ sabbata mea violauerunt. Et cōminatꝰ sū vt effunderē furoꝛē meū sup eos: ⁊ īplerē irā meā ī eis ī deserto. Auerti āt manum meā: ⁊ feci ꝓpter nomē meū vt nō violarēt coꝛā gentibꝰ: de qbꝰ eieci eos in oculis eaꝝ. Ⓣterū leuaui manū meaꝝ in eos in solitudine vt dispgerē illos in nationes: ⁊ ventilarē ī terras: eo q̄ iudicia mea ñ fecissent: ⁊ ꝓcepta mea ꝛprobassent: ⁊ sabbata mea violassēt: et post idola patrū suoꝝ fuissent oculi eoꝝ. Ergo ⁊ ego dedi eis ꝓcepta nō bona ⁊ iudicia in qbꝰ nō viuēt: ⁊ pollui eos ī munerib⁹ suis: cū offerēt oē q̄ aperit vulvaꝝ ꝓpter delicta sua: ⁊ sciēt qꝛ ego dñs. Ideo ꝛge loqre ad domū isrł fili hōis: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deꝰ. Adhuc ⁊ ī hoc blasphemauerūt me ꝓres vꝛi: cū sp̄uissēt me cōtēnētes ⁊ induxissē eos ī ꝛꝛaz: sup quā leuaui manū meā vt darē eis. Uiderūt oēz collē excelsū: ⁊ oē lignū nemoꝛosū. ⁊ īmolauerūt ibi victimas suas. ⁊ dederūt ibi irritationē oblatiōis sue: ⁊ posuerunt ibi odoꝛē suauitatis sue: ⁊ libauerūt libatiōes suas. Et dixi ad eos. Quid ē excelsū ad qō vos ingredimini? Et vocatū ē nomē eiꝰ excelsū vsq̄ ad hāc diē. ꝓpterea dic ad domū isrł. Hec dicit dñs deꝰ. Certe in via patrū vꝛoꝝ vos polluimini: ⁊ pꝰ offendicula eoꝝ vos fornicamini: ⁊ in oblatiōe donoꝝ vꝛoꝝ cū traducitis filios vꝛos ꝑ ignē: vos pollui mini in oīb⁹ idolis vestris vsq̄ hodie: ⁊ ego rñdebo vobis domꝰ isrł. Uiuo ego dicit dñs deꝰ: qꝛ nō rñdebo vobis neq̄ cogitatio mētis vꝛe fiet dicētiuz. Erimꝰ sicut gētes ⁊ sicut cognationes ꝛre: vt colamꝰ ligna ⁊ lapides. Uiuo ego dicit dñs deꝰ: qñ ī manu foꝛti ⁊ in brachio extēto ⁊ ī furore effuso regnabo sup vos. Et educā vos ō ꝑplis ⁊ cōgregabo vos de terris in qbꝰ dispsi estis. In manu valida ⁊ in brachio extēso ⁊ in furoꝛe effuso regnabo sup vos: ⁊ adducā vos in desertū populoꝝ: ⁊ iudicaboꝛ vobiscū ibi facie ad faciē. Sicut iudicio cōtēdi aduersū pres vꝛos in deserto ꝛre egypti sic iudicabo vos dicit dñs. Et subjciā vos sceptro meo: ⁊ inducā vos in vinculꝫ federꝫ. Et eligā de vobis trāsgressoꝛes ⁊ ipios: ⁊ de ꝛra icolatꝰ eoꝝ educā eos: ⁊ ꝛrā isrł nō īgredient: ⁊ scietis qꝛ ego dñs. Et vos domꝰ isrł. Hec dicit dñs deus. Uiguli pꝰ idola vꝛa ābulate: ⁊ fuite eis. Qꝛ si ⁊ ī hoc nō audierit me: ⁊ nomē meū sctm pollueritis vltra ī munerib⁹ vꝛis ⁊ ī idolis vꝛis ī mōte sancto meo: ī mōte excelso isrł ait dñs deꝰ: ibi fuiet mihi oīs domꝰ isrł: oēs īquā ī ꝛra ī q̄ placebūt mihi. Et ibi q̄rā p̄mitias vꝛas: ⁊ ītiū ōciaꝝ vꝛaꝝ in oīb⁹ sctificatiōib⁹ vꝛis. In odoꝛē suauitat] suscipiā vos: cū eduxēo vos de pplis ⁊ congregauero vos de tris ī q̄s dispsi est]: ⁊ sctificaboꝛ ī vob̄ ī oculꝫ nationū. Et sciet] qꝛ ego dñs cū eduxero vos ad ꝛrā isrł: ī ꝛra ꝑ q̄ leuaui manū meā: vt darē eā pribus vꝛis. Et ꝛcordabimī mihi viaꝝ vꝛaꝝ ⁊ oīū sceleꝝ vꝛoꝝ qbꝰ polluti estī ī eis: ⁊ displicebitis vob̄ ī ꝛspectu vꝛo ī oīb⁹ malitijs vꝛis q̄s feciſt]: ⁊ scietis qꝛ ego dñs cū bñfecero vob̄ ꝓpē nomē meū: ⁊ ñ ꝛm vias vꝛas malas: neq̄ ꝛz scelera vꝛa pessima domꝰ isrł ait dñs deꝰ. Et factus ē ꝛmo dñi ad me dicēs. Fili hoīs: pōe faciē tuā ꝛ viā austri: et stilla ad africū. Et ꝓpha ad saltū agri meridiāi: ⁊ dices saltui meridiano. Audi ꝛbū dñi. Hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego succēdā ī te ignē: ⁊ ꝛburā ī te oē lignū viride ⁊ oē lignū aridū. Nō extīgueꝫ flamma succēsiōis. Et ꝛburet ī ea oīs facies ab austro vsq̄ ad aglonē: ⁊ videbit vniuersa caro: qꝛ ego dñs succēdi eā: nec extīgueꝫ. Et dixi. A a a dñe deꝰ. Ipi dicūt de me. Nunqd ñ ꝓ parabolas loquitur iste.

XXI.

Et factus ē ꝛmo dñi ad me dicēs. Fili hoīs: pone faciē tuā ad irł m: ⁊ stilla ad sanctuaria: ⁊ ꝓpheta ꝛra humū isrł. Et dices ꝛre isrł. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te: ⁊ eiscīā gladiū meū de uagina sua: ⁊ occidā in te iustū ⁊ ipiū. Ꝓro eo aūt q̄ occidi ī te iustuz et ipiū: id circo egredieꝫ gladiꝰ meus de uagina sua ad oēm carnē ab austro usq̄ ad aglonē: vt sciat oīs caro qꝛ ego dñs eduxi gladiū meum de uagina sua irreuocabilē. Et tu fili hoīs: īgemisce in cōtritiōe lūboꝛ: ⁊ ī amaritudinib⁹ īgemisce coꝛā eis. Cūq̄ dixerint ad te: q̄r tu gemis: dices. Ꝓro auditu qꝛ uenit: ⁊ tabescet oē coꝛ: ⁊ dissoluentur vniuerse manꝰ: ⁊ infirmabit oīs spūs: ⁊ p cūcta genua fluēt aq̄. Ecce venit: ⁊ fiet ait dñs deꝰ. Et factus ē ꝛmo dñi ad me dicēs. Fili hoīs: ꝓpheta ⁊ dices. Hec dicit dñs deꝰ. Loquere. Gladiꝰ gladiꝰ exacutꝰ ē: ⁊ limatꝰ. Ut cedat victimas exacutus ē: vt splēdeat limatus ē. Qui moues sceptrū filij mei succidisti oē lignū. Et dedi eū ad leuigādū: vt teneaꝫ manu. Iste exacutꝰ est gladius: ⁊ iste limatus est in manu interficientis. Clama ⁊ vlula fili hominis: qꝛ hic factus est in ꝓplo meo: hic in cunctis ducibus isrł qui fugerant. Gladio traditi sunt cum populo meo. Idcirco plaude super femur: quia ꝓbatus est: ⁊ hoc cum sceptrum subuerterit: ⁊ nō erit dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis ꝓpheta ⁊ percute manu ad manum: ⁊ duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectoꝛuz. Hic est gladius occisionis magne: qui obstupescere eos facit: ⁊ coꝛde tabescere: ⁊ multiplicat ruinas. In omnibus poꝛtis eoꝛum dedi cōturbationem gladij acuti ⁊ limati ad fulgēdū amicti ad cedem. Exacuere vade ad dexteram siue ad sinistram: quocunq̄ faciei tue est appetitus. Quin ⁊ ego plaudā manu ad manuz: ⁊ implebo indignationem meaz. Ego dominus locutus sum. Et factus est sermo dñi ad me dicens.

Et tu fili hois:pone tibi duas vias:vt veniat gladius regis babylonis.De terra vna egredient̄ ambo.Et manu capiet cōiecturā:i capite vie ciuitatis cōijciet.Viam pones vt veniat gladi⁹ ad rabbath filioꝝ amon:z ad iudā i irl'm munitissimā.
Stetit.n.rex babylonis i bitio i capite duaꝝ viarū diuinationē q̄rēs:cōmiscēs sagittas.Intrōgauit idola:exta consuluit.Ad dextera ei⁹ facta ē diuinatio sup irl'm:vt ponat arietes:vt aperiat os i cede:vt eleuet vocē i vlulatu:vt ponat arietes ꝯ portas:vt ꝓportet aggerē:vt edificet munitiones.
Eritq; q̄si cōsulens frustra ozacl'm i oculis eoꝝ z sabbatoꝝ otiū imitās.Ipse āt recordabit̄ iniquitatis ad capiendō.Iccirco hec dicit dns de⁹.Pro eo q; recordati estis iniquitatis vr̄e z reuelastis p̄uaricationes vr̄as:z appuerūt pcta vr̄a i oib⁹ cogitatiōibus vr̄is.Pro eo iquā q; recordati estis mānu capiemini.Tu āt pphāe ipie dux isrl' cui⁹ venit dies i tpe iniquitat̄ p̄finita:hec dic dns de⁹.Auser cydarī:tolle cozonā.Nōne hec ē q̄ hūiliēsble uauit:z sublimē hūiliauit?Iniquitatē iniquitatē iniquitatē ponā eā.Et hoc n̄ factū ē dōec veniret cui⁹ ē iudiciū:z tradā ei.Et tu fili hois pphēta z dic.Hec dicit dns de⁹ ad filios āmon:z ad opprobrium eoꝝ.Et dices.Mucro:mucro:euagina te ad occidēdō:lima te:vt iterficias z fulgeas:cū tibi viderēt vana z dīnarēt mēdacia:vt dareris super colla vulneratoꝝ ipioꝝ quoꝝ veniet dies in tpe iniquitatis p̄finita.Reuerte ad vaginaz tuā i locū i q̄ creat⁹ es.In tra natiuitat̄ tue iudicabo te:z effūdā fr̄ te idignationē meā.In igne furoris mei sufflabo i te:daboq; te i man⁹ hoīum ipientiū z fabricantiū interitū.Igni eris cib⁹.Sanguis tu⁹ erit i medio terre:obliuioni traderis:qz ego dns locutus sum. XXII.
Et factū ē ihū dn̄i ad me dicēs.Et tu fili hois nōne iudicas ciuitatē sanguinuz:z oñdis ei cōs abhoīationes suas?Et dices.Hec dicit dns de⁹.Ciuitas effūdens sanguinē i medio sui:vt veniat tps ei⁹:z q̄ fecit idola ꝯ semetipam vt polluerēt.In sanguine tuo q; a te effusus ē deligisti:z in idolis tuis q̄ fecisti polluta es.Et appropiquare fecisti dies tuos:z adduxisti tēpus anoꝝ tuoꝝ.Propter̄ dedi te opprobriū gentibus:z irrisionē vniuersis trīs q̄ iuxta sūt z q̄ procul a te.Triūphabūt de te sozdida nobilis grandis iteritu.Ecce pncipes isrl' singuli i brachio suo fuerūt i te ad effūdendū sanguinē:prem z mr̄ez cōtumelijs affecerūt i te.Aduenā calūniati sūt i medio tui:pupillū z viduā ꝺtristauerūt apō te:scūaria mea spreuistis:z sabbata mea polluistis.Viri detractozes fuerūt i te ad effundēdū sanguinē:z sup mōtes comederūt i te:scelus opati sūt i medio tui.Verecūdioza p̄is discoopuerūt in te:immūdiciā mēstruate hūiliauerūt i te.Et vnusq;q; in vxoꝛē pximi sui opat⁹ ē abhoīationem:z socerum suā polluit nepharie:fr̄ sozoꝛē suā filiā p̄ris sui oppssit in te.Munera acceperūt apō te ad effūdēdū sanguinē:vsurā z supabundātiā accepisti:z auare proios tuos calūniabaris:meiq; oblita es dicit dns deus.Ecce cōplosi manꝰ meas sup auriciā tuā quā fecisti:z sup sanguinē q; effusus ē in medio tui.Nūquid sustinebit coz tuū:aut ꝓualebunt manꝰ tue in dieb⁹ quos ego faciā tibi?Ego dns locutus sū z faciā.Et dispergā te in natiōes z vētilabo te in terras.Et deficere faciā īmūdiciam tuā a te:z possidebo te in conspectu gentiū:z scias qz ego dns.Et factū ē ihū dn̄i ad me dicēs.Fili hois:versa ē mihi dom⁹ isrl' i scoriā.Oēs isti es z stānū z ferrū z plūbū in medio fornacis:scoria argenti facti sē.Propter̄ hec dicit dns deus.Eo q; versi est oēs i scoriā:ppterea ecce ego cōgregabo vos in medio irl'm cōgregatiōe argenti z eris z stāni z ferri z plūbi in medio fornacis:vt succendā in eo ignē ad cōflandū.Sic ꝯgregabo in furoꝛe meo z in ira mea:z regescā.Et cōflabo vos z cōgregabo vos:z succendā vos in igne furoꝛis mei:z cōflabimini in medio ei⁹:vt cōflatur argentū in medio fornacis:sic eritis i medio ei⁹:Et scietis qz ego dns cū effuderim īdignationē meā sup vos.Et factū ē verbū dn̄i ad me dicēs.Fili hois dic ei.Tu es terra īmunda z nō cōpluta in die furoꝛis.Cōiuratio ppheta i medio ei⁹.Sicut leo rugiēs rapiēsq; p̄dā aīas ꝺuoꝛauerūt:opes z p̄ciū acceperūt:viduas ei⁹ mltiplicauerūt in medio illius.Sacerdotes ei⁹ cōtēpserūt legez meā:z polluerūt scūaria mea.Inē scīn z pphanū nō būerunt distātiā:iter pollutū z mūdū nō itellexerunt:z a sabbatis meis auerterūt oculos suos:z coinquinabar in medio eoꝝ.Pncipes ei⁹ in medio illi⁹ q̄si lupi rapientes p̄dā:ad effūdendū sāguinē z ad pdendas aīas:z auarā sectāda lucra.Prophete āt ei⁹ liniebāt eos absq; tēpamēto videntes phana:z diuinātes ei mēdaciū:dicentes hec dicit dns de⁹:cū dns n̄ sit locut⁹.Pplī terre calūniabāt calūniā:z rapiebāt violēter:egenuz z paupem affligebāt:z aduenā oppzimebāt calumnia absq; iudicio.Et q̄siui de eis vir q; interponeret sepē:z staret oppositus ꝯ me p terra ne dissiparē eā:z nō iueni.Et effudi sup eos idignationem meā:z i igne:ire mee ꝓsūpsi eos.Viā eoꝝ i caput eoꝝ reddidi ait dns deus. XXIII
Et fact⁹ ē ihmo dn̄i ad me dicēs.Fili hois due mulieres filie matris vni⁹ fuerunt:z fornicate sunt i egypto.In adolescentia sua fornicate sunt.Ibi subacta sunt vbera earum z facte sunt mamme pubertatis earum.Nomia autem earum oolla maioz z ooliba sozoz ei⁹ minoz.Et habui eas z pepererunt filios z filias.Quozo earuz nomina samaria oolla z hierusalē ooliba.Fornicata est igitur super me oolla:z insaniuit in amatozes suos in assyrios propinquantes vestitos hyacintho:pzincipes z magistratus:iuuenes cupidinis:vniuersos equites z ascensozes equozum z dedit fornicationes suas super eos electos filios assyriozum vniuersos:

ꝛ ī oīb⁹ in quos īsaniuit ī īmūditijs eoꝝ polluta
ē. Jnsup ꝛ foꝛnicatiões suas q̄s habuerat ī egyp
to ñ reliquit. Nā ꝛ illi dozmierī cū ea ī adoleſcē
tia ſua: ꝛ illi cōfregerūt ꝓ pubertatis eī⁹: ꝛ ef
fuderūt foꝛnicationē ſuā ſup eā. Propt̄ea tradi
di eā ī manꝰ amatoꝝ ſuoꝝ: ī manus filioꝝ aſſur
ſup quoꝝ īnſaniuit libidine. Jpſi diſcooperue
rūt ignominiā eius: filios ꝛ filias eiꝰ tulerūt ꝛ ipſā
occiderūt gladio. Et facte ſunt famoſe mulieres
ꝛ iudicia ꝓpetrauerūt ī ea. Qd cū vidiſſet ſoꝛoꝛ
eius ooliba: plus q̄ illa inſaniuit libidine: ꝛ foꝛ
nicationē ſuaꝛ ſuper foꝛnicationē ſoꝛoꝛis ſue ad
filios aſſyrioꝝ p̄buit ipudēter: ducibꝰ ꝛ magiſtra
tibꝰ ad ſe veniētibus īdutis veſte varia: eqtibꝰ q̄
vectabāt eḡs: ꝛ adoleſcētibꝰ fōma cūct⁹ egregia
Et vidi q̄ polluta eēt via vna ābaꝝ: ꝛ auxit foꝛ
nicationes ſuas. Cūq; vidiſſet viros depictos in
pariete imagines chaldeoꝝ exp̄ſſas coloꝛibus:
ꝛ accinctos baltheis reneſ: ꝛ tyaras tinctas ī capi
tibus eoꝝ foꝛmā ducū oīum: ſimilitudinē filioꝝ
babylonis terreq; chaldeoꝝ ī qua oꝛti ſūt īſani
uit ſup eos cōcupiſcentia oculoꝝ ſuoꝝ: ꝛ miſit nū
cios ad eos ī chaldeā. Cūq; veniſſent ad eā filij
babylōis ad cubile māmaꝝ polluerūt eā ſtupꝛis
ſuis: ꝛ polluta ē ab eis: ꝛ ſaturata ē aīa eiꝰ ab illis.
Denudauit quoq; foꝛnicatiões ſuas: ꝛ diſcooꝑuit
ignominiā ſuā: Et receſſit aīa mea ab ea ſicut re
ceſſerat aīa mea a ſoꝛoꝛe eius. Multiplicauit.n.
foꝛnicationes ſuas recoꝛdans dies adoleſcentie
ſue q̄bus foꝛnicata eſt in terra egypti: ꝛ inſaniuit
libidine ſup concubitū eoꝝ quoꝝ carnes ſunt vt
carnes aſinoꝝ: ꝛ ſicut fluxus equoꝝ fluxꝰ eoꝝ.
Et viſitaſti ſcelus adoleſcētie tue: q̄ ſubacta ſūt
ī egypto vbera tua: ꝛ confracte ſūt māme puber
tatis tue. Propterea ooliba hec dicit dñs deꝰ. Ec
ce ego ſuſcitabo oēs amatoꝛes tuos cōtra te de q̄
bus ſatiata eſt aīa tua: ꝛ cōgregabo eos aduerſū
te ī circuitu: filios babylōis: ꝛ vniuerſos chalde
os: nobiles tyrānoſq; ꝛ p̄ncipes: oēs filios aſſy
rioꝝ: iuuenes foꝛma egregia: duces ꝛ magiſtꝝ vni
uerſos p̄ncipes p̄ncipū: ꝛ noīatos aſcēſoꝛes eoꝝ.
Et veniēt ſup te īſtructi curru ꝛ rota: multitudo
ppl̄oꝝ. Loꝛica ꝛ clypeo ꝛ galea armabūt̄ ꝓtra te
vndiq;. Et dabo cōā eis iudiciū: ꝛ iudicabūt te
iudicijs ſuis. Et ponā zelum meū in te: quem ex
ercent tecum in furoꝛe. Naſum tuū ꝛ aures tuas
p̄cident: ꝛ qui remanſerint gladio cōcident. Jpſi
filios tuos ꝛ filias tuas capient: ꝛ nouiſſimū tu
um deuoꝛabit̄ igni. Et denudabunt te veſtimen
tis tuis: ꝛ tollent vaſa gl̄ie tue. Et q̄ieſcere faci
am ſcelus tuū de te: ꝛ foꝛnicationē tuam de terra
egypti. Nec leuabis oculos tuos ad eos: ꝛ egypti
ñ recoꝛdaberis āpliꝰ: q̄ hec dic̄ dñs deus. Ecce
ego tradā te ī manus eoꝝ q̄s odiſti: ī manꝰ ō gbꝰ
ſatiata ē aīa tua: ꝛ agēt tecū ī odio. Et tollent oēs
laboꝛes tuos: ꝛ dimittēt te nudam ꝛ ignominia
plenaz: ꝛ reuelabī ignominia foꝛnicationū tuaꝝ.
Scelus tuū ꝛ foꝛnicatiões tue fecerunt hec tibi:
q̄ foꝛnicata es pꝰ gētes iter q̄s polluta es ī idol̄
eaꝝ. Jn via ſoꝛoꝛis tue ābulaſti: ꝛ dabo calicem
eiꝰ ī mānu tua. Hec dic̄ dñs deus. Calicez ſoꝛoꝛis
tue bibes ꝑfūdū ꝛ latū. Eris ī derīſū ꝛ ī ſubſānā
tiōez q̄ es capaciſſima ebꝛietate ꝛ doloꝛe reple
ber]: calice meroꝛis ꝛ triſticie: calice ſoꝛoꝛis tue
ſamarie: Et bibes illū ꝛ epotabis vſq; ad feces: ꝛ
fragmēta eius deuoꝛabis: ꝛ vbera tua lacerabis
arma ⁊ escas:⁊ congregauerūt spolia hierusalē ⁊ reposuerūt illic:⁊ facti sūt in laqueū magnū. Et factum ē hoc ad insidias scificatiōi ⁊ in diabolū malum isrl. Et effuderūt sanguinē inocentē p circuitum scificatiōis:⁊ cōtaminauerūt scificationē. Et fugerūt habitatores irlm ppē eos:⁊ facta est habitatio exteroz:⁊ facta ē extera semi suo:⁊ nati eiꝰ relinquerunt eā. Scificatio eiꝰ desolata ē sic solitudo: dies festi eiꝰ conuersi sūt in luctū:sabbata eiꝰ in opprobriū:honores eiꝰ in nihilū. Scom gliam eiꝰ multiplicata ē ignominia eiꝰ:⁊ sublimitas eiꝰ cōuersa ē in luctū. Et scripsit rex antiochus oī regno suo: vt eēt oīs ppls vnus. Et reliqrunt vnusqsq; legē suā:⁊ cōsenserūt oēs gētes ſm verbū regis antiochi. Et multi ex isrl consenserūt ei:⁊ sacrificauerūt idolis:⁊ coingnauerūt sabbatū. Et misit rex antiochus libros p manꝰ nūcioz ī irlm:⁊ ī oēs ciuitates iude vt sequerēt leges gentiū ⁊re:⁊ phiberent holocausta ⁊ sacrificia ⁊ placationes fieri ī templo dei:⁊ phiberēt celebrari sabbatuz ⁊ dies solēnes. Et iussit coingnari sctā:⁊ scīm ppl'm isrl. Et iussit edificari aras ⁊ tēpla ⁊ idola: ⁊ īmolari carnes suillas ⁊ pecora cōia:⁊ relinquē filios suos incircūcisos:⁊ coīquinari aīas eozū ī oībus īmundicijs ⁊ abhominationibꝰ:ita vt obliuiscerētur legem:⁊ īmutarēt oēs iustificationes dei. Et quicūqz ñ fecissēt scōz verbū regis antiochi:morerent. Scōz oīa verba hꝰ scripsit oī regno suo:⁊ ꝓposuit ꝓncipes ppl'o q hec fieri cogerēt. Et iusserunt ciuitatibꝰ iude sacrificiare. Et ꝯgregati sūt multi de ppl'o ad eos qui dereliqrāt legē dñi:⁊ fecerūt mala sup trā:⁊ effugauerūt ppl'z isrl'ī abditz ⁊ ī absc̄oditis fugitiuoz locis. Die qntadecīa mēsis casleu: quīto ⁊ q̄dragesimo ⁊ centesimo anno edificauit rex āthiochus abhoīnandū idolū desolatiōis sup altare dei:⁊ p vniuersas ciuitates iude ī circuitu edificauerunt aras:⁊ añ ianuas domoz ⁊ in plateis īcēdebāt thura ⁊ sacrificabant. Et libros legis dei ꝯbusserūt igni scindētes eos: ⁊ apō quēcūqz. īueniebant libri testi dñi:⁊ qcunqz obseruabat legē dñi:ſm edictū regis trucidabant eū. An virtute sua faciebāt hec ppl'o isrl: qui īueniebāt in oī mēse ī ciuitatibꝰ. Et quīta ⁊ vicesima die mēsis sacrificabāt sup aram q̄ erat cōtra altare:⁊ mulieres q̄ circūcidebāt filios suos trucidabātur ſm iussū regis antiochi. Et suspendebāt pueros a cernicibꝰ p vniuersas domos eoz:⁊ eos q circūciderāt illos:trucidabant. Et multi de populo isrl' diffinierūt apud se vt nō māducarēt immūda:⁊ elegerūt magis mori q̄z cibis coingnari īmūdis:⁊ noluerunt īfrigere legē dei sctām:⁊ trucidati sūt. Et fcā ē ira magna sr ppl'm isrl' valde.

In dieb illis surrexit matathias filius iohānis filij symeonis sacerdos ex filijs ioarim ab irlm:⁊ cōsedit ī mōte modin. Et hēbat filios gnqz:iohānan q̄ cognominabat gaddis:⁊ symeonē q cognomiabat thassi:⁊ iudā q vocabat machabeꝰ:⁊ eleaçar q cognominabatur abaron:⁊ ionathan qui cognominabatur apphus. Vi viderunt mala q̄ fiebant in ppl'o iuda ⁊ in hierusalē. Et dixit matathias. Ue mihi ut quid natꝰ sū videre cōtritionē ppl'i mei ⁊ cōtricionē ciuitatis scē:⁊ sedere illic cū dat ī manibus inimicoz. Scā ī manu extraneoz fcā sunt: templū eiꝰ sicut hō ignobilis. Vasa glozie eiꝰ captiua abducta sūt: trucidati sūt senes eiꝰ ī plateis: ⁊ iuuenes eiꝰ ceciderūt in gladio inimicoz. Que gens non hereditauit regnū eiꝰ:⁊ nō obtinuit spolia eius? Vis cōpositio eiꝰ ablata est. Que erat libera facta ē ācilla. Et ecce scā nra ⁊ pulchritudo nra ⁊ claritas nra desolata ē:⁊ coingnauerūt eas gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimēta sua matathias ⁊ filij eius ⁊ opuerūt se ciliciis:⁊ planxerūt valde. Et venerūt illuc q missi erant a rege antiocho vt cogerēt eos qui confugerāt in ciuitatē modin:īmolare ⁊ accēdē thura: ⁊ a lege dei discedere. Et multi ō ppl'o isrl cōsentientes accesserūt ad eos:sed matathias ⁊ filij eius cōstanter steterūt. Et rñdentes q missi erāt ab antiocho dixerūt matathie. Princeps ⁊ clarissimus ⁊ magnꝰ es in hac ciuitate:⁊ oznatꝰ filijs ⁊ frībus. Ergo accede pzior ⁊ fac iussū regis sicut fecerūt oēs gentes ⁊ viri iuda ⁊ qui remāserunt ī irlm:⁊ eris tu ⁊ filij tui inter amicos regis:⁊ āplificatus auro ⁊ argento ⁊ munerib⁹ multis. Et rndit matathias:⁊ dixit magna voce. Et si omnes gentes regi antiochio obediūt vt discedāt vnusquisq; a seruitute legis patrū suoz:⁊ consentiant mandatis eius:ego ⁊ filij mei ⁊ frēs mei obediemus legi patrū nrozum. Propitiꝰ sit nobis deus nō est nobis vtile relinquere legē ⁊ iusticias dei. Nō audiemꝰ verba regis antiochi:nec sacrificabimus transgrediētes legis nre mandata:vt eamus altera via. Et vt cessauit log verba hec:accessit gdam iudeus in oīuz oculis sacrificare idolis sup aram in ciuitate modin ſz iussuz regis. Et vidit matathias ⁊ doluit:⁊ ꝓtremuerūt rēs eiꝰ. Et accēsus ē furoz eiꝰ ſz iudiciū legis :⁊ īsiliēs trucidauit eū sup arā. Sed ⁊ viz quē rex āthiochus miserat q cogebat īmolari:occidit ī ipo tpe:⁊ arā destruxit:⁊ çelatus ē legē sicut fecit phinees çambzi filio salomi. Et exclamauit matathias voce magna ī ciuitate dicēs. Vis q çelū hz legis statuens testm exeat pꝰme. Et fugit ipe ⁊ filij eiꝰ ī montes:⁊ reliqrunt q̄cūqz hēbant ī ciuitate. Tūc descenderūt multi q̄rentes iudiciū ⁊ iusticiā in desertū:⁊ sederunt ibi ipi ⁊ filij eius ⁊ mulieres eorum ⁊ pecora eoz :qñ inundauerūt sup eos mala. Et renunciatū est viris fgis ⁊ exercitui q erat in irlm ciuitate dauid:qñ discessissent viri gdā qui dissipauerunt mādatum regis in loca occulta in deserto:⁊ abijssent post illos multi. Et statiz prexerunt ad eos:⁊ constituerunt aduersus eos pzeliū in die sabbatozum. Et dixeruut ad eos: Resistitis ⁊ nunc adhuc? Exite ⁊ facite ſm verbū regis antiochi:⁊ viuetis. Et dixerunt. Non

exibimus:neq; faciem⁹ verbū regis vt polluam⁹ diem sabbatoꝝ. Et ꝯcitauerūt ad verſ⁹ eos plīū. Et non rñderūt eis:nec lapidē miſerūt in eos:nec oppilauerunt loca occulta dicentes. Moriamur omnes ī ſimplicitate nr̄a:z teſtes erūt ſup nos celum z ṫra q⁹ iniuſte perditis nos. Et itulerunt illis bellum ſabbatis:z mortui ſūt ipſi z vxores eorū z filij eoꝝ z pecora eorū vſq; ad mille animas hominū. Et cognouit matathias z amici eius: z luctū hūerūt ſup eos valde. Et dixit vir primo ſuo. Si oēs fecerim⁹ ſic̄ fratreſ nr̄i fecerūt:z ñ pugnauerim⁹ aduerſus gētes p aīab⁹ nr̄is z iuſtificatiōib⁹ nr̄is:citi⁹ oīs p̄det nos a ṫra. Et cogitauerūt ī die illa dicētes. Omis hō q cunq; venerit ad nos in bello die ſabbatoꝝ:pugnem⁹ aduerſ⁹ eū:z ñ mōiemur oēs ſicut mortui ſūt fr̄es nr̄i ī occultis. Hūc cōgregata eſt ad eos ſynagoga iudeoꝝ fortis viribus ex iſrl:oīs voluntari⁹ in lege:z oēs q fugiebant a malis additi ſūt ad eos:z facti ſūt illis ad firmamentū. Et collegerūt exercituz:z percuſſerunt peccatores in ira ſua:z viros iniquos ī indignatione ſua:z ceteri fugerūt ad natiōes vt euaderent. Et circuiuit matathias z amici ei⁹ z deſtruxerūt aras. Et circūciderunt pueros ī circūciſos q̄cq̄ ī uenerunt in finib⁹ iſrl ī fortitudine. Et pſecuti ſūt filios ſupbie:z pſperatū eſt opus in manibus eoꝝ. Et obtinuerūt legē de manib⁹ gentiuz z de manibus regū:z nō dederunt cornu peccatori. Et appropinquerūt dies matathie moriēdi: z dixit filijs ſuis. Nūc cōfortata eſt ſupbia z caſtigatio:z tps euerſiōis z ira īdignatiōiſ. Nūc ḡ o filij emulatores eſtote legis:z date aīas vr̄as pro teſtō p̄r̄m:z memētote opum p̄r̄m q̄ fecerunt ī generationib⁹ ſuis:z accipietis gl̄iam magnā z nomen eternū. Abrahā nōne in tēptatione ī uent⁹ ē fidelis:z reputatū eſt ei ad iuſticiā? Joſeph in tpe āguſtie ſue cuſtodiuit mādatū:z fc̄us ē dñs egypti. Phinees pr̄ nr̄ ꝯlādo ꝯlū dei accepit teſtīm ſacerdotij eterni. Jeſus dū īpleret verbū: factus eſt dux in iſrl. Caleph dū teſtificat in eccl̄ia accepit hereditatē. Dauid in ſua mia cōſecut⁹ ē ſedem regni in ſecula. Helias dū ꝯlat ꝯlū legis recept⁹ ē in ꝯlū. Ananias azarias z miſabel credētes liberati ſunt de flāma. Daniel in ſua ſimplicitate liberat⁹ ē de ore leonum. Et ita cogitate p generationē z generationē:q; oēs q ſperant ī eū nō ifirmabunt. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis: q; gl̄ia eius ſtercus z vermis eſt. Hodie extollit̄ z cras nō ī uenief⁹:q; cōuerſus ē in ṫraz ſuā:z cogitatio ei⁹ periit. Vos ergo filij cōfortamī:z viriliē agite in lege:q; cū feceritis q̄ vobis p̄cepta ſūt in lege a dño deo vr̄o :in ipa gl̄iosi eritis. Et ecce ſimon fr̄ vr̄ ſcio q⁹ vir conſilij eſt. Ipm audite ſp: z ipe erit vobis p̄r̄. Et iudas machabe⁹ fortis virib⁹ a iuuentute ſua ſit vobis p̄ncepſ militie:z ipe aget bellū ppli. Et adducetis ad vos oēs factores legis:z vindicate vindictā ppli vr̄i. Retribuite retributionē gentib⁹:z intēdite in p̄ceptum legis. Et bñdixit eos z apposit⁹ ē ad pr̄es ſuos. Et defunct⁹ ē āno centeſimo quadrageſimoſexto:z ſepult⁹ eſt a filijs ſuis in ſepulchris p̄r̄m ſuorum ī modin:z plāxerūt eū oīs iſrl plāctu magno. IIII

Et ſurr exit iudas qui vocabatur machabeus filius ei⁹ p eo:z adiuuabāt eū omnes fr̄es eius z vniuerſi qui ſe cōiunxerant patri ei⁹:z pliabātur prelijs iſrl cū leticia. Et dilatauit gl̄iam pplo ſuo:z induit ſe lorica sicut gigas:z ſuccinxit ſe arma bellica ſua in plijs :z protegebat caſtra gladio ſuo. Similis fact⁹ ē leoni ī opib⁹ ſuis:z ſicut catulus leōis rugiens ī venatione. Et perſecut⁹ ē iniquos pſcrutās eos: z qui conturbabant ppl̄m ſuū:eos ſuccēdit flāmis:z repulſi ſūt inimici ei⁹ p timore eius. Et oēs operarij iniq̄tatis cōturbati ſunt:z directa ē ſalus ī manu eius. Et exacerbabat reges multos z letificabat iacob in operib⁹ ſuis:z in ſeculuz memoria ei⁹ in benedictiōe. Et pambulabat ciuitates iuda z p̄didit ipios ex eis:z auertit iram ab iſrl. Et noīatus eſt vſq; ad nouiſſimū terre:z cōgregauit peū tes. Et cōgregauit appolloni⁹ gentes:z a ſamaria virtutē multā z magnā ad bellandū cōtra iſrl. Et cognouit iudas z exijt obuiaz illi:z pcuſſit z occidit illū. Et ceciderūt vulnerati multi z relig fugerūt:z accepit ſpolia eoꝝ. Et gladiū appollonij abſtulit iudas:z erat pugnans in eo oībus diebus. Et audiuit ſeron p̄nceps exercit⁹ ſyrie q; cōgregauit iudas cōgregationē fidelium z eccl̄iam ſecum. Et ait. Faciā mihi nomē z gl̄ificabor ī regno:z debellabo iudā z eos qui cū ipo ſūt:q; ſpernebant verbū regis. Et pparauit ſe:z aſcēderūt cū eo caſtra impioꝝ fortes auxiliarij vt facerent vindictā in filios iſrl. Et appropiquauerūt vſq; bethoron. Et exiuit iudas obuiā illis cū paucis. Ut autē viderūt exercitū venientē ſibi obuiam: dixerunt iude. Quō poterim⁹ pauci pugnare contra multitudinē hāc tātam z tam fortē? Et nos fatigati ſum⁹ ieiunio hodie. Et ait iudas. Facile eſt concludi multos in manu paucoꝝ:z nō eſt differentia in conſpectu dei celi liberare in multis z in paucis:quoniā nō in multitudine exercit⁹ victoria belli:ſed de celo fortitudo eſt. Ipi veniunt ad nos ī multitudine cōtumaci z ſuperba vt diſperdāt nos z vxores noſtras z filios nr̄os :z vt ſpolient nos. Nos vero pugnabim⁹ pro aīabus nr̄is z legib⁹ noſtris:z ipe dñs conteret eos ante faciem nr̄am. Vos autē ne timueritis eos. Ut ceſſauit autē loqui:inſiluit ī eos ſubito: z cōtritus ē ſeron z exercitus eius in cōſpectu ipſius :z perſecutus ē eus in deſcenſu bethoron vſq; in campū. Et ceciderunt ex eis octingenti viri :reliqui autē fugerūt in terram philiſtijm. Et cecidit timor iude ac fratrum ei⁹ z formido ſup omnes gētes in circuitu eoꝝ:z peruenit ad regem nomē eius:z de prelijs iude narrabāt omnes gētes. Et audiuit autem rex antiochus ſermones iſtos iratus ē animo:z miſit z congregauit exercitum vniuerſi

regni sui castra fortia valde. Et aperuit erarium suū: & dedit stipendia exercitui ī ānum: & mandauit illis vt eēnt parati ad oīa. Et vidit q̄ defecit pecunia de thesauris suis: & tributa regionis modica ꝓpter dissensionē & plagam quā fecit in ēra vt tolleret legitima q̄ erant a p̄mis diebus. Et timuit ne nō hēret & semel & bis ī sūptus & donaria que dederat āte larga manu: & abundauerat sup reges q̄ ante eum fuerant. Et cōsternat⁹ erat animo valde: & cogitauit ire in p̄sidem: & accipere tributa regionū & congregare argentum multū. Et reliquit lysiam hoīem nobilem de genere regali sup negocia r̄gia a flumine eufraten vsq̄ ad flumē egypti: & vt nutriret antiochū filium suuz donec rediret. Et tradidit ei mediū exercitum & elephātos: & mandauit ei de oībus que volebat & de ī hitantib⁹ iudeā & ir̄m: & vt mitteret ad eos exercitū ad cōterendam & extirpādā virtutē isr̄l & reliqas ir̄m: & auferēdā memoziam eoꝝ de loco: & vt constitueret hitatores filios alienigenas in oībus finib⁹ eoꝝ: & sorte distribueret ēra eoꝝ. Et rex assūpsit partē exercit⁹ residui: & exiuit ab ātiochia ciuitate regni sui ānō centesimo & q̄dragesimo septimo: & transfretauit eufraten flumē: & pambulabat supiores regiones. Et elegit lysias ptolemeū filiū dozimini & nicanoꝛē & gozgiā viros potentes ex amicis regis: & misit cū eis quadraginta milia virozū & septē milia eqtū: vt venirent in terrā iuda & disperderēt eam s̄m verbuz regis. Et ꝓcesserunt vt irent cū vniuersa virtute sua & venerūt & applicuerūt āmaum in ēra cāpestri. Et audierūt mercatores regionū nomē eorum: & acceperūt argentū & aurum multū valde & pueros: & venerunt in castra vt accipent filios ir̄m in seruos: & additi sunt ad eos exercit⁹ syrie & terre alienigenaꝝ. Et vidit iudas & frēs ei⁹: q̄ multiplicata sūt mala & exercit⁹ applicabat ad fines eoꝝ: & cognouerūt verba regis que mādauit ꝑpo facere ī interitum & cōsumationem. Et dixerunt vnusq̄sq̄ ad ꝓximū suū. Erigam⁹ deiectionem ꝑpli nostri: & pugnem⁹ p̄ro ꝑpo nostro & sanctis nr̄is. Et congregat⁹ ē conuētus vt eēnt parati in ꝓliū: & vt ozarent & peterēt mīaz & miseratiões. Et hierusalē nō habitabaī: sed erat sicut desertū. Nō erat qui īgrederet & egrederet de natis ei⁹ & sctm̄ cōculcabaī. Et filij alienigenaꝝ erāt in arce: ibi erat habitatio gentiū. Et ablata est voluptas a iacob: & defecit ibi tibia & citbara. Et cōgregati sūt & venerūt ī maspbat cōtra ir̄m: qz locus ozationis erat ī maspbat añ ī isr̄l. Et ieiunauerūt illa die: & induerūt se cilitijs & cinerē ī posuerūt capiti suo: & dissuerūt vestimēta sua. Et expadert libzos legis de quib⁹ scrutabāī gētes similitudinem simulacroꝝ suoꝝ: & attulerunt oznamēta sacerdotalia & p̄micias & decimas: & suscitauerunt naçareos q̄ ꝑpleuerant dies. Et clamauerūt voce magna in celū dicentes. Quid faciem⁹ istis: & quo eos ducem⁹? Et sctā tua ꝓculcata sūt & cōtaminata sūt: & sacerdoti tui facti sūt ī luctū & in humiliatem. Et ecce nationes cōuenerūt aduersū nos: vt nos disperdāt. Tu scis que cogitant in nos. Quō poterim⁹ subsistere añ faciē eoꝝ nisi tu deus adiues nos? Et tubis exclamauerūt voce magna. Et post hec cōstituit iudas duces ꝑpli tribunos & centuriones & pentacōtarchos & decuriōes. Et dixit his q̄ edificabāt domos & sponsabāt vxozes & plātabant vineas & formidolosis: vt redirēt vnusq̄sq̄ ī domū suā s̄m legē. Et mouerūt castra & collocauerunt ad austrū āmauz. Et ait iudas. Accingimini & estote filij potentes: & estote parati ī mane vt pugnetis aduersus natiões has q̄ conuenerūt dispdere nos & sctā nr̄a: q̄m melius ē nos mori ī bello: q̄z videre mala gētis nr̄e & sctoꝝ. Sicut āt fuerit voluntas in celo: sic fiat. IIII

Et assūpsit gozgias q̄nq̄ milia virozū & mille eqtes electos. Et mouerūt castra nocte vt applicarēt ad castra iudeozum & pcuterent eos subito. Et filij qui erant ex arce erant illis duces. Et audiuit iudas & surrexit ipe & potētes pcutere virtutez exercituū regis q̄ erāt in āmaum. Adhuc.n. dispersus erat exercitus a castris. Et venit gozgias in castra iude noctu: & neminē inuenit. Et querebat eos in mōtibus: q̄m dixit fugiunt hi a nobis. Et cū dies factus eēt apparuit iudas in cāpo cum trib⁹ milibus virozū tantum: q̄ tegumēta & gladios nō habebant. Et viderunt castra gentiū valida: & lozicatos & equitatus in circuitu eoꝝ: & hi docti ad ꝓlium. Et ait iudas viris qui secū erant. Ne timueritis multitudinē eoꝝ: & impetū eoꝝ ne fozmidetis. Memēto te qualiter salui facti sūt pres nr̄i in mari rubro: cū seq̄retur eos pharao cū exercitu m̄lto. Et nūc clamemus in celum & miserebit nr̄i dominus: & memoz erit testamēti patꝝ nr̄oꝝ: & conteret exercitum istū ante faciem nr̄am hodie: & scient oēs gentes q̄z est deus qui redimat & liberet isr̄l. Et leuauerūt alienigene oculos suos: & viderūt eos venientes ex aduerso. Et exierūt de castris ī ꝓlium: & tuba cecinerūt hi qui erant cū iuda. Et cōgressi sunt: & cōtrite sūt gentes & fugerunt ī cāpuz. Nouissimi āt ceciderūt in gladio: & persecuti sūt eos vsq̄ geçeron & vsq̄ in cāpos idumee & açoti & iamnie: & ceciderūt ex illis vsq̄ ad tria milia virozū. Et reuersus est iudas & exercitus eius sequens eū. Dixitq̄ ad p̄plm: nō concupiscatis spolia: q̄z bellū ꝺ nos est: & gozgias & exercit⁹ ei⁹ ꝑpe nos in mōtib⁹: sed state nūc ꝺ inimicos nr̄os & expugnate eos: & sumet] postea spolia securi. Et adhuc loquēte iuda hec: ecce apparuit pars quedā ꝓspiciens de mōte. Et vidit gozgias q̄ in fugaz cōuersi sunt sui: & succēsa sunt castra. Fumus enim qui videbaī declarabat q̄ factū est. Quib⁹ alli conspectis timuerūt valde & spicientes simul & iudam: & exercitū ī cāpo paratuz ad ꝓlium. Et fugerunt oēs in campo alienigenaꝝ: & iudas reuersus est ad spolia castrozum. Et acceperunt aurum

multū ⁊ argentū ⁊ hyacithū ⁊ purpurā marinaz ⁊ opes magnas:⁊ cōuersi hymnuz canebāt:⁊ bene dicebant deū ī celū qm̄ bonus ē:qm̄ in seculū misericordia eius. Et facta ē sal⁹ magna ī israhel in die illa. Quicūq; aūt alienigenaz euaserūt:venerunt ⁊ nūciauerūt lysie vniuersa q̄ acciderāt. Quibus ille auditis:cōsternatus āimo deficiebat:q; ñ qualia voluit:talia cōtigerūt ī isr̄l:⁊ qualia māduit rex. Et sequēti āno cōgregauit lysias virozuz electozū ⁊ragīta milia:⁊ egtū gnq; milia:vt debellaret eos. Et venerūt ī iudeā:⁊ castra posuerūt ī bethozon:⁊ occurrit illis iudas cū decē milib⁹ viris. Et viderunt exercitū fortē ⁊ozauit ⁊ dixit: Benedictus es saluator isr̄l q cōtriuisti ipetū potentis ī manu ſui tui dauid:⁊ tradidisti castra alienigenaz ī manu ionathe filij saul ⁊ armigeri eius. Conclude exercitū istū ī manu ppli tui isr̄l:⁊ confundat̄ ī exercitu suo ⁊ eqtib⁹. Da illis fozmidinē ⁊ tabefac audaciā virtutis eoz:⁊ cōmoueātur cōtritione sua. Deijce illos gladio diligētiū te:⁊ collaudēt te oēs qui nouerūt nomē tuū:ī hymnis. Et cōmiserunt plium:⁊ ceciderunt de exercitu lysie gnq; milia virozū. Videns aūt lysias fuozū fugaz ⁊ iudeozū audaciā:⁊ q; parati sūt aut viuē aut mori fortiter:abijt anthiochiā ⁊ elegit militeſ:vt multiplicati rursus venirēt ī iudeā. Dixit autē iudas ⁊ fratres eius. Ecce cōtriti sūt inimici nr̄i:ascēdam⁹ nūc mūdare sācta ⁊ renouare. Et cōgregat⁹ ē oīs exercit⁹:⁊ ascēderūt ī montē syō. Et viderūt scificationē desertā.⁊ altare ꝓphanatū:⁊ portas exustas:⁊ in atrijs virgulta nata sic̄ī saltu vt ī mōtibus.⁊ pastophozia diruta. Et sciderūt vestimēta sua:⁊ planxerūt plāctu magno:⁊ iposuerūt cineres sup caput suū:⁊ ceciderūt ī faciē super ēram: ⁊ exclamauerūt tubis signoz:⁊ clamauerūt ī celum. Tūc ordinauit iudas viros vt pugnarēt aduersus eos q; erāt in arce:donec emūdarēt sancta. Et elegit sacerdotes sine macula volūtatē habētes in lege dei:⁊ mundauerūt sācta:⁊ tulerūt lapides contamīatiōis ī locū imūdū. Et cogitauit de altari holocaustozū quod ꝓphanatū erat gd de eo faceret. Et icidit illi consiliū bonū vt destrueret illud:ne forte illis esset ī opprobriū:q; contaminauerūt illud gētes:⁊ demoliti sūt illō. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto: quoadusq; vēiret ꝓpha ⁊ rñderet de eis. Et acceperunt lapides integros scōz legē:⁊ edificauerūt altare nouū scōz illud qō fuit ꝑus ⁊ edificauerūt sancta ⁊ que ītra domū erāt ītrinsec⁹ ⁊ edē ⁊ atria scificauerunt. Et fecerūt vasa sancta noua:⁊ itulerunt candelabrū ⁊ altare īcensozū ⁊ mēsā ī tēplū. Et incēsuz posuerūt sup altare:⁊ accenderūt lucernas que sup cādelabrū erāt:⁊ lucebāt in tēplo. Et posuerūt sup mēsaz panes:⁊ appēderunt velamīa:⁊ consumauerunt oīa opa que fecerāt. Et āte matutinū surrexerūt gnta ⁊ vicesima die mensis noni:hic est mēsis casleu cēteſimi q̄dragesimi octaui anni:⁊ obtulerūt sacrificiū scōm legē sup altare holocaustozū nouū qō fecerūt. Scōz tēpus ⁊ scōm diē il̄qua⁹ contamīauerūt illud gētes:ī ipla renouatū ē in cāticis ⁊ citharis ⁊ cynaris ⁊ cymbalis. Et cecidit oīs populus ī faciē:⁊ adozauerunt ⁊ bñdixerūt ī celū eū qui ꝓspauit eis. Et fecerunt dedicationē altaris dieb⁹ octo:⁊ obtulerūt holocausta cū leticia:⁊ salutaria laudis. Et oznauerunt faciē tēpli cozonis aureis ⁊ scutulis:⁊ ōdi cauerūt portas ⁊ pastophozia:⁊ iposuerūt eis ianuas. Et facta est leticia in pp̄lo magna valde:⁊ auersū ē opprobriū gētiū. Et statuit iudas ⁊ fres ei⁹:⁊ vniuersa eccl̄ia isr̄l:vt agāt dies dedicationis altaris in tpibus suis ab āno ī ānuz p dies octo a gnta ⁊ vicesima die mēsis casleu cū leticia ⁊ gaudio. Et edificauerūt in tpe illo mōtē syon:⁊ p circuitum muros altos ⁊ turres firmas:neq; venirent gentes ⁊ cōculcarent eū sicut ātea fecerūt. Et collocauit illic exercitū vt seruarent eū :⁊ munīuit eū ad custodiēdā bethsuram:vt hēret pp̄s munitionē ō faciem idumee.

V

Factū est vt audierūt gētes ī circuitu qz edificatū ē altare ⁊ scūariū sicut pus: irate sē valde:⁊ cogitabant tollere genus iacob:q; erant iter eos:⁊ ceperūt occidere ō pp̄lo ⁊ pseq. Et debellabat iudas filios esau ī idumea: ⁊ eos q erāt ī arabathāe qz circūsedebāt israheli tas:⁊ pcussit eos plaga magna. Et recordat⁹ est malicīā filioz bean:qui erāt pp̄lo in laqueū ⁊ in scandalū insidiātes ei in via. Et cōclusi sūt ab eo in turrib⁹:⁊ applicuit ad eos:⁊ anathematiçauit eos:⁊ incēdit turres eoz igni cū oīb⁹ q ī eis erāt. Et transiuit ad filios āmon:⁊ iuenit manū ꝓtē ⁊ pp̄lm copiosū:⁊ timotheū ducē ipoz. Et cōmisit cū eis plia multa:⁊ cōtriti sūt ī cōspectu eozuz ⁊ pcussit eos:⁊ cepit iacer ciuitatē ⁊ filias ei⁹:⁊ reuersus est ī iudeā. Et cōgregate sūt gentes q̄ sunt in galaad aduersus isr̄litas q erant in finib⁹ eoz vt tollerēt eos:⁊ fugerūt ī datheman munitione: ⁊ miserunt l̄ras ad iudā ⁊ fres eius:dicētes. Congregate sūt aduersū nos gentes p circuitū vt nos auferant:⁊ parant venire ⁊ occupare munitiones ī quā cōfugimus:⁊ timotheus est dux exercitus eoz. Nūc ergo veni ⁊ eripe nos de manib⁹ eoz: quia cecidit multitudo de nobis. Et oēs fres nr̄i qui erant ī locis tubin ītrfecti sūt:⁊ captiuas duxerunt vxozes eoz ⁊ natos ⁊ spolia ⁊ peremerūt illic fere mille viros. Et adhuc epistole legebantur. Et ecce alij nuncij venerūt de galilea cōcissis tunicis nūciātes sm̄ verba hec :dicentes conueniſſe aduersū se:a ptolemaide:⁊ tyro ⁊ sidone: ⁊ repleta est oīs galilea alienigenis vt nos cōsumāt. Et audiut autē iudas ⁊ populus sermones, istos :conuenit eccl̄ia magna cogitare quid facerent fratrib⁹ suis qui in tribulatione erāt ⁊ expugnabātur ab eis. Dixitq; iudas simoni fri suo. Elige tibi viros vade ⁊ libera fratres tuos ī galilea:ego autē ⁊ frater meus ionathas ibim⁹ in galaaditbim. Et reliquit iosephuz filium çacharie

ꝛ açariam duces ppli cū residuo exercitu i iudea
ad custodiā:ꝛ pcepit illis dicēs. Præestote ppl̃o
huic:ꝛ nolite bellū cōmittere aduersū gentes do
nec reuertamur. Et dati sūt simoni viri tria milia
vt iret i galileā:iude āt octo milia i galaaditbim.
Et abijt simon i galileā :cōmisit p̄lia multa cum
gentibus. Et cōtrite sūt gentes a facie ei⁹:ꝛ perse
cutus ē eos vsq; ad portā ptolemaidis. Et ceci
derunt de gentib⁹ fere tria milia viroꝝ:ꝛ accepit
spolia eoꝝ. Et assūpsit eos qui erant i galilea ꝛ in
arbatis cū vxoribus ꝛ natis:ꝛ oībus q̄ erant illis:
ꝛ adduxit in iudeā cū leticia magna. Et iudas ma
chabe⁹ ꝛ ionathas fr̄ eius:trāsierūt iordanem:ꝛ
abierūt viā triū dieꝝ i desertū. Et occurrerūt eis
nabuthei ꝛ susceperūt eos pacifice:ꝛ narrauerunt
eis oīa q̄ acciderāt fr̄ibus eoꝝ i galaaditide :ꝛ qꝛ
multi ex eis cōphensi sūt in barasa ꝛ bosor ꝛ in
alimis ꝛ in casphor ꝛ mageth ꝛ carnaim. Hæc oēs
ciuitates munite ꝛ magne. Sed ꝛ i ceteris ciuita
tibus galaaditidis tenētur cōphensi. Et in crasti
num cōstituerūt admonere exercitum ciuitatib⁹
his:ꝛ cōphendere ꝛ tollere eos in vna die. Et cō
uertit iudas ꝛ exercitus ei⁹ viaꝝ in desertū bosor
repente:ꝛ occupauit ciuitatē ꝛ occidit oēm masculum i ore gladij:ꝛ accepit oīa spolia eoꝝ ꝛ succen
dit eā igni. Et surrexerūt inde nocte :ꝛ ibāt vsq;
ad munitionē. Et factus ē diluculo cū eleuassent
oculos suos:ꝛ ecce pp̃l̃s multus cui⁹ nō erat nu
merus: portātes scalas ꝛ machinas vt cōphen
derent munitionē ꝛ expugnarēt eos. Et vidit iu
das qꝛ cepit bellū:ꝛ clamor belli ascendit ad ce
lum sicut tuba:ꝛ clamor magn⁹ de ciuitate. Et di
xit exercitui suo. Pugnate hodie p fr̄ibus vr̄is.
Et venit trib⁹ ordinib⁹ post eos:ꝛ exclamauerūt
tubis ꝛ clamauerūt in oratione ꝛ cognouerūt castra
timothei qꝛ machabe⁹ ē:ꝛ refugerūt a facie eius.
Et percusserunt eos plaga magna:ꝛ ceciderunt ex
eis in die illa fere octo milia viroꝝ. Et diuertit iu
das in maspha ꝛ expugnauit ꝛ cepit eam:ꝛ occi
dit oēm masculū eius ꝛ sūpsit spolia ei⁹:ꝛ succen
dit eaꝝ igni. Inde prexit ꝛ cepit casbon:ꝛ maged
ꝛ bosor:ꝛ reliquas ciuitates galaditidis. Post hec
āt verba cōgregauit timotheus exercitū alium:
ꝛ castra posuit ꝑ raphon trās torrētē. Et misit iu
das speculari exercitū:ꝛ renunciauerūt ei dicen
tes:qꝛ cōuenerūt ad eū oēs gentes q̄ in circuitu
nr̄o sūt ꝛ exercitus multus nimis. Et arabas con
duxerūt in auxiliū sibi ꝛ castra posuerūt trās tor
lentē:parati ad te venire in p̄liu. Et abijt iudas
obuiā illis. Et tait timothe⁹ p̄ncipib⁹ exercit⁹ sui.
Cū approp̃quauerit iudas ꝛ exercitus ei⁹ ad tor
rentē aque:si transierit ad nos p̄or:nō poterim⁹
sustinere eū:qꝛ potēs poterit aduersū nos. Si vo
timuerit transire ꝛ posuerit castra extra flumen:
trāsiretem⁹ ad eos:ꝛ poterim⁹ aduersꝰ illū. Et āt
approp̃inquauit iudas ad torrentez aque statuit
scribas ppli sectis torrentē:ꝛ mādauit eis dicēs
Neminē boīuz reliq̄ritis:sed veniāt oēs i p̄liuz

Et transfretauit ad illos p̄or:ꝛ oīs ppl̃s post eum.
Et cōtrite sūt oēs gentes a facie eoꝝ:ꝛ ceciderunt
arma sua:ꝛ fugerūt ad phanū q̄ erat in carnaiz.
Et occupauit ipsam ciuitatē:ꝛ phanuz succendit
igni cū oīb⁹ q̄ erāt i ipso. Et oppressa est carnaiz
ꝛ non potuit sustinere ꝑ faciē iude. Et cōgregauit
iudas vniuersos israhelitas q̄ erāt i galaaditide
a minimo vsq; ad maximū:ꝛ vxores eoruz:ꝛ na
tos ꝛ exercituz magnū valde: vt venirēt i terraz
iude. Et venerūt vsq; ephron:ꝛ hec ciuitas ma
gna in ingressu posita munita valde. Et non erat
declinare ab ea dextra vl̃ sinistra:sed p mediam
iter erat. Et inclusērūt se q̄ erāt i ciuitate:ꝛ obstru
xerūt portas lapidib⁹. Et misit ad eos iudas ver
bis pacificis dicēs. Trāseamus p̄ terraz vr̄az vt ea
mus in terrā nostrā:ꝛ nēo vobis nocebit:tm̃ pe
dib⁹ trāsibim⁹. At nolebant eis aperire. Et pcepit
iudas p̄dicari i castris vt applicarēt vnusq;sq;
i q̄ erat loco. Et applicuerūt se viri virtutis:ꝛ op
pugnauit ciuitatez illā tota die ꝛ tota nocte:ꝛ tra
dita ē ciuitas in manu ei⁹. Et peremerūt oēz mas
culū in ore gladij:ꝛ eradicauit eā:ꝛ accepit spolia
eius:ꝛ trāsiuit per totā ciuitatē sup interfectos:ꝛ
trāsgressi sūt iordanē i cāpo magno ꝑ faciē beth
san. Et erat iudas congregans extremos:ꝛ exhor
tabat̃ pp̃lm p totaz viā donec venirēt i trā iuda.
Et ascēderūt i montē syon cū leticia ꝛ gaudio:ꝛ
obtulerunt holocausta:q; nemo ex eis cecidisset
donec reuerterēt i pace. Et i dieb⁹ quib⁹ erat iu
das ꝛ ionathas i trā galaad: ꝛ simon frat̃ eius in
galilea:ꝑ faciē ptolemaidis:audiuit ioseph⁹ za
charie filius:ꝛ açarias p̄ceps virtutis res bene
gestas:ꝛ p̄elia que facta sūt:ꝛ dixit faciam⁹ ꝛ ipsi
nobis nomē ꝛ eam⁹ pugnare aduersus gentes que
in circuitu nr̄o sūt. Et pcepit his q̄ erāt i exercitu
suo ꝛ abierūt iamniam:ꝛ exiuit gorgias de ciuita
te ꝛ viri eius obuiā illis in pugnā. Et fugati sunt
ioseph⁹ ꝛ açarias vsq; in fines iudee :ꝛ ceciderūt
illa die de pp̃lo israhel ad duo milia viri. Et fac
ta est plaga magna in pp̃lo: quia non audierunt
iudam ꝛ fratres ei⁹:existimātes fortiē se facturos.
Ipsi aūt non erant de semine viroꝝ illoruz: per
quos salus facta est in isr̃l. Et viri iuda magnifi
cati sūt valde in conspectu oīs israhel ꝛ gentium
oīum: vbi audiebatur nomen eoruz. Et conue
nerūt ad eos fausta acclamantes. Et exiuit iudas
ꝛ fratres eius ꝛ expugnabant filios esau in terra
que ad austrū est:ꝛ percussit chebron ꝛ filias eius
ꝛ muros ei⁹:ꝛ turres eius succēdit igne in circui
tu. Et mouit castra vt iret in terrā alienigenaruz:
ꝛ perābulabat samariā. In illa die ceciderūt sa
cerdotes in bello dum volūt fortiter facere :duz
sine consilio exeūt in p̄liū. Et declinauit iudas in
açotū i trām alienigenaꝝ:ꝛ dirruit aras eoꝝ:ꝛ spo
lia deoꝝ suoꝝ succendit igni:ꝛ cepit spolia ciuita
tum ꝛ reuersus est in terrā iuda. VI

Et rex antiochus pambulauit supiores
regiōes. Et audiuit eē ciuitatē elimaidē

in perside nobilissimā ⁊ copiosoā i argēto ⁊ auro
ꝛ plūq; i ea locuplex valde. Et illic velamia au-
rea ⁊ lozice ⁊ scuta: que reliqt alexander philippi
rex macedo qui regnauit ꝑmus i grecia. Et venit
⁊ querebat cape ciuitatē ⁊ deprædari eā: ⁊ nō po-
tuit qñ knotuit ꝓmo his q erant i ciuitate. Et in-
surrexerūt i ꝑlium ⁊ fugit ide: ⁊ abiit cuꝫ tristicia
magna: ⁊ reuersus ē babyloniā. Et vidit q nūcia
ret ei i perside: qꝛ fugata sūt castra q̄ erāt i ꝛra iu
da: ⁊ qꝛ abijt lysias cū ꝯtute fozti i ꝑmis ⁊ fugat⁹
ē a facie iudeoꝝ: ⁊ inualuerūt armis ⁊ virib⁹ ⁊ spolijs
multis q̄ ceperūt de castris q̄ exciderūt: ⁊ qꝛ di-
ruerūt abbominationē quā edificauerāt sup alta
re qō erat i irl'm: ⁊ scificationē sicut ꝑus circūde
derūt muris excelsis: ꝫ ⁊ bethsurā ciuitatē suam:
Et faciū ē: vt audiuit rex ꝓmones istos expauit ⁊
cōmotus ē valde: ⁊ decidit i lectū ⁊ icidit i lāguo
rez pꝛe tristicia: qꝛ nō ē factū sic cogitabat. Et erat
illic p dies multos: qꝛ renouata ē i eo tristicia ma
gna ⁊ arbitrat⁹ se mozi. Et vocauit oēs amicos suos
⁊ dixit illis. Recessit sōn⁹ ab oculis meis: ⁊ cōcidit
⁊ cozrui cozde p sollicitudine. Et dixi in cozde
meo. In quantā tribulationē deueni: ⁊ in qs fluc
tus tristicie in qua nūc sū: qui iocūdus erā ⁊ dilec
tus in ꝓtāte mea. Nūc vo reminiscoꝝ maloꝝ q̄ fe
ci in irl'm: vñ ⁊ abstuli oīa spolia aurea ⁊ argētea
q̄ erāt in ea: ⁊ misi auferre hītantes iudeā sine cā.
Cognoui ergo qꝛ ꝓpterea ꝟuenerūt me mala ista
⁊ ecce pereo tristicia magna i ꝛra aliena. Et voca
uit philippū vnū de amicis suis: ⁊ pꝛeposuit euꝫ
sup vniuersū ꝛgnū suū. Et ꝺdit ei diadema: ⁊ sto
lam suā ⁊ ānulū: vt adduceret antiochū filiū suū
⁊ nutriret eū ⁊ regnaret. Et moꝛtu⁹ est illic antio
chus rex āno centesimoquadragesimonono. Et
cognouit lysias qñ moꝛtu⁹ ē rex: ⁊ cōstituit ꝛgna
re antiochū filiū ei⁹ quē nutriuit adolescentem: ⁊
vocauit nomē eius eupatoꝛē. Et hi q erant i ar-
ce cōclusērāt isrl' in circuitu scōꝝ: ⁊ q̄rebāt eis ma
la sp ad firmamētū gētiū. Et cogitauit iudas dis
pdere eos: ⁊ cōuocauit vniuersū ppl'm vt obside
rent eos. Et cōuenerūt sil': ⁊ obsederūt eos āno cē
tesimo qnquagesimo: ⁊ fecerunt balistras ⁊ ma-
chinas. Et exierūt qdam ex eis q obsidebant: ⁊
adiūxerūt se illis aliqui ipiī ex isrl': ⁊ abierunt ad
regē ⁊ dixerūt. Quousq; nō facis iudiciū: ⁊ vidi
cas frēs nr̄os? Nos ꝺcreuim⁹ seruire pr̄i tuo ⁊ ābu
lare i ꝑceptis ei⁹ ⁊ obseq edicti ei⁹: ⁊ filij ppli nr̄i
ꝓpē hec alienabāt se a nobis. Et q̄cūq; ꝟueniebāt
ex nob⁹ itficiebāt ⁊ hēditatē nr̄e diripiebāt. Et nō
ad nos tm̄ extēderūt manū: ꝫ ⁊ i oēs fines nr̄os.
Et ecce applicuerūt hodie ad arcē i irl'z occupare
eā: ⁊ mūitionē i bethsurā mūierūt. Et nisi ꝓuener⁹
eos veloci⁹ maioza q̄z ℞ faciēt: ⁊ nō poter⁹ obtinere
eos. Et irat⁹ ē rex vt hec audiuit: ⁊ cōuocauit oēs
amicos suos ⁊ ꝓncipes exercitus sui: ⁊ eos q sup
equites erāt: Sed ⁊ de regnis alijs ⁊ de insulis ma
ritimis venerūt ad eū exercit⁹ cōductici⁹. Et erat
numer⁹ exercitus ei⁹ centū milia peditū: ⁊ vigīti
milia equitum: ⁊ elephanti trigintaduo docti ad p
liū. Et venerūt p idumeā ⁊ applicuerūt ad beth-
suram: ⁊ pugnauerūt dies multos: ⁊ fecerūt ma-
chinas. Et exierūt ⁊ succēderūt eas igni: ⁊ pugna
uerūt viriliter: ⁊ recessit iudas ab arce: ⁊ mouit ca-
stra ad bethçacharan ꝺ castra regis. Et surrexit
rex añ lucē: ⁊ cōcitauit exercitus in ipetū ꝺ viam
bethçacharan. Et cōpauerūt se exercit⁹ in ꝑliū: ⁊
tubis cecinerūt. Et elephātis oñderunt sanguinē
vue ⁊ mozi ad acuendos eos i ꝑliū. Et diuiserūt
bestias p legiones: ⁊ astiterūt singulis elephantis
mille viri i lozic⁹ ꝺcatheāt⁹: ⁊ galee ereę i capitib⁹
eoꝝ: ⁊ quingenti eqtes ozdinati vnicuiq; bestie ele
cti erant. Di añ tps vbicūq; erat bestia ibi erant:
⁊ quocūq; ibat ibāt: ⁊ nō discedebāt ab ea. Sed ⁊
turres lignee sup eos firme ꝓtegentes: sup singu-
las bestias: ⁊ sup eas machine. Et sup singulas vi
ri virtutis trigintaduo qui pugnabāt desup: ⁊ in-
tus magister bestie. Et residuū equitatū hinc ⁊ i-
de statuit in duas ptes: tubis exercitū cōmouere:
⁊ perurgere cōstipatos i legionib⁹ ei⁹. Et vt reful
sit sol in clypeos aureos: ⁊ ereos rſplenduerūt mō
tes ab eis: ⁊ resplenduerūt sicut lāpades ignis. Et
distincta est ps exercitus regis p mōtes excelsos
⁊ alij per loca humilia ⁊ ibāt caute ⁊ ozdiate. Et
cōmouebātur oēs habitātes terrā a voce multi
tudinis eoꝝ: ⁊ icessu turbe ⁊ collisione armoꝝ.
Erat.n. exercit⁹ magn⁹ valde ⁊ fortis. Et appro-
piauit iudas ⁊ exercit⁹ eius in ꝑliū: ⁊ ceciderūt de
exercitu regis sexcenti viri. Et vidit eleaçar filius
saura vnā de bestijs lozicatā lozicis regis: ⁊ erat
eminens sup ceteras bestias. Et visū est ei q ī ea
eēt rex ⁊ dedit se vt liberaret ppl'm suū ⁊ acqrer
sibi nomē eternum. Et cucurrit ad eā audacter i
medio legionis ꝟterficiens a dextris ⁊ a sinistris:
⁊ cadebāt ab eo huc atq; illuc. Et ꝟiuit sub pedes
elephantis ⁊ suppositi se ei: ⁊ occidit eū ⁊ cecidit
i ꝛram sup ipm: ⁊ moꝛtuus est illic. Et vidētes vir
tutem regis ⁊ ipetuz exercit⁹ ei⁹: diuerterūt se ab
eis. Castra aūt regis ascenderūt contra eos: i irl'm:
⁊ applicuerūt castra regis ad iudeam ⁊ montē sy
on. Et fecit pacem cū his qui erant in bethsura: ⁊
exierunt de ciuitate qꝛ nō erant eis ibi alimenta
conclusis: qꝛ sabbata erāt terre. Et comphendit
rex bethsuram: ⁊ constituit ibi custodias seruare
eam: ⁊ cōuertit castra ad locum sāctificationis di
es multos. Et statuit illic balistas ⁊ machinas ⁊
ignis iacula ⁊ tozmenta ad lapides iactandos ⁊
spicula ⁊ scozpios: ad mittendas sagittas ⁊ fundi
bula. Fecerūt autez ⁊ ipi machinas aduersus ma
chinas eoꝝ: ⁊ pugnauerūt dies multos. Esse aūt
non erant in ciuitate eo q̄ septimus ānus esset: ⁊
qui remanserāt in iudea de gentib⁹ cōsumpserāt
reliquias eozum que reposite fuerāt. Et reman-
serunt in sāctis viri pauci: quoniā obtinuerat eos
fames: ⁊ dispersi sunt vnusq;sq; in locum suum. Et
audiuit lysias q̄ philippus quē cōstituerat rex an
tiochus cum adhuc viueret vt nutriret antiochū

filium suū ꝛ regnaret:reuersus est a pside ꝛ media:ꝛ exercitus qui abierat cum ipo:ꝛ qꝫ querit suscipere regni negocia. Et festinauit ire ꝛ dicere ad regē ꝛ ad duces exercitus. Deficim⁹ quotidie ꝛ esca nobis modica est:ꝛ locus quem obsidem⁹ est munitus:ꝛ incūbit nobis ordinare de regno. Nūc itaqꝫ demus dextras bōib⁹ istis ꝛ faciam⁹ cū illis pacem ꝛ cū omni gente eoꝝ:ꝛ cōstituam⁹ illis vt ambulēt ī legitimis suis sicut ꝓus. Propter legitima enī ipoꝝ q̄ desperim⁹ irati sunt:ꝛ fecerunt oīa hec. Et placuit sermo in conspectu regis ꝛ ꝓncipū:ꝛ misit ad eos pacem facere ꝛ cepe/runt illā:ꝛ iurauit illis rex ꝛ ꝓncipes ꝛ exierūt de munitione. Et intrauit rex montes syon:ꝛ vidit munitionē loci:ꝛ rupit citius iuramētum qō iura/uit:ꝛ mandauit destruere murum in gyro. Et di/scessit festināter ꝛ reuersus est antiochiā:ꝛ inuenit philippum dñantem ciuitati:ꝛ pugnauit aduer/sus eum ꝛ occupauit ciuitatem.

VII

Anno cētesimo qnq̄gesimo ꝛ ꝓmo: exiit demetrius seleuci filius ab vrbe roma:ꝛ ascendit cū paucis viris in ciuitatē ma/ritimā:ꝛ regnauit illic. Et factum ē vt ingressus ē domū regni patrū suoꝝ:comꝑhendit exercit⁹ an/tiochum ꝛ lysiā vt adducerent eos ad eū:ꝛ res ei ĩnotuit ꝛ ait. Nolite mihi ostendere faciem eoꝝ. Et occidit eos exercitus. Et sedit demetri⁹ super sedē regni sui:ꝛ venerūt ad eum viri iniqui ꝛ im/pij ex isrl̄:ꝛ alchimus dux eoꝝ:qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt ꝑplm apud regē dicē/tes. Perdidit iudas ꝛ frēs ei⁹ amicos tuos:ꝛ nos disperdidit de ĥra nr̄a. Nūc ergo mitte virū cui credis vt eat ꝛ videat exterminiū oē qō fecit no/bis in regionib⁹ regis:ꝛ punict oēs amicos eius ꝛ adiutores eoꝝ. Et elegit rex ex amicis suis bachi/dem q dñabatur trans flumē magnū in regno ꝛ fidelē regi:ꝛ misit eū vt videret exterminiuꝫ qō fecit iudas. Sed ꝛ alchimū impiū constituit ī sa/cerdotiuꝫ ꝛ mandauit ei facere vltionē in filios isrl̄. Et surrexerunt ꝛ venerunt cum exercitu ma/gno in ĥram iuda:ꝛ miserūt nūcios ꝛ locuti sū ad iudaꝫ ꝛ ad frēs eius verbis pacificis in, dolo:ꝛ ñ intēderūt sermonib⁹ eoꝝ. Viderunt enim qꝫ ve/nerūt cum exercitu magno ꝛ conuenerūt ad alchi/mum ꝛ bachidē congregatio scribaꝝ requirere q̄ iusta sunt. Et ꝓmi assidei qui erant ī filijs isrl̄ ꝛ exgrebant ab eis pacem. Dicebant enī. Domo sa/cerdos de semine aaron venit:non decipiet nos. Et locutus ē cū eis ẏba pacifica:ꝛ iurauit illis di/cens. Nō inferem⁹ vobis malum:neqꝫ amicis ve/stris. Et crediderūt ei:ꝛ cōꝑhendit ex eis sexagin/ta viros:ꝛ occidit eos in vna die ꝛm verbum qō scriptum est. Carnes scōꝝ tuoꝝ ꝛ sanguinē ipoꝝ effuderunt in circuitu irl̄m:ꝛ non erat qui sepeli/ret. Et incubuit timoꝝ ꝛ tremoꝝ in oēm ꝑplm:qꝫ dixerunt. Non est veritas ꝛ iudiciū in eis. Trās/gressi sunt enim cōstitutū ꝛ iusiurādū qō iurave/runt. Et mouit bachides castra ab irl̄m ꝛ applicuit in bethçecha:ꝛ misit ꝛ cōꝑhendit multos ex eis qui a se refugerant:ꝛ quosdam de ꝑplo mactauit ꝛ in puteū magnum ꝓiecit. Et cōmisit regionem alchimo. Et reliquit cū eo auxilium in adiutori/um ipi. Et abijt bachides ad regem. Et satis age/bat alchim⁹ ꝓ ꝓncipatu sacerdotij sui. Et conue/nerunt ad eū oēs qui perturbabant ꝑplm suū :ꝛ obtinuerūt ĥram iuda:ꝛ fecerunt plagā magnam in isrl̄. Et vidit iudas oīa mala que fecit alchim⁹:ꝛ q cuꝫ eo erāt filijs israhel multo pl⁹ q̄ gentes:ꝛ exijt ī oēs fines iudee in circuitu ꝛ fecit vindictaꝫ in viros desertores:ꝛ cessauerūt vltra exire in re/gionez. Vidit aūt alchim⁹ q ꝓualuit iudas ꝛ q cū eo erāt:ꝛ cognouit qꝫ non pōt sustinere eos:ꝛ regressus est ad regē:ꝛ accusauit eos multis cri/minibus. Et misit rex nicanorē vnū ex ꝓcipib⁹ suis nobilioribus q erat inimicitias exercēs ꝺ isrl̄ ꝛ mandauit ei euertere ꝑplm. Et venit nicanor in hierusalē cū exercitu magno:ꝛ misit ad iudaꝫ ꝛ ad fratres ei⁹ verbis pacificis cū dolo dicēs. Nō sit pugna ĩter me ꝛ vos. Veniaꝫ cuꝫ viris paucis vt videā facies vr̄as cū pace. Et venit ad iudaꝫ ꝛ salutauerūt se inuicē pacifice:ꝛ hostes pati erant rapere iudam. Et innotuit ꝛmo iude qm̄ cū dolo venerat ad eū:ꝛ conterritus ē ab eo:ꝛ āplius no/luit videre faciez eius. Et cognouit nicanor qm̄ denudatū ē cōsiliū ei⁹:ꝛ exiuit obuiam iude ĩ pu/gna iuxt̄ capharsalama. Et ceciderūt ō nicanoris exercitu sere gnqꝫ milia viri:ꝛ fugerūt in ciuitatē dauid. Et p⁹ hec ẏba ascēdit nicanor ī mōtē syō ꝛ exierūt de sacerdotib⁹ ꝑplī salutare cuꝫ in pace:ꝛ demōstrare ei holocaustomata q̄ offerebant ꝓ re/ge. Et irridēs spreuit eos ꝛ polluit:ꝛ locut⁹ est su/perbe ꝛ iurauit cū ira dicēs. Nisi tradit⁹ fuerit iu/das ꝛ exercit⁹ ei⁹ ī man⁹ meas:cōtinuo cū regres/sus fuēo ī pace succēdā domū istā. Et exijt cū ira magna. Et iurauerūt sacerdotes ꝛ steterunt āte fa/ciem altaris tēpli:ꝛ flētes dixerūt. Tu dñe eligisti domū istā ad ĩuocandū nomē tuum ī ea:vt eēt domus oronis ꝛ obsecrationis ꝑplo tuo. Fac vin/dictā in hoīe isto:ꝛ exercitu eius:ꝛ cadāt ī gladio. Memento blasphemias eoruꝫ:ꝛ ne dederis eis vt permaneāt. Et exijt nicanor ab hierusalē ꝛ cas/tra applicuit ad bethoron:ꝛ occurrit illi exercitus syre. Et iudas applicuit ī adarsa cum trib⁹ milib⁹ viris. Et orauit iudas ꝛ dixit. Qui missi erant a rege sēnacherib:dñe quia blasphemauerūt te :exijt angelus ꝛ percussit ex eis centum octaginta quinq̄ milia:sic contere exercitū istū ī conspectu nostro hodie:ꝛ sciāt ceteri qꝫ male locutus est sup sācta tua:ꝛ iudica illum secūdū maliciā illi⁹. Et cōmise/runt exercit⁹ ꝓlium terciadecima die mēsis adar:ꝛ cōtrita sūt castra nicanoris:ꝛ cecidit ipse ꝓmus in ꝓlio. Vt aūt vidit exercit⁹ ei⁹ qꝫ cecidisset ni/canor ꝓiecerūt arma sua ꝛ fugerūt ꝛ ꝑsecuti sūt eos viā vnius dieī ab adaçer vsqꝫ q̄ veniat in ga/çara. Et tubis cecinerūt p⁹ eos cū significationib⁹. Et exierūt de omnib⁹ castellis iudee in circuitu:ꝛ

vẽtilabãt eos cornib⁹:z pquertebant̃ itez ad eos. Et ceciderũt omnes gladio:z nõ ẽ relict⁹ ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eoz in predã: z caput nicanoris amputauerunt z dexteram eius quam extenderat superbe:z attulerunt z suspenderunt cõtra irlm. Et letatus ẽ ppls valde:z egerunt diem illam in leticia magna. Et cõstituit agi oĩbus ãnis diem istam tertiadecima die mensis adar:z siluit tra' iuda dies paucos. VIII

Et audiuit iudas nomẽ romanoz qz sũt potentes viribus z acquiescunt ad oĩa q̃ postulant̃ ab eis:z gcũcz accesserunt ad eos statuerunt cum eis amicitias:z qz sunt potẽtes viribus. Et audierũt plia eoz z virtutes bonas quas fecerunt in gallatia:qz obtinuerũt eos z duxerunt sub tributũ. Et quãta fecerunt in regione hispanie:z q̃ in ptãtem redegerunt metalla argenti z auri q̃ illic sunt: z possederũt oẽm locum consilio suo z patientia:locacz q̃ longe erãt valde ab eis:z reges qui supuenerant eis ab extremis terre contriuerunt:z percusserũt eos plaga magna. Et ceteri autẽ dant eis tributum oĩbus ãnis. Et philippum pseu cetheoz regem z ceteros qui aduersus eos arma tulerant contriuerũt in bello:z obtinuerunt eos. Et antiochũ magnũ regem asie q eis pugnam intulerat habẽs centuz viginti elephantes z equitatum z currus z exercitum magnũ valde contritum ab eis:z qz ceperunt eum viuũ z statuerunt ei vt daret ipe z q regnarent post ipm tributũ magnum:z daret obsides:z cõstitutum. Et regionem indoz:z medos z lydos de optimis r̃gionib⁹ eoz:z acceptas eas ab eis dederũt eumeni regi. Et qz qui erant' apõ belladam voluerunt ire z tollere eos:z innotuit sermo bis z miserũt ad eos ducem vnũ:z pugnauerunt cõtra illos:z ceciderũt ex eis multi:z captiuas duxerũt vxores eoz z filios :z diripuerũt eos z ẽram eoz possederũt z destruxerunt muros eoz:z in seruitutem illos redegerunt vsqz in hunc diem. Et residua regna z insulas que aliqñ restiterãt illis exterminauerũt z in ptãtem redegerunt. Cum amicis autẽ suis z qui in ipis regez habebãt:cõseruauerunt amicitiã:z obtinuerunt regna q̃ erant pxima z que erant longe :qz quicunqz audiebãt nomen eoz timebant eos. Quibus vo vellẽt auxilio eẽ vt regnarent regnabãt. Quos autẽ vellent regno deturbabant z exaltati sũt valde. Et in oĩbus istis nemo portabat diadema:nec induebatur purpura: vt magnificaret ẽ in ea. Et qz curiã fecerunt sibi:z quotidie consulebant trecentos viginti cõsilium agentes semp de multitudine:vt q̃ digna sunt gerant. Et pmittunt vni homini magistratũ suũ per singulos annos dñari vniuerse terre sue:z oĉs obediunt vni: z nõ est inuidia neqz zelus inter eos. Et elegit iudas eupoleniu filiũ iobãnis filij iacob:z Jasonẽ filium eleaçari:z misit eos romã constituere cuz illis amicitiã z societatez:z vt auferret ab eis iugum grecoz:qz viderunt q̃ in seruitutẽ pmerent regnum isrl. Et abierunt romã viam multam valde:z introierũt curiam z dixerũt. Judas machabeus z fratres eius z ppls iudeoz miserunt nos ad vos statuere vobiscũ societatez z pacem:z cõscribere nos socios z amicos vros. Et placuit sermo in cõspectu eoz. Et hoc rescriptuz qõ rescripserunt in tabulis ereis:z miserũt i irlm vt eẽt apõ eos ibi memoriale pacis z societatis. Bene fit romanis z gẽti iudeozum in mari z in terra i eternũ:gladiusqz z hostis procul fit ab eis. Cz si insteterit bellum romanis prius aut oĩbus sociis eozum in omni dñatione eozũ:auxiliuz ferret gens iudeozũ prout tempus dictauerit cozde pleno. Et preliantibus nõ dabũt neqz submũstrabũt triticum arma pecuniam naues sicut placuit romanis:z custodiunt mandata eozũ nihil ab eis accipiẽtes. Siliter ãt z si genti iudeozũ prius acciderit bellum:adiuuabũt romani ex animo put eis tempus permiserit:z adiuuantib⁹ non dabitur triticuz arma pecunia naues sicut placuit romãis: z custodient mandata eozum absqz dolo. Scõm hec verba constituerunt romani populo iudeorum. Cz si post hec verba bi aut illi addere aut demere ad hec aliquid voluerint:facient ex proposito suo: z quecunqz addiderint vel dempserint rata erunt. Sed z de malis que demetri⁹ rex fecit in eos:scripsimus eis dicentes. Quare gratasti iugum tuum super amicos nostros z socios iudeos. Si q̃ iterum adierĩt nos aduersũ te:faciem⁹ illis iudiciũ:z pugnabim⁹ tecuz mari ẽraqz IX

Interea vt audiuit demetrius:quia ceciderit nicanoz z exercitus eius in prelio:apposuit bachidem z alchimum rursũ mittere in iudeam z dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam que ducit in galgala:z castra posuerunt in masoloth que est in arbellis z occupauerunt eam:z peremerunt animas hoĩum multas. In mense primo anni centesimi z quiquagesimi z secundi applicuerunt exercitum ad irlm:z surrexerunt z abierunt in berea viginti milia viroz z duo milia equitum. Et iudas posuerat castra in laisa:z tria milia viri electi cum eo. Et viderunt multitudinez exercitus: qz multi sunt z timuerũt valde:z multi subtraxerunt se de castris:z non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit iudas q̃ defluxit exercitus suus z bellum perurgebat eum:z confractus est cozde:qz non habebat tempus congregandi eos:z dissolutus est. Et dixit his qui residui erant. Surgamus z eamus ad aduersarios nostros:si poterim⁹ pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes. Non poterimus sed liberemus animas nostras modo :z reuertamur ad fratres nostros:z tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autem pauci sumus. Et ait iudas. Absit istam rem facere vt fugiamus ab eis. Et si appropiauit tempus nostruz:moriamur in virtute ppter frẽs nostros:z non inferamus

crimē gñe nr̄e. Et monuit exercit⁹ de castris: z ste
terūt illis obuiā. Et dimissi sunt eqtes ī duas ptes
z fūdibularij z sagittarij p̄ibāt exercitū: z ōmi cer
taminis oēs potentes. Bachides āt erat ī dextro
cornu: z p̄mauit legio ex duab⁹ ptib⁹ z clama
bunt tubis. Exclamauerūt āt z hi q erant ex pte
inde ēt ip̄i: z cōmota est terra a voce exercituū: z
cōmissū ē plium a mane vsq; ad vepam. Et vidit
iudas q; firmior est ps exercitus bachidis in de
xtris: z cōuenerunt cū ipo oēs ꝓstātes corde: z cō
trita ē est dextra ps ab eis: z psecut⁹ ē eos vsq; ad
montē açoti. Et q in sinistro cornu erāt viderunt
q; cōtritū ē dextrum cornu: z secuti sūt p̄ iudam
z eos q cum ipo erant a tergo. Et ingrauatū ē p̄
liuz: z ceciderūt vulnerati multi ex his z ex illis.
Et iudas cecidit: z ceteri fugerunt. Et ionathas z
simon tulerunt iudā fr̄em suū: z sepelierunt eum
in sepulchro patrū suox ī ciuitate modin. Et fle
uerunt eū oēs ppl̄s isr̄l̄ plāctu magno: z lugebāt
dies multos: z dixerunt. Quō cecidit potēs q sal
uum faciebat ppl̄m isr̄l̄? Et cetera v̄ba belloꝝ in
de z virtutū quas fecit z magnitudis eius nō sūt
descripta. Nimulta enī erāt valde. Et factum ē p̄
obitum iude emerserunt iniqui in oībus finibus
isr̄l̄: z exorti sūt oēs q opabantur iniquitatē. In
diebus illis facta ē fames magna valde: z tradi
dit se bachidi oīs regio eox cū ipis. Et elegit ba
chides viros impios: z cōstituit eos dn̄os regio
nis: z exquirebāt z pscrutabāt amicos inde: z ad
ducebāt eos ad bachidē: z vindicabat in illos z
illudebat. Et facta est tribulatio magna ī isr̄l̄: q̄lis
nō fuit ex die qua nō est visus ꝓpha in isr̄l̄. Et cō
gregati sūt oēs amici iude: z dixerūt ionathe. Ex
quo fr̄ tuus iudas defūctus est: vir similis ei nō ē
qui exeat cōtra inimicos nr̄os bachiden: z eos q
inimici sūt gentis nr̄e. Nunc itaq; te bodie eligi
mus ē ꝓ eo nobis in ꝓncipē z ducem ad bellan
dum bellū nr̄m. Et suscepit ionathas tpe illo ꝓn
cipatus z surrexit loco iude fr̄is sui. Et cognouit
bachides: z q̄rebat eum occidere. Et cognouit io
nathas z simon fr̄, ei⁹ z oēs qui cū eo erant: z fuge
runt ī desertum thecue: z cōsederunt ad aquā la
cus asphar. Et cognouit bachides: z die sabbato
rum venit ip̄e z oīs exercitus ei⁹ trās iordanem.
Et ionathas misit fr̄em suū ducē ppl̄i: z rogauit
nabutheos amicos suos vt cōmodarent illis ap
paratum suū qui erat copiosus. Et exierūt filij iā
bri ex madaba z cōp̄henderunt iobānez z oīa q̄
bēbat: z abierunt hūtes ea. Post hec v̄ba renū
ciatum ē ionathe z simoni fr̄i eius: q; filij iambri
faciunt nuptias magnas z ducūt sponsaz ex ma
daba filiam vnius de magnis ꝓncipib⁹ chanaan
cū ambitione magna. Et recordati sūt sanguinis
iobānis fr̄is sui: z ascenderūt z absc̄oderūt se sub
tegumēto mōtis. Et eleuauerūt oculos suos z vi
derūt: z ecce tumultus z apparatus mlt̄us: z spō
sus ꝓcessit z amici eius: z fr̄es ei⁹ obuiam illis cū
tympanis z musicis z armis multis. Et surrexe
runt ad eos ex insidijs: z occiderūt eos: z cecide
runt vulnerati multi: z residui fugierunt ī mon
tes. Et acceperunt oīa spolia eox: z conuerse sunt
nuptie in luctum: z vox musicox ipox in lamētū
Et vindicauerunt vindictā sāguinis fr̄is sui: z re
uersi sūt ad ripā iordanis. Et audiuit bachides:
z venit die sabbatox vsq; ad oraz iordanis ī vir
tute magna. Et dixit ad suos ionathas. Surga
mus z pugnem⁹ ꝑ inimicos nr̄os. Nō ē. n. bodie
sicut heri z nudiustertius. Ecce. n. bellū ex aduer
so: aqua vo iordanis hinc z inde z ripe z paludes
z saltus: z nō est locus diuertēdi. Nunc ergo cla
mate in celū: vt liberemini de manu inimicoruz
vroz. Et cōmissum ē bellū. Et extēdit ionathas
manū suam pcutere bachidē: z diuertit ab eo re
tro. Et dissilijt ionathas z qui cū eo erāt ī iorda
nem: z trasnatauerūt ad eos iordanez. Et cecide
runt de pte bachidis die illa mille viri z reuersi
sunt ī ir̄l̄m. Et edificauerūt ciuitates munitas ī iu
dea: munitionē q̄ erat in hiericho z in āmaū z be
thoron z bethel z thānatha z phara z thopo⁹ m u
ris excelsis z portis z seris. Et posuit custodiam
ī eis: vt inimicitias exercerēt in isr̄l̄. Et muniuit ci
uitatē bethsuram z gaçaram z arcē: z posuit ī eis
auxilia z apparatū escaz: z accepit filios ꝓncipuz
regionis obsides: z posuit eos in arce ī ir̄l̄m ī cu
stodiam. Et āno centesimo qnquagesimo tertio
mense scōo p̄cepit alchimus destrui muros do
mus sancte interioris: z destrui opa ꝓphetarum.
Et cepit destruere. In tpe illo pcussus est alchi
mus: z impedita sūt opa illius: z obclusum est os
eius z dissolut⁹ ē paralysi: nec vltra potuit loqui
v̄bum z mādare de domo sua. Et mortu⁹ est al
chimus in tpe illo cū tormento magno. Et vidit
bachides q̄m mortu⁹ est alchimus z reuersus est
ad regē: z siluit terra ānis duobus. Et cogitauerūt
dere? Hꝛopha⁊? Etiā dico vobis: z pl⁹ q̄ ꝓphaz.
Hic ē enī de q̄ ſcriptū ē. Ecce ego mitto angelum
meū añ faciē tuā q p̄parabit viā tuam añ te. Amen
dico vob: nō ſurrexit iter natos mulieruꝫ maioꝛ
iohāne baptiſta. Qui aūt minoꝛ ē in regno celoꝝ:
maioꝛ ē illo. A dieb⁹ aūt iohānis baptiſte vſq nc̄
regnū celoꝝ vi patit̄: z violēti rapiūt illō. Om̄es.n.
ꝓphe z lex vſq ad iohānem ꝓphetauerunt: z ſi
vultis recipere: ipe eſt helias q venturꝰ eſt. Qui hz
aures audiēdi audiat. Cui aūt ſimilē eſtimabo gene
rationē iſtā? Similis ē pueris ſedentib⁹ i foꝛo: q cla
mātes coeq̄lib⁹ dicūt. Lccinim⁹ vobis z nō ſalta
ſtis lamētauim⁹ z n̄ plāxiſt⁊. Venit.n. iohānes neq⁊
māducās neq⁊ bibens: z dicunt: dēonū hz. Venit
filiꝰ hōis māducās z bibēs: z dicūt ecce hō voꝛax
z potatoꝛ vini: publicanoꝝ z peccatoꝝ amic⁹. Et
iuſtificata ē ſapia a filijſ ſuis. Tūc cepit exp̄obra
re ciuitatib⁹ in qb⁹ facte ſūt plurime virtutes ei⁹:
q⁊ non egiſſent pn̄iam. Ue tibi coꝛoçaim: ve tibi
bethſaida: q⁊ ſi in tyro z ſidone facte eēnt virtu/
tes q̄ facte ſūt i vobis: olī in cilitio z cinere pn̄iaz
egiſſent. Verūt̄n dico vob: tyro z ſidoni remiſſi⁹
erit in die iudicij q̄ vob. Et tu capharnaū: nūqd
vſq⁊ i celū exaltaber⁊? Vſq⁊ in ī fernū deſcendes.
Quia ſi i ſodomis facte fuiſſēt virtutes que facte
ſūt i te: forte mānſiſſēt vſq⁊ i hāc die. Verūtamen
dico vob: q⁊ r̄e ſodomoꝝ remiſſi⁹ erit in die iu/
dicij q̄ tibi. In illo tp̄e r̄ndens ih̄s dixit. Cōfite
boꝛ tibi p̄ dñe celi z r̄e: q⁊ abſcōdiſti hec a ſapi
entib⁹ z p̄udētib⁹: z reuelaſti ea p̄uul⁊. Ita p̄: q̄m
ſic fuit placitum añ te. Omia mihi tradita ſūt a p̄re
meo. Et nemo nouit filiū niſi p̄: neq⁊ p̄rem quis
nouit niſi filiꝰ: z cui voluerit filius reuelare. Ve/
nite ad me oēs qui laboꝛat⁊ z onerati eſt⁊: z ego
reficiā vos. Tollite iugū meū ſup vos: z diſcite
a me q⁊ mit⁊ ſū z humilis coꝛde: z īuenietis reḡ
aīab⁹ vr̄is. Iugū.n. meū ſuaue ē: z on⁹ meū leue. XII

In illo tp̄e abiit ih̄s p̄ ſata ſabba/
to: diſcipli aūt ei⁹ eſurientes ceperūt vellē ſpi
cas z manducare. Phariſei aūtē videntes
dixerūt ei. Ecce diſcipuli tui faciūt qđ non lz eis
facere ſabbatis. At ille dixit eis. Nō legiſtis qđ
fecerit dauid qñ eſurijt z q cū eo erant: quō ītra/
uit i domū dei: z panes ꝓpoſitionis comedit: q⁊
n̄ licebat ei edere neq⁊ bis q cū eo erāt: niſi ſol⁹ ſa
cerdotib⁹? Aut nō legiſtis i lege: q⁊ ſabbat⁊ ſacer
dotes i tēplo ſabbatū violant: z ſine crimīe ſūt?
Dico aūt vobis: q⁊ tēplo maioꝛ eſt h̄. Si aūt ſciret⁊
qđ eſt mīam volo z nō ſacrificiū: nūq⁊ condēnaſ
ſetis īnocentes. Dñs.n. eſt filiꝰ hōis: ēt ſabbati. Et
cū ide trāſiſſet: venit i ſynagogā eoꝝ. Et ecce hō
manū hn̄s aridā: z īterrogabāt eū dicentes. Si l⁊
ſabbatis curare vt accuſarēt eū. Ipe aūt dixit illi.
Quis erit ex vobis hō q hēat ouez vnā: z ſi ceci/
derit hec ſabbatis in foueaz: nōne tenebit z leua
bit eā? Quanto magis melioꝛ ē hō ove? Itaq⁊ licz
ſabbatis bn̄facē. Tūc ait hōi. Extēde manū tuā.
Et extēdit: z r̄ſtituta ē ſanitati ſic̄ alia. Exeūtes aūt
phariſei ꝯſiliū faciebāt aduerſus eū: quō pderēt
eū. Ihs aūt ſciens r̄ceſſit ide: z ſecuti ſūt eū⁊ multi: z
curauit eos oēs. Et p̄cepit eis: ne mānifeſtū eū face
rēt: vt adiplēt qđ dctm̄ ē p īſaiā ꝓphaz dicēt̄. Ec
ce puer me⁹ quē ego elegi: dilect⁹ me⁹ i q̄ bn̄ cōpla
cuit añe mee: ponā ſpm̄ meū ſr̄ eū: z iudiciū gēt̄b⁹
nūciabit. Nō ꝯtēdet nz clamabit: nz audiet aliq⁹
i plateis vocē ei⁹. Harūdinē q̄ſſatā n̄ ꝯfrīgz z linū
fūigāſ n̄ extīguet: dōec eijciat ad victoriā iudiciū

ꝛ in noīe eiꝰ gētes sperabūt. Tūc oblatꝰ ē ei demo
niū bñs ceꝯ ꝛ mutꝰ: ꝛ curauit eū ita vt loq̄reꝫ ꝛ vi
deret. Et stupebāt oēs turbe ꝛ dicebāt. Nūqd hꝫ
ē filiꝰ dauid. Pharisei aūt audiētes dixerūt. Hic
nō eijcit demōes: nisi ī beelçebub ꝓncipe demo
niorū. Ihs aūt sciēs cogitatiōes eorum dixit eis:
Oē r̄gnū diuisū ō se ōsolabiť ꝛ ois ciuitas vł do
mus diuisa ō se nō stabit. Et si sathanas sathanaz
eijcit: aduersus se diuisus ē: quō ḡ stabit regnum
eius? Et si ego ī beelçebub eijcio demōes: filij vr̄i
ī quo eijciūt? Jō ipi iudices vr̄i erūt. Si aūt ego ī
spū dei eijcio demōes: igiť puēit ī vos regnū dei.
Aut qnō pōt q̄sqū intrare ī domū fortꝭ: ꝛ vasa eiꝰ
deripe: nisi ꝓus alligauerit fortē? Et tūc domū il
lius diripiet. Qui nō ē mecū ō me ē: ꝛ q nō ogre
gat mecū spargit: Jō dico vobis: oē peccatū blas
phemie remittet hoibꝰ: spūs aūt blasphemie nō
remittetur. Et qcūq̄ dixerit vbum ō filiuz hois
remittet ei: q autē dixerit ō spm̄ sctm̄ nō remittet
ei: neq̄ ī hoc seculo: neq̄ ī futuro. Aut facite arborē
bonā: ꝛ fructū eius bonū: aut facite arborē malaz
ꝛ fructū eiꝰ malū. Si qdē ex fructu arbor agnosci
tur. Progenies vipar̄: quō potest? bōa log cū sitis
mali? Ex abūdātia n. cordis os logit. Bonꝰ hō de
bono thesauro ꝓfert bōa: ꝛ malꝰ hō de malo the
sauro ꝓfert mala. Dico aūt vobis: q̄m oē vbū oci
osū q̄ locuti fuerit hoies: reddēt rationē de eo ī
die iudicij. Ex verbis n. tuis iustificaberis: ꝛ ex vr̄
bis tuis ꝯdēnaberꝭ. Tūc r̄ndērūt ei qdā ō scribis
ꝛ phariseis dicētes. Magister volumꝰ a te signuz
videre. Qui r̄ndēs ait illis. Gnātio mala ꝛ adulte
ra signū q̄rit: ꝛ signū nō dabiť ei nisi signum ione
ꝓphe. Sicut n. fuit iōas ī vētre ceti tribꝰ dieb ꝰ ꝛ
tribus noctib ꝰ: sic erit filiꝰ hois ī corde ṫre tribus
dieb ꝰ ꝛ tribꝰ noctibus. Viri ninivite surgēt ī iudi
cio cū gnātiōe ista: ꝛ cōdenabūt eā: q̄z pniam ege
rūt ī ꝓdicatiōe ione. Et ecce plus q̄ ionas hic. Re
gīa austri surget ī iudicio cū gnātiōe ista ꝛ cōdē
nabit eā: q̄z venit a finib ꝰ ṫre audire sapiam salo
monis. Et ecce plus q̄ salamō hic. Cū aūt imūdus
spūs exierit ab hoīe: ābulat p loca arida q̄rens re
quiē ꝛ nō iuenit. Tūc dic. Reuertar ī domū me
am vnde exiui. Et veniēs iuenit eā vacantē: sco
pis mūdatā ꝛ oznatā. Tūc vadit ꝛ assumit septez
alios spūs secū negoz es se: ꝛ ītrantes hītant ibi: ꝛ
fiūt nouissima hōis illi ꝰ peiora ꝓrib us. Sic erit
gnātioni huic pessime. Adhuc eo loquēte ad tur
bas: ecce mr̄ eiꝰ ꝛ frēs stabāt foris: querentes log
ei. Dixit aūt ei qdaz. Ecce mr̄ tua ꝛ frēs tui foris
stāt q̄rentes te. At ipe r̄ndēs dicēti sibi ait. Que ē
mater mea: ꝛ q sūt frēs mei? Et extēdēs manū ī di
scipulos suos dixit. Ecce mr̄ mea ꝛ frēs mei. Qui
cūq̄ n. fecerit volūtatē pr̄is mei q in celis est ipe
meus frater sororꝭ ꝛ mater est. XIII

In illo die exiens ihs de domo sedebat
secus mare. Et ogregate sūt ad eū turbe
multe: ita vt ī nauiculā ascendēs sedēt ꝛ
ois turba stabat ī littore: ꝛ locutus ē eis multa in
perabolis dicēs. Ecce exijt qui semiat seminare.
Et dum semiat: quedā ceciderūt secus viā: ꝛ ve
nerūt volucres ꝛ comederūt ea. Alia aūt cecide
runt in petrosa vbi nō habebant terrā multā: ꝛ cō
tinuo exorta sūt: q nō habebāt altitudine terre.
Sole aūt orto extuauerunt: ꝛ q nō habebant ra
dicem aruerūt. Alia autē ceciderūt in spīas: ꝛ cre
uerūt spine ꝛ suffocauerūt ea. Alia autem cecide
runt: in terram bonā: ꝛ dabāt fructum aliud cē
tesimum: aliud sexagesimū: aliud tricesimum. Qui
habet aures audiendi audiat. Et accedentes di
scipuli dixer̄t ei q̄re ī pabolis loquer̄? eis? Qui r̄n
dens ait illis. Quia vobis datū est nosse mysteri
um regni celorū: illis aūt non ē datum. Qui n. hz
dabitur ei: ꝛ abūdabit: qui aūt nō habet: ꝛ qđ hz
auferetur ab eo. Jō in pabolis loquor eis: q̄z vi
dentes nō vidēt: ꝛ audiētes non audiūt neq̄ ītel
ligunt: ꝛ adimplet ī eis ꝓphetia isaie dicētis. Au
ditu audietis ꝛ intelligetis: ꝛ videtes videbitis ꝛ
non videbitis. Incrassatū ē n. coꝛ ppli huius ꝛ
auribus grauiter audierūt: ꝛ oculos suos clause
runt: ne q̄n videant oculis ꝛ auribus audiāt ꝛ coꝛ
de intelligant: ꝛ cōuertant: ꝛ sanē eos. Vestri aūt
beati oculi q̄z vidēt: ꝛ aures vestre q̄z audiūt.
Amē ogpe dico vob: q̄z mlti ꝓphe ꝛ iusti cupierť
videre q̄ videtis: ꝛ n̄ viderūt: ꝛ audire q̄ auditis: ꝛ
non audierūt. Vos ḡ audite pabolā seminantis.
Oīs qui audit vbum regni ꝛ non intelligit: venit
malus ꝛ rapit qō seminatū est in coꝛde eius: hic
est qui secus viam seminatus ē. Qui autem super
petrosa seminatꝰ est: hic est qui verbū audit: ꝛ eō
tinuo cū gaudio accipit illud. Non habet autez
in se radicem: sed ē tpalis. Facta autē tribulatio
ne ꝛ psecutiōe ꝓpter verbum cōtinuo scādaliça
tur. Qui autē seminatꝰ est in spinis hic ē qui ver
bum dei audit: ꝛ sollicitudo scli isti ꝰ ꝛ fallacia di
uiciarum suffocat verbū: ꝛ sine fructu efficitur.
Qui vero in terram bonā seminatus ē: hic ē qui
audit verbuz ꝛ intelligit ꝛ fructū affert: ꝛ facit ali
ud qdem centesimū: aliud autem sexagesimum:
aliud vero tricesimū. Aliam parabolā ꝓposuit
illis dicens. Siť factum ē regnum celorū homi
ni qui seminauit bonum semē in agro suo. Cum
autē dormirent homines: venit inimicꝰ eiꝰ ꝛ su
perseminauit çiçania in medio tritici: ꝛ abijt. Cū
autē creuisset herba ꝛ fructum fecisset: tunc appa
ruerūt ꝛ çiçania. Accedētes autē serui patrisfamī
lias: dixerunt ei. Domine nōne bonum semē se
minasti in agro tuo. Unde ergo habet çiçania?
Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aut
tem dixerūt ei. Vis imus ꝛ colligimus ea? Et ait
Nō. Ne forte colligentes çiçania eradicetis siť
ꝛ triticū. Sinite vtraq̄ crescere vsq̄ ad messez:
ꝛ tpe messis dicaz messoribus. Colligite ꝓmū çi
çania: ꝛ alligate ea in fasciculos ad comburēdū:
triticum autē congregate in horreum meū. Ali
am parabolaz ꝓposuit eis dicēs. Siť est regnū
celorū grano synapis: qō accipiens hō seminauit

ī agro suo: qō minimū qdē ē oīb⁹ sēnib⁹. Cū āt creuerit: maior ē oīb⁹ olerib⁹: z fit arbor ita vt volucres celi veniant z habitāt ī ramis eius. Aliā pabolam locut⁹ ē eis. Simile ē regnū celoꝝ fermēto: qō acceptū mulier abscōdit ī farine satis trib⁹ donec fermētatū ē totū. Hec oīa locut⁹ ē ihs ī pabolis ad turbas: z sine pabolis nō loqbat eis: vt ipleretur qō dictū erat p ppham dicentē. Aperiam ī pabolis os meū: eructuabo abscōdita a cōstitutiōe mūdi. Tūc dimissis turbis venit ī domū: z accesserunt ad eū discipuli ei⁹ dicētes. Edissere nobis pabolaz çiçanioꝝ agri. Qui rndens ait. Qui seminat bonū semē ē filius hōis. Ager āt ē mund⁹. Bonus vo semē: hi sūt filij regni. Ziçania āt filij sūt nequā. Inimic⁹ āt q seminauit ea ē diabol⁹. Messis vo cōsūmatio seculi ē. Messores āt angeli sūt. Sicē ergo colligūt çiçania z igni cōburūt: sic erit ī cōsumatiōe seculi. Mittet filius hōis angelos suos z colligēt de regno ei⁹ oīa scādala: z eos q faciūt inigtatē z mittēt eos ī caminū ignis. Ibi erit fletus z stridor dētiū. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in rgno pris eoꝝ. Qui hz aures audiēdi audiat. Simile ē rgnū celoꝝ thesauro abscōdito ī agro quē q ūuenit hō abscōdit: z p gaudio illi⁹ vadit z vendit vniuersa q̄ hz: z emit agrū illū. Iterū simile ē regnū celoꝝ hōi negociatori: qrēti bonas margaritas. Inuēta āt vna pciosa margarita abiit z vēdidit oīa q̄ hūit: z emit eā. Iterū simile ē regnū celoꝝ sagene misse ī mare: z ex oī genē pisciū cōgregāti. Quā cū ipleta eēt educētes: z sec⁹ litⁿ sedētes elegerūt bonos ī vasa: malos aūt foras miserūt. Sic erit ī cōsumatiōe seculi. Exibūt āgeli: z separabūt malos de medio iustoꝝ z mittēt eos ī cāinū ignis ibi erit fletⁿ z stridor dētiū. Intellexistis hec oīa? dicūt ei. Etiaz. Ait illis. Ideo oīs scriba doct⁹ in rgno celorū simis ē hoi pfamilias: q pfert de thesauro suo noua z vetera. Et factū ē cū consumassz ihs pabolas istas: trāsijt inde. Et veniēs ī patriā suā docebat eos in synagogis eoꝝ: ita vt mirarent z dicerent. Unde huic sapia hec z virtutes? Nōne hic ē fabri filius? Nōne mr eius dr maria: z frēs eius iacob z ioseph z simō z iudas: z sorores eius nōne oēs apud nos sūt? Unde q huic oīa ista? Et scādalizabāt in eo. Ihs autē dixit eis. Nō ē ppha sine honore nisi ī pria sua: z ī domo sua. Et fecit ibi virtutes multas ꝓpter incredulitatem illorum. XIIII

In illo tpe audiuit herodes tetrarcha fama ihu: z ait pueris suis hic ē iohānes baptista: ipe surrexit a mortuis z iō virtutes opāt ī eo. Herodes.n. tenuit iohānem z alligauit eū: z posuit ī carcere ꝓpter herodiadē vxorem frīs sui. Dicebat.n. illi iohānes. Nō licet tibi habē eā. Et volēs illū occidere timuit pplm: qz sicē pphaz eū hēbāt. Die āt natalis herodis: saltauit filia herodiadis ī medio: z placuit herodi. Unde cuz iura mēto pollicit⁹ ē ei dare: qcūqz postulassz ab eo. At illa pmonita a mre sua da mihi īgt hic in disco caput iohānis baptiste. Et cōtristat⁹ ē rex: ppter iuramētū āt z eos q piter recūbebant iussit dari. Misitqz z decollauit iohānē ī carcere. Et allatū ē caput ei⁹ ī disco: z datū ē puelle: z illa attulit mri sue. Et accedētes discipuli ei⁹ tulerūt corpus ei⁹ z sepelierūt illō: z venientes nūciauerūt ihu. Qō cū audisset ihs cessit inde ī nauiculā: ī locū ōrtū seorsū. Et cū audissēt turbe: secute sūt eū pedestres ō ciuitatib⁹. Et exiēs vidit turbā multā: z misert⁹ ē eis: z curauit languidos eoꝝ. Uespe āt fcō accesserūt ad eū discipuli ei⁹ dicētes. Deserta ē loc⁹ z hora iā ptijt: dimitte turbas: vt eūtes ī castella emāt sibi escas. Ihs āt dixit eis. Nō hūt necesse ire: date illis vos māducare. Rndērūt ei. Non hem⁹ hic nisi quinqz panes z duos pisces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cū iussisset turbā discūbē sup fenū: acceptis quinqz panibus z duob⁹ piscib⁹: aspiciens ī celū bndixit z fregit: z dedit discipulis panes discipuli āt turbis. Et manducauerūt oēs z saturati sūt. Et tulerūt fligas duodecī caphios fragmentoꝝ plenos. Manducātiū āt fuit numer⁹ quinqz milia viroꝝ: exceptis mulieribus z puuls. Et statī cōpulit discipulos ascēdere ī nauiculā: z pcedere eū trās fretū donec dimitterz turbas. Et dimissa turba ascēdit ī mōtē sol⁹ orare. Uespe āt fcō: sol⁹ erat ibi. Nauicula āt medio mari iactabat fluctib⁹. Erat.n. ventus vēt⁹. Quarta āt vigilia noctis venit ad eos ābulās supra mare. Et videtes eum supra mare ābulātē: turbati sūt dicētes: qz fantasma ē. Et p timoꝝ clamauerūt. Statimqz ihs locutus ē eis dicēs. Habēte fiduciā: ego sū: nolite timē. Rndēs āt petr⁹ dixit. Dne si tu es iube me venire sup aquas. At ipe ait. Ueni. Et descēdēs petr⁹ de nauicula ābulabat sup aquā vt veniret ad ihm. Uidēs vo vētū validū timuit. Et cū cepisset mergi clamauit dicēs. Dne saluū me fac. Et cōtinuo ihs extēdēs manū apphendit eū: z ait illi. Modice fidei ꝙre dubitasti? Et cū assēdissēt ī nauiculā cessauit vēt⁹. Qui āt in nauicula erāt: venerunt z adorauerūt eū dicētes. Uere filius dei es. Et cum trāsfretassēt venerūt ī trā genesar. Et cū cognouissent eū viri loci illi⁹: miserūt in vniuersā regionē illā: z obtulerūt ei oēs male hītes: z rogabāt eum vt vel fimbriā vestimēti eius tangerent. Et quicunqz tetigerunt salui facti sunt. XV

Tunc accesserūt ad eum ab hierosolymis scribe z pharisei dicētes. Quare discipuli tui trāsgrediūt traditiones seniorū? Nō.n. lauant manus suas cū panē māducāt. Ipe āt rndēs ait illis. Quare z vos trāsgredimini mādatuz dei ꝓpter traditiōem vram? Nam deus dixit. Honora patrem z mrem: z q maledixerit pri vel mri: morte moriat. Vos aūt dicitis. Qcūqz dixerit pri vel matri munus quodcūqz est ex me tibi proderit: z nō honorificabit patrem suum aut matrem suā: z irritū fecistis mandatum dei ꝓpter traditionē vram. Hypocrite: bñ prophetauit de vobis isaias dicēs. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorū longe ē a me. Sine cā aūt colūt me docētes doc-

trinas: ⁊ mãdata hoĩum. Et cõuocat ad se turbis dixit eis. Audite ⁊ ĩtelligite. Non qõ ĩtrat ĩ os co ingnat hoĩem: sz qõ pcedit ex ore hoc coingnat hoĩez. Tũc accedẽtes discipli ei dixerũt ei. Scis qz pharisei audito ɔ vbo scãdaliçati sunt? At ille rñdẽs ait. Omis plãtatio quã nõ plãtauit pr̃ meus celestis: eradicabit. Dimite illos: ceci sũt: ⁊ duces cecoꝝ. Cec aũt si ceco ducatũ pstet: ãbo i fouea cadũt. Rñdẽs aũt petr: dixit ei. Edissere nobis parabolã istã. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos sine ĩtellectu estis? Nõ ĩtelligit qz oẽ qõ in os ĩtrat ĩ vẽtrẽ vadit: ⁊ in secessũ emittit. Que aũt pcedũt ō ore: de corde exeũt, ⁊ ea coingnãt hoĩem. De corde.n. exiunt cogitatiões malẽ: homicidia: adultería fornicatiões: furta: falsa testimõia: blasphemie. Hec sũt q̃ coingnãt hoĩem. Nõ lotꝰ aũt manib mãducare nõ coingnat hoĩem. Et egressus inde ihs secessit in ptes tyri ⁊ sidonis. Et ecce mulier chananea a finib illis egressa clamauit dicens ei. Miserẽ mei dñe fili dauid filia mea male a demonio vexat. Qui nõ rñdit ei vbũ. Et accedẽtes discipuli ei rogabant eũ dicẽtes. Dimitte eã: qz clamat p nos. Ipse aũt rñdẽs ait. Nõ sũ missus nisi ad oues q̃ pierũt dom ist. At illa venit ⁊ adorauit eũ dicẽs. Dñe adiuua me. Qui rñdens ait. Nõ ẽ bonũ sumẽ panẽ filiozũ: ⁊ mittẽ canib. At illa dixit. Etiã dñe. Nam ⁊ catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽsa dñozũ suoꝝ. Tũc rñdẽs ihs: ait illi. O mulier magna ẽ fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata ẽ filia ei ex illa hora. Et cũ trãsisz ide ihs: venit sec mare galilee: ⁊ ascẽdẽs ĩ montẽ sedebat ibi. Et accesserũt ad eũ turbe multe: hñtes secũ mutos: cecos: claudos: debiles: ⁊ alios multos: ⁊ piecerũt eos ad pedes ei: ⁊ curauit eos ita vt turbe mirarẽt videtes mutos loquẽtes: claudos ãbulãtes: cecos videtes: ⁊ magnificabãt deũ ist. Ihs aũt cõuocat discipulis suis dixit. Misereor turbe: qz triduo iã pseuerãt mecũ: ⁊ non hñt qõ manducẽt. Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiãt in via. Et dicũt ei discipuli. Unde g nobis ĩ deserto panes tãtos: vt saturem turbã tantam? Et ait illis ihs. Quot pães hẽtis? At illi dixerũt septẽ: ⁊ paucos pisciculos. Et pcepit turbe: vt discũberẽt sup terrã. Et accipiẽs septẽ pães: ⁊ pisces ⁊ gras agẽs fregit ⁊ dedit discipulis: ⁊ discipuli dederũt pplo: ⁊ cõederũt ⁊ oẽs saturati sũt. Et qõ supfuit de fragmẽt tulerũt septẽ sportas plenas. Erãt autẽ q mãducauerũt q̃tuor milia hoĩuz: expuulos ⁊ mulieres. Et dimissa turba ascẽdit in naniculã: ⁊ venit in fines magedan. XVI

Et accesserũt ad eũ pharisei ⁊ saducei tẽptãtes: ⁊ rogauerũt eũ vt signũ de celo oñderet eis. At ille rñdens ait illis. Facto vespe dicit serenũ erit: rubicũdũ est.n. celũ. Et mane hodie tẽpestas: rutilat.n. triste celũ. Faciez g celi diiudicare nostis: signa aũt tẽpoꝝ ñ potest? Gnãtio mala ⁊ adultera signũ q̃rit: ⁊ signũ nõ dabitur ei nisi signũ ione pphete. Et relict illis abijt. Et cũ veniss̃ent discipuli ei trãs fretũ: oblitι sũt panes accipe. Qui dixit illis. Intuemi ⁊ cauete a fermẽto phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. At illi cogitabant inr se dicẽtes. Quia pães nõ accepim. Sciens aũt ihs dixit eis. Quid cogitat inr vos modicę fidei: qz panes nõ hẽt? Nõdũ ĩtelligit neq recordami gnq panũ ⁊ gnq miliũ hoĩum: ⁊ q̃t cophinos supfistis? Neq septẽ panũ ⁊ q̃tuor milia hoĩum: ⁊ q̃t sportas supfistis? Quare nõ ĩtelligitis: qz nõ de pane dixi vobis: cauete a fermẽto phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. Tũc ĩtellexerũt: qz ñ dixerit cauendũ a fermento panũ: sed a doctrina phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. Venit aũt ihs ĩ ptes cesarie philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicẽs. Quẽ dicũt hoĩes ẽ filiũ hõis? At illi dixerũt. Alij iohãnem baptistã: alij aũt heliã: alij vo hieremiaz: aut vnũ ex pphetis. Dicit illis ihs. Vos aũt quem me eẽ dicitis? Rñdẽs simon petrus dixit. Tu es xps filius dei viui. Rñdens aũt ihs dixit ei. Beat es simon bariona: qz caro ⁊ sanguis nõ revelauit tibi: sed pr̃ me q in celis est. Et ego dico tibi: gtu es petrus ⁊ sup hãc petrã edificabo eccliaz meam: ⁊ porte inferi nõ pualebũt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et qõcũq ligaueris sup trã erit ligatũ ⁊ in celis: ⁊ qõcũq solueris super trã erit solutũ ⁊ in celis. Tũc pcepit discipulis suis vt nemi dicerẽt: qz ipe esset ihs xps. Exinde cepit ihs oñdere discipulis suis: qz oporteret eũ ire hierosolymã: ⁊ multa pati a senioꝝ ⁊ scribis ⁊ pncipũ sacerdotũ ⁊ occidi ⁊ tertia die resurgẽ. Et assumẽs eũ petr: cepit ĩcrepare illũ dicẽs. Absit a te dñe: ñ erit tibi hoc. Qui cõuersus dixit petro. Vade p me sathanas scandalũ es mihi: qz ñ sapis ea q̃ dei sũt: sed ea q̃ hoĩuz. Tũc ihs dixit discipls suis. Si qs vult p me venire abneget semetipm: ⁊ tollat crucẽ suã: ⁊ sequat me. Qui eniz voluerit aiam suã saluã facere: pdet eã. Qui aũt pdiderit aiam suã ppter me: ĩueniet eã. Quid.n. pdest hõi si mundũ vniuersum lucret: aie vo sue detrimẽtũ patiatur. Aut quã dabit hõ cõmutationẽ p aia sua? Filius.n. hõis vẽturus ē ĩ gl̃ia patris sui cũ angelis suis: ⁊ tũc reddet vnicuiq ɨm opa ei. Amẽ dico vobis: sũt qdã de hstantibus q non gustabunt mortẽ: donec videant filiũ hominis venientem in regno suo. XVII

Et p dies sex assũpsit ihs petrũ ⁊ iacobũ ⁊ iohãnẽ frem ei: ⁊ duxit illos ĩ mõtez excelsũ seoꝝsũ: ⁊ trãsfigurat ẽ añ eos. Et resplẽduit facies ei sicẽ sol: vestimẽta aũt ei facta sũt alba sicẽ nix. Et ecce appuerũt illis moyses ⁊ helias cũ eo loquẽtes. Rñdẽs aũt petr: dixit ad ihm Dñe bonũ ẽ nos hic eẽ: si vis faciam hic tria taberna cula: tibi vnũ: moysi vnũ: ⁊ helie vnũ. Adhuc eo loqnte: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic ẽ filius me dilectus ĩ q̃ mihi bñ cõplacui: ipm audite. Et audiẽtes discipuli ceciderũt ĩ faciẽ suã: ⁊ timuerũt valde: et accessit ihs ⁊ tetigit eos: dixitq eis. Surgite: ⁊ nolite timẽre: levãtes

ãt oculos suos neminẽ viderũt:nisi solũ ihm. Et
descendẽtib⁹ illis de mõte ꝓcepit ihs dicens: Ne
mini dixeritis visionẽ:donec filiꝰ hõis a mortuis
resurgat. Et interogauerũt eũ discipuli dicentes.
Quid g̃ scribe dicũt ꝙ heliam oportꝫ ꝑmo ve
nire? At ille rñdens ait eis. Helias qdem vẽtur⁹
ẽ:z restituet oĩa. Dico ãt vobis qz helias iã venit
z ñ cognouerũt eũ:sed fecerũt i eo qcũqꝫ volue
runt. Sic z filiꝰ hõis passur⁹ ẽ ab eis. Tunc itelle
xerũt discipuli qz ō iobãne baptista dixisset eis.
Et cum venisset ad turbam accessit ad eũ hõ ge
nibus ꝓsolutꝰ añ eũ dicẽs. Dñe miserẽ filio meo
qz lunaticꝰ ẽ:z male patit. Nã sepe cadit i ignez:
z crebro i aquã. Et obtuli eũ discipulis tuis: z ñ
potuerũt curare eũ. Rñdens ãt ihs ait. O gene
ratio incredula z puersa:quousqꝫ ero vobiscũ. Usqꝫ
quo patiar vos. Afferte huc illũ ad me. Et ĩcre
pauit illũ ihs:z exijt ab eo demoniũ:z curatꝰ est
puer ex illa hora. Tũc accesserũt discipli ad ihm
secreto z dixerũt. Quare nos nõ potuimꝰ eijcere
illũ? Dicit illis ihs: ꝓpter incredulitatẽ vraz. Amẽ
qppe dico vobis si hũeritis fidẽ sicut granũ sina
pis:dicetis mõti huic transi hĩc z trãsibit: z nihil
ĩpossibile erit vobis. Hoc ãt genꝰ ñ eijcit:nisi per
oronem z ieiuniũ. Conuersãtib⁹ ãt eis i galilea:di
xit illis ihs. Filius hõis tradẽdꝰ ẽ i manꝰ hoĩum
z occidẽt eũ:z tertia die resurget. Et cõtristati sunt
vehemẽter:z cũ venissẽt capharnaũ:accesserunt
q didrachmã accipiebãt ad petrũ:z dixerũt ei.
Magister vr̃ ñ soluit didrachmã. Ait. Etiaz. Et
cũ itrassz in domũ ꝓuenit eũ ihs dicẽs. Quid ti
bi vr̃ simon. Reges trẽ a qb⁹ accipiũt tributũ vl̃
censũ:a filijs suis:an ab alienis? Et ille dixit. Ab
alienis. Dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filij. Ut aũt
nõ scandaliçemus eos vade ad mare z mitte ha
mũ:z eũ piscẽ qui ꝑmus ascẽderit tolle. Et apto
ore eiꝰ inuenies staterem:illũ sumẽs da eis ꝓ me z te

In illa hora accesserũt disci- XVIII
puli ad ihm dicẽtes. Quis putas maior
ẽ i regno celoꝝ? Et aduocãs ihs puuluz:
statuit eũ i medio eoꝝ:z dixit. Amẽ dico vobis:
nisi cõuersi fueritis z efficiamĩ sicut puuli ñ itra
bitis i regnũ celoꝝ. Quicũqꝫ g̃ humiliauerit se sicẽ
puulus iste:hic ẽ maior i regno celoꝝ. Et q suscẽ
perit vnũ puulũ talẽ i noĩe meo me suscipit. Qui
ãt scãdaliçauerit vnũ de pusillis istis q i me cre
dunt:expedit ei vt suspẽdat mola asinaria i col
lo eius:z dimergat i ꝓfundũ maris. Ue mũdo a
scãdalis. Necesse est.n. vt veniãt scãdala. Uerũ
tamẽ ve hõi ꝑ quẽ scãdalũ venit. Si autẽ manꝰ
tua vel pes tuꝰ scandaliçat te:abscide eaz z ꝓjce
abs te. Bonũ tibi est ad vitã ĩgredi debilem vel
claudũ q̃ duas manꝰ vel duos pedes hñtem mit
ti i ignẽ ẽternum. Et si oculꝰ tuꝰ scãdaliçat te: erue
eũ z ꝓjce abs te. Bonũ ẽ tibi vnũ oculũ hñtem
i vitã itrare:q̃ duos oculos hñtem mitti i gehẽ
nã ignis. Uidete ne cõtẽnatis vnũ ex his pusill⁹.
Dico.n. vobis:qz angeli eoꝝ i celis ꝙ videt faciẽ
ꝑris mei q i celis ẽ. Uenit.n. filiꝰ hõis saluare qõ
ꝓierat. Quid vob vr̃? Si fuerit alicui cẽtũ oues
z errauerit vna ex eis:nõne relingt nonagintano
uem i mõtib⁹ z vadit q̃rere eã q̃ errauit? Et si cõti
gerit vt iueniat eã: amẽ dico vob: qz gaudet sup
eã magis q̃ sup nonagintanouẽ q̃ nõ errauerunt.
Sic ñ ẽ voluntas añ ꝑrem vr̃m q i celis ẽ:vt pe
at vnꝰ de pusillis istis. Si ãt peccauerit i te frꝰ tuꝰ
vade z corripe eũ inẽ te z ipm solũ. Si te audie
rit:lucratus eris frem tuũ. Si ãt non te audierit:
adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: vt in ore duoꝝ
vl̃ triũ testiũ stet oẽ ẏbũ. Qz si ñ audiẽit eos :dic
ecclie. Si ãt ecclĩam nõ audierit sit tibi sicut eth
nicꝰ z publicanꝰ. Amẽ dico vobis:q̃cũqꝫ alligaue
ritis sup trã erunt ligata z in celo:z q̃cũqꝫ solue
ritis sup tram:erunt soluta z i celo. Itez dico vo
bis:qz si duo ex vobis cõsenserit sup tram de oĩ
re q̃cũqꝫ petierit:fiet illis a ꝑre meo q i celis est.
Ubi.n. sũt duo vel tres cõgregati i noĩe meo :ibi
sũ i medio eoꝝ. Tũc accedẽs petrus ad eũ dixit.
Dñe quotiẽs peccabit i me frꝰ meus:z dimittaz
ei? Usqꝫ septies? Dicit illi ihs. Nõ dico tibi vsqꝫ sep
ties:sz vsqꝫ septuagies septies. Ideo assimilatũ ẽ re
gnum celoꝝ hõi regi:q voluit rõnem ponere cũ
suis suis. Et cũ cepisset rõnem ponere oblatꝰ ẽ ei
vnꝰ qui debebat ei decẽ milia talenta. Cũ ãt ñ hẽ
ret vñ redderet:iussit eũ dñs eiꝰ venũdari z vxo
rem eiꝰ z filios:z oĩa q̃ hẽbat:z reddi. Procedẽs
ãt seruus ille orabat eũ dicens. Patientiã habe in
me:z oĩa reddã tibi. Misertꝰ ãt dñs serui illius di
misit eũ:z debitũ dimisit ei. Egressus ãt seruus
ille:iuenit vnũ de cõseruis suis:q debebat ei cen
tuz denarios:z tenẽs:suffocabat eũ dicẽs. Red
de qõ debes. Et ꝓcidens cõseruꝰ eiꝰ:rogabat eũ
dicẽs. Patiẽtiam habe i me:z oĩa reddã tibi. Ille
ãt noluit:sed abiit z misit eũ in carcerẽ:donec
redderet debitũ. Uidentes ãt cõserui eiꝰ q̃ fiebãt
cõtristati sũt valde:z venerũt z narrauerũt dño
suo oĩa q̃ fctã fuerãt. Tũc vocauit illũ dñs suus:
z ait illi. Serue nequã:oẽ debitũ dimisi tibi: qm̃
rogasti me. Nõne ergo oportuit z te misereri cõ
serui tui:sicut z ego tui misertꝰ sũ? Et iratꝰ dñs eiꝰ
tradidit eũ tortoribꝰ quoadusqꝫ redderet vniuer
sum debitũ. Sic z ꝑr meꝰ celestis faciet vobis:si
ñ remiseritis vnusqsqꝫ frĩ suo de cordibꝰ vr̃is.

Et factũ ẽ cũ cõsummasset ihs sermo- XIX
nes istos migrauit a galilea:z venit in fi
nes iudee trans iordanẽ:z secute sũt eũ
turbe multe:z curauit eos ibi. Et accesserunt ad
eũ pharisei tẽptãtes eũ z dicẽtes. Si licet hõi dimit
tere vxorẽ suã q̃cũqꝫ ex cã? Qui rñdens ait eis.
Nõ legistis qz q fecit hoĩem ab initio:masculuz
z feminã fecit eos? Et dixit. Propt̃ hc̃ dimittet hõ
ꝑrem z mrem:z adherebit vxori sue:z erũt duo
in carne vna. Itaqꝫ iã nõ sunt duo sed vna caro.
Qõ ergo deus cõiunxit hõ nõ separet. Dicũt illi:
Quid ergo moyses mãdauit dari libellũ repudij
z dimittere? Ait illis. Qm̃ moyses ad duriciam

cordis vri permisit vobis dimittē vxores vras ab initio aūt nō fuit sic. Dico aūt vobis: qz qcūqz dimiserit vxorem suā nisi ob fornicationē: z aliaz duxerit: mechat. Et q dimissā duxerit: mechat. Dicūt ei discipuli ei. Si ita ē cā hois cū vxore: ñ expedit nubē. Qui dixit illis. Nō oēs capiūt vbū istud sz qb⁹ datū ē. Sūt. n. eunuchi q ō mris vtero sic nati sūt: z sūt eunuchi q facti sūt ab hoib⁹: z sūt eunuchi q seipos castrauerūt pp regnū celoz. Qui pōt capere capiat. Tūc oblati sūt ei puuli: vt manus eis iponeret z oraret. Discipuli aūt increpabāt eos. Ihs vo ait eis. Sinite puulos z nolite eos prohibere ad me venire: taliū ē. n. regnū celoz. Et cū iposuisset eis manus: abijt inde. Et ecce vn⁹ accedēs ait illi. Magister bone: qd boni faciā vt habeā vitā eternam? Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Vn⁹ ē bon⁹ de⁹. Si aūt vis ad vitā ingredi: serua mādata. Dicit illi. Que? Ihs aūt dixit. Nō homicidiū facies: nō adulterabis: non facies furtū: nō falsū testimoniū dices: honora prez tuū z mrez: diliges pximū tuū sicut teipz. Dicit illi adolescēs. Oia hec custodiui a iuuētute mea: qd adhuc mihi deest? Ait illi ihs. Si vis perfect⁹ esse vade z vende oia q hes z da pauprib⁹: z hebis thesaurū in celo: z veni sequere me. Cū audisset aūt adolescēs verbū: abijt tristis. Erat enī hns multas possessiones. Ihs āt dixit discipulis suis. Amē dico vobis: qz diues difficile intrabit in regnū celoz. Et iterū dico vobis. Facilius est camelū p foramē acus trāsire: q̄ diuitē intrare in regnū celoz. Audientes āt hec discipuli mirabātur valde dicētes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens āt ihs dixit illis. Apud hoies hoc impossibile ē: apud deū autē oia possibilia sūt. Tūc respondens petrus dixit ei. Ecce nos reliqmus oia: z secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Ihs āt dixit illis. Amē dico vobis: q̄ vos q secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis z vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus isrl. Et oīs qui reliqrit domū vel fres aut sorores aut patrem aut mrem aut vxorem aut filios aut agros propter nomē meū: centuplum accipiet: z vitā eternā possidebit. Multi aūt erūt primi nouissimi: z nouissimi primi. XX

Simile ē regnū celoz hoī patrifamilias q exijt primo mane cōducere oparios in vineā suā. Conuentione āt facta cū oparijs ex denario diurno: misit eos in vineā suā. Et egressus circa horā tertiam vidit alios stantes i foro ocioso: z dixit illis. Ite z vos in vineā meā: z quod iustum fuerit dabo vobis. Illi āt abierūt. Iterū āt exijt circa sextā z nonā horā: z fecit simr. Circa vndecimā vo exijt: z inuenit alios stantes: z dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite z vos i vineā meam. Cū sero āt factū esset: dicit dns vinee procuratori suo. Voca oparios z redde illis mercedē: incipiens a nouissimis vsqz ad primos. Cū venissent q circa vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Venientes āt z primi arbitrati sūt: q̄ plus essent accepturi: acceperūt āt z ipi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: z pares illos nobis fecisti qui portauim⁹ pondus diei z estus? At ille rñdens vni eoz dixit. Amice nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario conuenisti mecū? Tolle qd tuū ē z vade. Volo āt z huic nouissimo dare: sicut z tibi. Aut nō licet mihi qd volo facere? An oculus tuus nequa est: qz ego bonus sum. Sic erūt nouissimi primi z primi nouissimi. Multi enī sunt vocati pauci vero electi. Et ascendens ihs hierosolymā: assumpsit duodecim discipulos secreto: z ait illis. Ecce ascendim⁹ hierosolymā: z filius hois tradet principib⁹ sacerdotū z scribis: z condēnabūt eū morte: z tradet eū gentib⁹ ad illudendū: z flagellādū: z crucifigēdū: z tertia die resurget. Tūc accessit ad eū mr filioz zebedei cū filijs suis adorās z petens aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vn⁹ ad dextram tuā: z vn⁹ ad sinistrā i regno tuo. Respondens āt ihs dixit. Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibitur⁹ sum? Dicūt ei possumus. Ait illis. Calicē quidem meū bibetis: sedere āt ad dextrā meā vel sinistrā nō est meū dare vobis: sz qb⁹ paratū ē a pre meo. Et audientes decē: indignati sūt de duob⁹ frib⁹. Ihs āt vocauit eos ad se: z ait. Scitis qz principes gentiū dnant eoz z q maiores sūt potestatē exercēt in eos. Nō ita erit in vos. Sed qcūqz voluerit in vos maior fieri: sit vr minister. Et q voluerit inter vos primus esse: erit vr seruus. Sicut filius hois non venit ministrari sed ministrare: z dare aiam suā redemptionē p multis. Et egredientib⁹ illis ab hiericho secuta ē eū turba multa. Et ecce duo ceci sedētes secus viā: audierūt q ihs transiret: z clamauerūt dicētes. Pone miserere nri fili dauid. Turba āt increpabat eos vt tacerēt. At illi magis clamabant dicētes. Pone miserere nri fili dauid. Et stetit ihs: z vocauit eos z ait. Quid vultis vt faciā vobis? Dicūt illi. Pone vt apiant oculi nri. Misert⁹ āt eoz ihs: tetigit oculos eoz. Et cōfestim viderunt: z secuti sunt eum. XXI

Et cū appropinquassent hierosolymis z venissent bethphage ad montē oliueti tunc ihs misit duos discipulos dicēs eis. Ite in castellū qd̄ vos est: z statim inuenietis asinā alligatā z pullū cū ea: soluite z adducite mihi. Et si qs vobis aliqd dixerit dicite: qz dns his opus hz: z cōfestim dimittet eos. Hoc āt factū ē: vt adimplet qd dictū est p prophetam dicētē. Dicite filij syon: ecce rex tuus venit tibi māsuet⁹ sedens sup asinā: z pullū filiū subiugalis. Euntes āt discipuli fecerunt sicut precepit illis ihs. Et adduxerūt asinā z pullū: z iposuerūt sup eos vestimēta sua: z eū desup sedē fecerūt. Plurima āt turba strauerūt vestimenta sua i via. Alij āt cedebāt ramos de arboribus: z sternebāt i via. Turbe āt q precedebāt z q sequebantur: clamabāt dicētes. Osanna filio dauid: benedict⁹

qui venit in nomine dñi:osanna in altissimis. Et cū intrasset hierosolymā:cōmota est vniuersa ciuitas dicens. Quis ē hic? Populi aūt dicebāt. Hic ē ihs propha: a nazareth galilee. Et intrauit ihs in templum dei:z eijciebat oēs vendētes z emētes in templo:z mensas nūmulariorū z cathedras vendētiū colūbas euertit:z dicit eis. Scriptū ē:domus mea domus orōnis vocabit: vos aūt fecistis illā spelūcam latronū. Et accesserūt ad eū ceci z claudi in templo:z sanauit eos. Videntes aūt pncipes sacerdotū z scribe mirabilia q̄ fecit:z pueros clamantes in templo z dicētes:osanna filio dauid:indignati sūt z dixerūt ei. Audis qd isti dicūt? Ihs aūt dixit eis. Utiq. Nūq̄ legistis:q̄z ex ore infātiū z lactētiū perfecisti laudē? Et relictis illis abijt foras extra ciuitatē in bethaniā:ibiq̄ mānsit. Mane aūt reuertens in ciuitatem: esurijt. Et videns fici arborē vnā secus viā venit ad eā:z nihil inuenit in ea nisi folia tm:z ait illi. Nūq̄ ex te fructus nascat in sempiternū. Et arefacta ē cōtinuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sūt dicētes. Quō protinuo aruit? Rndens aūt ihs:ait eis. Amē dico vobis si habueritis fidē z nō hesitaueritis:nō solū de ficulnea facietis:sz z si mōti huic dixeritis tolle z iacta te in mare:fiet. Et oīa quecūq̄ petieritis in orōne credētes:accipietis. Et cū venisset in templū:accesserūt ad eū docētē pncipes sacerdotū z seniores ppli dicētes. In q̄ ptāte hec facies? Et qs tibi dedit hanc potestatē? Rndens ihs:dixit eis. Interrogabo vos z ego vnū sermonez quē si dixeritis mihi:z ego vobis dicā in q̄ ptāte hec facio. Baptismus iohānis vnde erat:e celo: an ex hoib⁹? At illi cogitabāt intra se dicentes. Si dixerim⁹ e celo:dicet nobis. Quare ḡ nō credidistis illi? Si aūt dixerim⁹ ex hoibus timem⁹ turbam. Oēs enī habebant iohānē sicut pphetā. Et rndētes ihu:dixerūt. Nescimus. Ait illis z ipse. Nec ego dico vob in qua ptāte hec facio. Quid aūt vobis vr? Hō qdam hēbat duos filios z accedens ad primum dixit. Fili:vade hodie opari in vineā meā. Ille aūt rndens ait. Nolo. Postea aūt pnīa mot⁹ abijt. Accedens aūt ad alterū dixit silr. At ille rndens ait. Ito dñe. Et non iuit. Quis ex duob⁹ fecit voluntatē pris? Dicūt ei. Primus. Dicit illis ihs. Amē dico vobis:q̄z publicani z meretrices precedūt vos in regno dei. Venit.n.ad vos iohānes in via iusticie:z nō credidistis ei. Publicani aūt z meretrices crediderūt ei: vos aūt videtes nec pnīam habuistis postea:vt crederetis ei. Aliam parabolā audite. Hō erat pfamilias q̄ plantauit vineā:z sepē circūdedit ei z fodit in ea torcular:z edificauit turrī:z locauit eā agricol⁹ z peregre profect⁹ ē. Cum aūt tps fructuū approp̄inq̄sset:misit seruos suos ad agricolas vt accipent fructus ei⁹. Et agricole apprehensis seruis ei⁹:alium ceciderūt:alium occiderūt:alium vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures prioribus:z fecerūt illis silr. Nouissime aūt misit ad eos filium suū dicēs: verebunt forte filiū meū. Agricole aūt videntes filiū: dixerunt inter se. Hic ē heres:venite occidam⁹ eum:z hēbimus hereditatē ei⁹. Et apprehensū eum eiecerūt extra vineā:z occiderūt. Cum ergo venerit dñs vinee:quid faciet agricolis illis? Aiūt illi. Malos male perdet z vineā suā locabit alijs agricolis:qui reddant ei fructū tpib⁹ suis. Dicit illis ihs. Nūq̄ legistis in scripturis. Lapidē quē reprobauerunt edificātes hic ē factus in caput anguli. A dño factū ē istud:z est mirabile in oculis nr̄is. Hō dico vobis q̄z auferet a vobis regnū dei:z dabit genti faciēti fructus eius. Et q̄ ceciderit sup lapidē istū cōfriget:sup quē vero ceciderit:cōteret eū. Et cū audissent pncipes sacerdotū z pharisei parabolas ei⁹:cognouerūt q̄ de ipis diceret. Et q̄rentes eū tenere timuerūt turbas:quōm sicut pphetā eū hēbant. Et rndēs ihs dixit iterū in parabolis eis dicens. CXII

Simile scm̄ est regnū celorū hoī regi:qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias:z nolebāt venire. Iterū misit alios seruos dicēs. Dicite inuitatis. Ecce prandiū meū paraui:tauri mei z altilia occisa sūt:z oīa pata vēite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt:z abierūt:alius in villā suā:alius vero ad negociationē suā. Reliqui vero tenuerūt seruos ei⁹:z cōtumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratus ē:z missis exercitib⁹ suis pdidit hōicidas illos:z ciuitatē illorū succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptie qdē parate sūt:sed q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū:z quoscūq̄ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias cōgregauerūt oēs qs inuenerūt malos z bonos:z iplete sūt nuptie discūbentiū. Intrauit aūt rex vt videret discūbētes:z vidit ibi hoīem nō vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice qūo huc intrasti nō hns vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ z pedib⁹ eius:mittite eū in tenebras exteriores:ibi erit fletus z stridor dentiū. Multi aūt sūt vocati pauci vero electi. Tūc abeuntes pharisei cōsiliū inierūt vt capent eū in sermone. Et mittūt ei discipulos suos cū herodianis dicētes. Magr̄ scim⁹ q̄z verax es z viā dei in veritate doces:z nō est tibi cura de aliquo. Nō.n.respicis psonaz hoīum. Dic ergo nobis qd tibi vr̄ Licet censū dari cesari:an nō? Cognita aūt ihs nequitia eorum ait. Quid me tēptatis hypocrite. Ostendite mihi nūmisma census. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illi⁹ ihs. Cuius ē imago hec z suprascriptio? dicunt ei. Cesaris. Tūc ait illis. Reddite ergo q̄ sūt cesaris cesari:z q̄ sūt dei deo. Et audientes mirati sūt:z relicto eo abierūt. In illo die accesserūt ad eū saducei q̄ dicunt nō ē resurrectionē:z interrogauerūt eū dicentes. Magister:moyses dixit: si qs mortuus fuerit nō hns filiū:vt ducat frater eius vxorē illius z suscitet semē fri suo. Erant aūt apud nos septē fres:z primus vxore ducta defunct⁹ ē:z nō hns semē reliqt vxorē suā fri suo. Silr secūs z tertius vsq̄ ad septimū. Nouissime aūt oīum:z mulier defuncta ē. In resurrectione ergo cui⁹ erit de septē

vxor. Dēs.n. habuerūt eā. Rndens aūt ihs: ait illis. Errati nescientes scripturas neq; virtutem dei. In resurrectiōe.n. neq; nubēt neq; nubētur: sed erūt sicut angeli dei in celo. De resurrectione aūt mortuor nō legistis qō dictū est a deo dicēte vobis: ego sū de⁹ abrahā: z de⁹ isaac: z de⁹ iacob: Nō est deus mortuor: sed viuentiū. Et audientes turbe mirabāt i doctrina ei⁹. Pharisei aūt audientes q; silētiū iposuisset saduceis conuenerūt in vnū: z itrogauit eū vn⁹ ex eis leg' doctor tēptās eū. Magister qō ē mādatū magnū i lege? Ait illi ihs. Diliges dnm deū tuū ex toto corde tuo: z in tota aīa tua: z in tota mente tua. Hoc ē maximū z pmū mādatū. Secūz aūt sile est huic. Diliges pximū tuū sicut teipm. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet z pphe. Cōgregatis aūt pharisеis iterrogauit eos ihs dicēs. Quid vob vr de xpo: cui⁹ fili⁹ ē. Dicūt ei. Dauid. Ait illi. Quō ergo dauid in spū vocat eū dnm dicēs: dixit dns dno meo: sede a dxtris meis: dōec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuor? Si g dauid vocat eū dnm: quō fili⁹ ei⁹ est? Et nemo poterat ei rndē vbū: neq; ausus fuit g; ex illa die eū apli⁹ iterrogare.

XXIII

Tunc ihs locut⁹ ē ad turbas z ad discipulos suos dicēs. Sup cathedrā moysi sederūt scribe z pharisei. Oia g; q; cūq; dixerint vobis seruate z facite: scōm opa vo eor nolite facere. Dicūt.n. z nō faciunt. Alligant aūt onera grauia z iportabilia: z iponūt i humeros hoīum: digito aūt suo nolunt ea mouere. Oia vo opa sua faciunt vt videātur ab hoīb⁹. Dilatāt enī philacteria sua: z magnificant fimbrias. Amant aūt pmos recubit⁹ i cenis: z pmas cathedras in synagogis: z salutatiōes i foro: z vocari ab hoīb⁹ rabbi. Vos aūt nolite vocari rabbi. Un⁹ ē.n. mgr vr: oēs aūt vos frēs estis. Et pr̄z nolite vocare vobis sup terram. Un⁹ ē.n. pr̄ vr q; i celis est. Nec vocemi magistri: qr mgr vr vn⁹ ē xps. Qui maior ē vrm: erit mīster vr. Qui aūt se exaltauerit humiliabit̄: z qui se hūiliauerit exaltabit̄. Ve aūt vob scribe z pharisei hypocrite: q claudit⁹ regnū celor añ hoies. Vos.n. nō itratis nec itroeūtes sinitis itrare. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite q comedit⁹ domos viduar orones longas orātes: ppt̄ hoc amplius accipietis. iudiciū. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite: q circuitis mare z aridā: vt faciatis vnū pselitū: z cū fuerit fact⁹: facitis eū filiū gehenne duplo q; vos. Ve vobis duces ceci: q dicitis q cūq; iurauerit p templū nihil ē: q aūt iurauerit in auro tēpli debitor est. Stulti z ceci qd.n. maius ē aur: an tēplū qō scificat aur? Et q cūq; iurauerit in altari nihil ē: q cūq; aūt iurauerit in dono qō est sup illud dr. Ceci quid.n. maius ē: donum: an altare qō scificat donū? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo z in oībus q; sup illud sūt. Et q cūq; iurauerit in tēplo: iurat in illo z in eo q; hītat in ipo. Et q iurat in celo iurat in throno dei z in eo q; sedet sup eū. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite: q decimatis mētha z anethū z cyminū: z reliquistis q; grauiora sūt legis: iudiciū z miam: z fidē. Hec oportuit facere z illa nō omittere. Duces ceci excolātes culicē: camelū aūt glutientes. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite: qui mūdatis qō de foris est calicis z papsidis: intus aūt pleni est⁹ rapīa z īmūdicia. Pharisee cece: mūda pus qō intus ē calicis z papsidis vt fiat z id qō de foris ē mundū. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite: quia similes estis sepulchris dealbatis: q; a foris parāt hōibus speciosa: intus vo plena sūt ossib⁹ mortuor z oī spurcitia. Sic z vos a foris qdē paretis hōib⁹ iusti: intus aūt pleni estis hypocrisi z iniqtate. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite: q edificatis sepulchra pphar z ornatis monumēta iustor: z dicitis. Si fuissem⁹ i diebus patrū nror: nō essem⁹ socij eor in sanguine pphar. Itaq; testimonio estis vobismetipis: quia filij estis eor q; pphas occiderūt. Et vos iplete mēsurā patrum vror. Serpētes genimina vipa rum: quō fugietis a iudicio gehēne? Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos pphas z sapientes z scribas: z ex illis occidetis z crucifigetis: z ex eis flagellabitis i synagogis vris: z psequemini de ciuitate in ciuitatē vt veniat sup vos oīs sāguis iust⁹ q; effusus ē sup terram: a sanguīe abel iusti vsq; ad sanguinē zacharie filij barachie: quē occidistis inter tēplū z altare. Amē dico vobis veniēt hec oīa sr generationē istā. Hierusalē hierusalē: que occidis pphas z lapidas eos q; ad te missi sūt: quoties volui cōgregare filios tuos quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas: z noluisti. Ecce relinq̄tur vobis dom⁹ vra deserta. Dico enī vob nō me videbitis āmodo donec dicatis. Benedictus q; venit in noīe dnī.

XXIIII

Et egressus ihs de templo ibat. Et accesserunt discipuli ei⁹: vt ondērent ei edificationes tēpli. Ipe aūt rndens: dixit illis. Videtis hec oīa? Amē dico vobis: nō relinq̄t hic lapis sup lapidē: q; nō destruat̄. Sedēte aūt eo sup montē olineti: accesserūt ad eū discipuli secreto dicētes. Dic nobis qn hec erūt: z qō signū aduēt⁹ tui: z cōsumationis seculi. Et rndēs ihs dixit eis. Videte ne qs vos seducat. Multi enī veniēt in noīe meo: dicētes: ego sū xps: z multos seducent. Audituri.n. estis plia z opiniōes plor: videte ne turbemī. Oportet enī hec fieri: sed nōdū est finis. Cōsurget enī gens i gentē: z regnū i regnū: z erūt pestilentie z fames: z remotus p loca. Hec autem omnia initia sunt dolorum. Tūc tradēt vos i tribulationem z occident vos: z eritis odio oībus gentib⁹ ppt̄ nomē meū. Et tūc scandalizabunt multi: z inuicē tradent: z odio hēbunt inuicez. Et multi pseudo pphe surgēt: z seducēt multos: z qn abūdabit iniqtas: refrigescet charitas multor. Qui aūt pseneranerit vsq; i finē: hic salu⁹ erit. Et p̄dicabit̄ hoc euāgelium regni in vniuerso or be in testimoniū oīb⁹ gentib⁹: z tūc veniet cōsūmatio. Cum ergo videritis abboīationē desola-

tionis:que dicta est a daniele ꝓphęta stantem in loco scō:q legit intelligat. Tūc qui in iudea sūt fugiant ad mōtes:z qui i tecto:nō descēdāt tollere aliqd de domo sua:z q i agro nō reuertat tollē tunicam suā. Ue aūt ꝓgnātib⁹ z nutrientib⁹ i illis diebꝫ. Orate autem vt nō fiat fuga vr̄a hyeme vl̄ sabbato. Erit enim tūc tribulatio magna qlis nō fuit ab initio mūdi vsq; mō:neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi:nō fieret salua oīs caro: sed ꝓpter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si qs vobis dixerit:ecce hic ē xp̄s aut illic:nolite credere. Surgēt enim pseudo xp̄i z pseudo ꝓphete: z dabunt signa magna z ꝓdigia:ita vt i errorē idu cāt si fieri pōt etiā electi. Ecce prędixi vobis. Si ergo dixerit vobis ecce i ōserto est:nolite exire: ecce i penetralib⁹ nolite credē. Sic̄.n.fulgur exit ab oriēte z appet vsq; i occidēte:ita erit z aduēt⁹ filij hoīs. Ubicūq; fuerit corpus:illuc cōgregabūtur z aglę. Statī aūt p⁹ tribulationē dierū illoꝝ sol obscurabitur:z luna nō dabit lumē suū:z stelle cadent de celo:z virtutes celoꝝ cōmouebunt: z tūc parebit signū filij hoīs in celo. Et tūc plāgēt oēs trib⁹ ter̄e z videbūt filiuꝫ hoīs venientem in nubib⁹ celi cū v̄tute multa z maiestate. Et mittet angelos suos cuꝫ tuba z voce magna :z congregabūt electos ei⁹ a qtuor vētis:a sūmis celorū vsq; ad terminos eorū. Ab arbore aūt ficī discite parabolā:cum iā ram⁹ ei⁹ tener fuerit z folia nata scitis:qr ꝓpe ē estas. Ita z vos cū videritis hec oīa:scitote:qr ꝓpe ē in ianuis. Amē dico vob:qr nō ꝓteribit gnātio hec donec oīa fiāt. Celū z tra transibūt v̄ba aūt mea nō ꝓteribūt. De die aūt illa z hora nemo scit:neq; angeli celoꝝ nisi p̄ solus. Sicut aūt i dieb⁹ noe:ita erit z aduēt⁹ filij hoīs. Sicut enī erāt in dieb⁹ añ diluuiū comedētes z bibētes:nubētes z nuptui tradētes vsq; ad eū diē quo itrauit noe i archā:z nō cognouerūt donec venit diluuiū z tulit oēs:ita erit z aduēt⁹ filij hoīs. Tunc duo erūt i agro:vn⁹ assumet̄ z vn⁹ relinq̄t. Due molētes i mola:vna assumet̄ z vna relinq̄t. Duo in lecto:vnus:assumetur z vnus relinquet. Uigilate g:qr nescitis q̄ hora dn̄s vr̄ ventur⁹ sit. Illō aūt scitote qm̄ si sciret pr̄familias q̄ hora fur venturus eēt:vigilaret vtiq; z nō sineret pfodi domum suā. Ideo z vos estote pati:qa nescit⁹ q̄ hora filius hoīs vētur⁹ ē. Quis putas est fidelis su⁹ z prudens:quē cōstituit dn̄s supra familiā suā:vt det illis cibum i tēpore? Beat⁹ ille su⁹ quē vt venerit dn̄s ei⁹ inuenerit sic faciētē. Amē dico vobis qm̄ sup oīa bona sua cōstituet eū. Si aūt dixerit malus ser⁹ ille i corde suo:morā facit dn̄s meus venire: z cepit percutē cōseruos suos.manducet aūt z bibat cum ebriosis:veniet dn̄s sui illius i die qua non spat:z hora q̄ ignorat:z diuidet euꝫ: partēq; cius ponet cum hypocritis::illic erit fletꝰ z stridor dentium. XXV

Tunc simile erit regnū celoꝝ decem virginibus: q̄ accipiētes lāpades suas exierunt:obuiam sponso z sponse. Quinq; autem ex eis erant fatue:z quinq; prudentes. Sed quinq; fatue acceptis lāpadib⁹ non sūpserūt oleū secuꝫ. Prudētes vo acceperūt oleū i vasis suis cū lāpadibus. Morꝫ autē faciente sponso dormitauerūt oēs z dormierūt. Media āt nocte clamor fact⁹ est:ecce sponsus venit:exite obuiā ei. Tunc surrexerūt oēs virgines ille:z ornauerūt lāpades suas. Fatue āt sapientibus dixerūt. Date nobis ō oleo vr̄o qr lāpades nr̄e extinguūtur. Rndērūt prudentes dicentes. Ne forte nō sufficiat nob z vob: ite potius ad vēdentes z emite vobis. Dū āt iret emere:venit sponsus z q̄ parate erant intrauerūt cū eo ad nuptias:z clausa est ianua. Nouissime vo veniūt z reliquę vgines dicētes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis. At ille rndens ait. Amē dico vobis nescio vos. Uigilate itaq;:qr nescitis diē neq; horā. Sicut enī hō pegre ꝓficiscēs vocauit seruos suos:z tradidit illis bona sua. Et vni dedit gnq; talenta alij āt duo:alij vo vnum:vnicuiq; ꝙm ꝓpriā virtutem:z ꝓfectus est statim. Abijt āt qui gnq; talenta accepat:z opatus ē in eis:z lucratus est alia gnq;. Siliꝫ qui duo accepat:lucratus ē alia duo. Qui aūt vnū acceperat abiens fodit in ter̄am:z abscondit pecuniā dn̄i sui. Post multum vo tpis venit dn̄s seruoꝝ illoꝝ:z posuit rōnem cum eis. Et accedens qui gnq; talēta accepat:obtulit alia gnq; talēta dicens. Dn̄e gnq; tatentatradidisti mihi:ecce alia gnq; suplucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bōe z fidelis:quia sup pauca fuisti fidelis sup multa te constituā:intra i gaudiū dn̄i tui. Accessit āt z qui duo talēta accepat z ait. Dn̄e duo talenta tradidisti mihi:ecce duo alia.lucratus sū. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone z fidelis:qr super pauca fuisti fidelis:sup multa te constituā intra in gaudiū dn̄i tui. Accedens autē z qui vnum talentū acceperat ait. Domine scio qr homo durus es:metis vbi nō seminasti: z congregas vbi nō sparsisti:z timēs abij z abscōdi talētum tuū in terra. Ecce habes qd̄ tuuꝫ est. Rndens autez dn̄s eius:dixit ei. Serue male z piger:sciebas qr meto vbi nō semno:z congrego vbi nō sparsi. Oportuit ergo te cōmittere pecuniam meā numularijs:z veniens ego recepissem vtiq; qd̄ meū est cum vsura. Tollite itaq; ab eo talentū:z date ei qui habet decē talēta. Omni.n. habenti dabitur z abundabit:ei āt qui nō habet z qd̄ videt habere auferetur ab eo. Et iutilē seruum eijcite i tenebras exteriores:illic erit fletus z stridor dētiū. Cum āt venerit filius hōis i maiestate sua z oēs angeli cum eo: tunc sedebit sup sedem maiestatis sue:z congregabūtur ante eum oēs gentes:z sepabit eos ab iuicem:sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidez a dextris:hedos aūt a sinistris. Tūc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Uenite bn̄dicti patris mei:possidete paratū vobis regnū a constitutione mundi. Esuriui enī z dedistis mihi māducare

Admone illos p̄ncipib⁹ z pt̄atib⁹ subditos esse:dicto obedire:ad oē op⁹ bonū paratos esse:neminē blasphemare:nō litigiosos esse:sz modestos:oēm ondentes mansuetudinē ad oēs hoīes. Eram⁹ n.aliq̄n z nos insipientes i creduli:errātes:seruientes desiderijs z voluptatibus varijs:i malitia z inuidia agētes:odibiles:odiētes inuicē. Cū aūt bēignitas z hūanitas apparuerit saluatoris nr̄i dei:nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos:sz fm misericordiā suā saluos nos fecit p lauacrū regenerationis z renouatōis spūs sci quē effudit i nos abū de p iesū xp̄m saluatorē nr̄m:vt iustificati gr̄a ipsius heredes sim⁹ fm spez vite eterne. Fidelis fmo ē. Et de his volo te ꝺfirmare:vt curēt bonis opibus p̄esse q̄ credūt deo. Hec sūt bona z vtilia hoībus. Stultas aūt q̄stiones z genealogias z ꝺtētiones z pugnas legis deuita. Sunt.n.inutiles z vane. Hereticū hoīem post vnā z secūdā correptionem deuita:sciēs q̄z subuersus ē q̄ eiusmōi ē:z delinq̄t cū sit ꝓprio iudicio ꝺdēnatus. Cū miser ad te artemā aut tychicū:festina ad me venire nicopolim. Ibi.n.statui hyemare. Zenam legisperitū z apollo sollicite ꝓmitte:vt nihil illis desit. Discāt aūt z vri bonis opib⁹ ꝓesse ad vsus necessarios:vt nō sint infructuosi. Salutāt te qui mecū sūt omēs. Saluta eos q̄ nos amāt i fide. Gr̄a dei cū oīb⁹ vob. Amē.

Explicit epistola Pauli ad Titum. Incipit argumentum in epistolam ad Philemonem.

Philemoni familiares lras facit ꝓ onesimo seruo ei⁹:scribēs ei ab vrbe roma ō carcere per suprascriptū onesimum.

Explicit argumētū. Incipit epistola Pauli ad Philemonem. Capitulum. I

Paulus vinctus xp̄i iesu:z timothe⁹ frater philomeni dilecto adiutori nr̄o:z appie sorori charissime:z archippo cōmilitoni nr̄o:z ecclie q̄ i domo tua ē:gr̄a vob:s z pax a deo p̄re nr̄o z dño iesu xp̄o. Gratias ago deo meo semp memoriā tui faciēs i orationib⁹ meis audiens charitatē tuam z fidē quā habes in dño iesu z in oēs sanctos vt cōicatio fidei tue euidēs fiat in agnitiōe oīs opis bōi in xp̄o iesu. Gaudiū.n.magnū habui z ꝺsolationē in charitate tua:q̄z viscera sanctor̄ requieuerūt p te frater. Propē q̄ multā fiduciā hns in xp̄o iesu iperādi tibi quod ad rē ptinet:ppter charitatē magis obsecro cū sis talis vt paul⁹ senex:nūc aūt z vinctus iesu xp̄i obsecro te p meo filio quē genui in vinculis onesimo q̄ tibi aliq̄n inutilis fuit: nūc aūt z mihi z tibi vtilis:quē remisi tibi. Tu aūt illū vt mea viscera suscipe. Quē ego voluerā mecū detinere:vt p te mihi ministraret in vinculis euangelij. Sine ꝺsilio aūt tuo nihil volui facere:vti ne velut ex necessitate bonū tuū eēt:sed volūtariū. Forsitan.n.ideo discessit ad horā a te:vt in eternū illū recipes iā,nō vt seruū:sed ꝓ seruo charissimi frēm maxime mihi. Quanto magis tibi z in carne z in dño. Si ergo habes me sociū suscipe illū sic me. Si aūt aliquid nocuit tibi aut debet:hoc mihi imputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddaz: vt non dicam tibi q̄ z teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino:refice viscera mea i xp̄o. Confidens in obedientia tua scripsi tibi:sciēs quoniam z super id quod dico facies. Simul z para mihi hospitium:nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te epaphras cōcaptiuus meus in christo iesu:marcus aristarchus demas z lucas adiutores mei. Gratia domini nr̄i iesu christi cum spiritu vestro. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Philemonem. Incipit argumentum in epistolam ad Hebreos.

In primis dicendū est cur apls paul⁹ i hac epla scribēda nō fuauerit mozē suuz: vt vel vocabulū nois sui vel ozdis describeret dignitatē. Nec cā ē: q⁹ ad eos scribēs q ex circūcisione crediderāt q̄si gētiū apl⁹ z nō hebreoꝝrū: sciēs q̄z eoz superbiā: suāq; humilitatē ipse ōmō strans: meritū officij sui noluit aīferre. Nā simili mō etiā iohānes apl⁹ ꝓpter hūilitatē in epla sua nomē suū eadē rōne nō ptulit. Hāc ḡ epl'am ferēs apl⁹ ad hebreos ꝓscriptā hebraica ligua misisse cuius sentū z ordinē retinēs lucas euāgelista post decessū apli pauli greco ſmone composuit.

Explicit argumentū. Incipit epistola Pauli ad Hebreos. Capitulum. I

Multifarie mul

tisq; modis olī de⁹ loquēs patrib⁹ i ꝓphet⁹: nouissime diebus istis locut⁹ ē nobis i filio quē ꝓstituit heredē vniuersorū: p quē fecit z secula. Qui cū sit splēdoz glorie: z figura substātie eius: portāsq; oīa verbo virtutis sue: purgationē pctoꝝ faciens: sedet ad dexterā maiestat⁹ in excelsis: tāto melioz āgelis effect⁹: quāto differētius p illis nomē hereditauit. Cui enī dixit aliq̄ angeloꝝ: filius me⁹ es tu: ego hodie genui te? Et rursū. Ego ero illi in patrē: z ipse erit mihi in filiū. Et cū iterū introducit pri mogenitū in orbē terre: dicit. Et adorēt eū oēs angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos suos spūs: z mīstros suos flāmā ignis. Ad filium aūt. Thronus tu⁹ deus in seculū seculi: virga eqtatis virga regni tui. Dilexisti iusticiā z odisti iniqtatem: ꝓpterea vnxit te deus: deus tu⁹ oleo exultationis p ptícipibus tuis. Et tu i ꝓncipio dñe terrā fundasti: z opa manuū tuaꝝ sūt celi. Ipsi pibūt tu tu aūt pmanebis: z oēs vt vestimentū veterascent. Et velut amictū mutabis eos z mutabunt: tu aūt idē ipse es: z āni tui nō deficiēt. Ad quē autē āgeloꝝ dixit aliq̄: sede a dextris meis q̄dusq; ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Nōne oēs sunt ministratozij spūs in ministeriū missi ꝓpē eos q hereditatē capiunt salutis? II

Propterea abūdanti⁹ oportet obseruare nos ea q̄ audiuim⁹: ne forte pefluamus. Si.n.q̄ p angelos dict⁹ est ſmo fact⁹ ē firmus: z oīs ꝓuaricatio z iobediētia accepit iustam mercedis retributionē quō nos effugiem⁹ si tantā neglexerim⁹ salutē? Que cū initiū accepisset enarrari p dñm ab eis q audierūt in nos confirmata est testante deo signis z portētis z varijs virtutib⁹ z spūs scī distributiōibus ſm suā voluntatē. Non enī angelis subiecit de⁹ orbē terre futurū: de q̄ logmur. Testat⁹ ē aūt i quodā loco q̄s dicēs. Quid ē hō q⁹ memoz es ei⁹: aut filius hois quī visitas eū? Minuisti eū paulo min⁹ ab angelis: gloria z honoze cozonasti eū: z ꝓstituisti eū sup opa manuum tuaꝝ. Oīa subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. In eo.n.q⁹ oīa ei subiecit: nihil dimisit nō subiectū ei. Nūc autez necdū videm⁹ oīa subiecta ei. Eū aūt q modico q̄z angeli minorat⁹ ē videm⁹ ielū ꝓpter passionē mortis glīa z honoze cozonatū vt grā dei p oīb⁹ gustaret mortē. Decebat.n.eū ꝓpē quē omnia z p quē oīa: q multos filios in glīam adduxerat auctorē salutis eoꝝ p passionē consumari. Qui.n.scificat z q scificant: ex vno oēs. Propē quā cām nō confunditur frēs eos vocare: dicēs. Nūciabo nomē tuū frībus meis: i medio ecclie laudabo te. Et iterū. Ego ero fidēs i eū. Et iterū. Ecce ego z pueri mei: q̄s ꝺdit mihi de⁹. Quia ḡ pueri cōicauerūt carni z sanguini: z ipse silr pticipauit eisdē: vt p mortē ꝺstrueret eū q hēbat mortis īperiū. i. diabolum: z liberaret eos q timoze mortis p totā vitā obnoxij erāt seruitutī. Nusq̄.n. angelos apphēdit: sz semē abrahe apphēdit. Unde debuit p oīa fratrib⁹ similari: vt misericoꝝs fieret z fidelis pōtifex ad deū: vt repropitiaret delicta ppli. In eo.n.i q̄ passus ē ipse z tēptatus: potēs ē z eis q tēptant auxiliari. III

Unde frēs sci vocatōis celestis ptícipes: cōsiderate apl'm z pōtificē cōfessiōis nre Iesū: q fidelis ē ei q fecit illū: sicut z moyses i oi domo ei⁹. Amplior⁹.n. glie iste p moyse dign⁹ habit⁹ ē quāto āpliozē honozē hēt dom⁹: q fabricauit illā. Dis nāq; dom⁹ fabricat ab aliq̄. Qui aūt oīa creauit: de⁹ ē. Et moyses qdem fidelis erat in tota domo ei⁹ tāq̄ famul⁹ i testimoniū eoꝝ q̄ dicēda erāt: xp̄s vo tāq̄ filius in domo sua. Que domus sum⁹ nos: si fiduciā z gloziā spei vsq; ad finem firmā retineam⁹. Quapropē sicut dicit spūs sāctus. Hodie si vocē ei⁹ audieritis nolite obdurare cozda vra: sicut i exacerbatiōe ſm diē tēptatiōis i deserto. Ubi tēptauerūt me pres vri: ꝓbauerūt z viderūt opa mea q̄draginta ānis. Propē qō offensus sui generatōi huic: z dixi semp hi errāt cozde. Ipi aūt nō cognouerūt vias meas: q⁹ iurauī i ira mea si introibūt i requiē meā. Videte frēs: ne forte sit in aliq̄ vestrū coz malū incredulitatis discedēdi a deo viuo. Sz adhortami vosmetipsos p singulos dies donec hodie cognominat: vt nō obduretur q̄s ex vobis fallacia pcti. Participes.n. xpi effecti sum⁹ si tñ initiū substātie eius vsq; ad finē firmū retinea mus: dum dicit: hodie si vocē eius audieritis nolite obdurare cozda vestra: quēad modū in illa exacerbatione. Quidā enī audientes exacerbauerūt: sed non vniuersi qui profecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autē īfensus est quadraginta annis? Nōne illis qui peccauerunt: quoꝝ cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis q incredduli fuerunt? Et videmus q̄z nō potuerunt introire propter incredulitatem. IIII

Timeamus g̃ ne forte relicta pollicitatiõe introeũdi in requiem ei⁹. Existimet aliquis ex nobis deesse. Etenī z nobis nunciatū est quēadmodū z illis: sed nō ꝓfuit illis ſmo auditus nō admixt⁹ fidei ex bis q̃ audierūt. Ingrediemur.n. ī requiem q credidimus: quēadmodū dixit. Sicut iurauī ī ira mea: si itroibūt ī regē meā Et qdem opibus ab institutione mundi pfectis: dixit.n. in quodā loco de die septima sic. Et requeuit de⁹ die septima ab oīb⁹ operib⁹ suis. Et ī isto rursum. Si itroibūt in regem meā. Qm̃ ergo supest itroire quosdā in illā: z bi quib⁹ prīb⁹ ānunciatū ē: nō introierūt ꝓpter īcredulitatē: iterū ℓminat diē quēdā bodie ī dauid dicēdo: post tantū tēporis: sicut supza dictū est: bodie si voce ei⁹ audieritis nolite obdurare cozda vra. Nā si eis ihs requiē prestitisset: nūq̃ ō alia loqueret post bac die. Itaq̃ relinquit sabbatissim⁹ ppl̃o dei. Qui.n. īgressus ē in requiē ei⁹: etiā ipe requieuit ab opib⁹ suis sicut z a suis de⁹. Festinem⁹ g̃ īgredi in illā regez vt ne ī id ipsū gs īcidat īcredulitatis exēplū. Uiu⁹ ē.n. ſmo dei z efficax z penetrabilior oī gladio ancipiti: z pīgēs vsq̃ ad diuisionē aīe ac spūs cōpagum q̃z ac medullaz z discretor cogitationū z intētionū cor dis. Et nō est vlla creatura īuisibilis ī cōspectu ei⁹ oīa aūt nuda z apta sūt oculis ei⁹: ad quē nobis sermo. Hītes g̃ pontificē magnū q penetrauit celos ihm filiū dei: teneam⁹ spei nre cōfessionē. Non.n. habem⁹ pontificē q nō possit cōpati infirmitatibus nris: tēptatū aūt p oīa ꝓ similitudie absq̃ pcō. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gre ei⁹: vt miaz cōseqũmur: z gratiā īueniam⁹ ī auxilio oportūo. VOmnis nāq̃ pontifex ex hoīb⁹ assūpt⁹ p hoībus cōstituit ī his q̃ sunt ad deū vt offerat dona z sacrificia ꝓ pctis. Qui cōdolere possit bis q ignorāt z errant: qm̃ z ipe circūdatus ē infirmitate: z propterea debet quēadmodū pro ppl̃o: ita et z p semetipso offerre ꝓ pctis. Nec q̃sqũ sumit sibi bonorē: sz q vocat⁹ a deo tāq̃ aarō. Sic z xps nō semetipsū clarificauit vt pontifex fieret: sz q locutus ē ad eū. Filius me⁹ es tu: ego bodie genui te. Quēadmodū z in alio loco dicit. Tu es sacerdos ī eternū: ſm ordinē melchisedech. Qui ī diebus carnis sue pces supplicatiōesq̃ ad eū qui possit illū saluū facere a morte cū clamore valido z lachrymis offerēs exauditus ē ꝓ sua reuerētia. Et qdem cū eēt filius dei didicit ex bis q̃ passus est obedientiā: z ꝓsummatus fact⁹ ē oībus obtēperātib⁹ sibi cā salutis eterne: appellat⁹ a deo pontifex iuxta ordinē melchisedech. De quo nobis grādis ſmo z interpretabilis ad dicēdū: quīn ebecilles facti estis ad audiendū. Etenī cū deberet⁹ magistri eē ppter tēpus: rursum ī digetis vt vos doceamini q̃ sint elemēta exordij ſmonū dei: z facti estis qb⁹ lacte op⁹ sit: nō solido cibo. Oīs.n. q lact⁹ ē particeps: exps ē ſmonis iusticie. Parvulus.n. ē. Perfector aūt ē solidus cibus: eor q ꝓ ꝓsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni ac mali. VI

Quapropter itermittentes īchoatiōis xpi sermonē: ad ꝓfectionē feramur: nō rursum iacientes fundamentū pnīe ab opib⁹ mortuis: z fidei ad deū: baptismatū doctrine: ipositionis quoq̃ manuū: ac resurrectionis mortuor⁹ z iudicij eterni. Et boc faciemus: si qdē pmiserit de⁹. Impossibile enim est eos q semel sūt illuminati: gustauerūt etiā donū celeste: z participes facti sūt spūs sācti: gustauerūt nihilomin⁹ bonū dei verbū virtutesq̃ seculi venturi: z plapsi sūt: rursus renouari ad pnīam: rursū crucifigentes sibi metipsis filium dei z ostentui bītes. Terra enī sepe veniētez super se bibēs imbrem z germinās berbā oppor tunā illis a q̃bus colit accipit benedictionē a deo: ꝓferens aūt spinas ac tribulos reꝓroba est z maledicto ꝓxima: cuius cōsumatio in cōbustionem. Cōfidim⁹ aūt de vobis dilectissimi meliora z vicinioza salutis: tā z si ita logmur. Nō.n. iniustus de⁹ vt obliuiscat opis vr̃i z dilectōis quā ondistis in noīe ipsi⁹: q ministrast⁹ scis z ministrat⁹. Cupim⁹ aūt vnūquēq̃ vr̃z eādē ostare solicitudinē ad expletiōez spei vsq̃ ī finē: vt n̄ segnes efficiam̃: vez imitatores eor q̃ fide z patiētia hereditabūt pmissiones. Abrahe nāq̃ pmittens deus: qm̃ neminē habuit per quē iuraret maiorē: iurauit p semetipsum dicens: misi benedicens benedicam te: z multiplicans multiplicabo te: z sic longanimiter ferens adeptus est reꝓmissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: z omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatē consilij sui: interposuit iusiurandum vt per duas res imobiles quibus impossibile est mentiri deū fortissimū solatium habeamus: q confugimus ad tenendā ꝓpositā spē: quā sicut anchorā habemus aīe tutā ac firmā z incedentem vsq̃ ad interioza velaminis: vbi precursor pro nobis introiuit iesus ſm ordinem melchi sedech: pontifex factus in eternum. VII

Hic enī melchisedech rex salem sacerdos dei sūmi qui obuiauit abrahe regresso a cede regum: z benedixit ei: cui z decimas omnium diuisit abraham: primum quidem qui interpretatur rex iusticie: deinde autem z rex salem q̃ est rex pacis: sine patre: sine matre: sine genealogia: neq̃ initium diez neq̃ finem vite habēs: assimilatus autem filio dei manet sacerdos in ppetuum. Intuemini autem quātus sit bic: cui z decimas dedit de precipuis abraham patriarcha. Et quidem de filiis leui sacerdotium accipiētes mādatum bñt decimas sumere a ppl̃o secundum legem id est a fratribus suis: quāq̃ z ipsi exierint de lumbis abrahe. Cuius autem generatio non annumeratur in eis: decimas sumpsit ab abrahām: z būc qui habebat reꝓmissiones benedixit. Sine vlla aūt contradictōe quod minus est a meliore bñdicitur. Et bic quidem decimas morientes boies accipiunt; ibi autez contestatur quia viuit

Et vtita dictū sit: p abrahā z leui q decimas accepit: decimat⁹ ē. Adhuc enī in lūbis patris erat: qñ obuiauit ei melchisedech. Si g ꝟsumatio p sacerdotiū leuiticū erat: ppł's. n. sub ipo legē accepit: qd adhuc necessariū fuit scōm ordinē melchisedech aliū surgere sacerdotē z nō ſm ordinē aaron dici. Trāslato. n. sacerdotio: necesse ē vt z legis trāslatio fiat. In q̄. n. hec dicunt: de alia tribu ē: de q̄ nullus altarij ꝑsto fuit. Manifestū ē enī q ex iuda ortus sit dñs nr̄: in q̄ tribu nihil de sacerdotibus moyses locut⁹ ē. Et ąplius adhuc manifestū est: si ſm sītitudinē melchisedech exurgat alī⁹ sacerdos q nō ſm legē mandati carnalis fact⁹ ē: sz ſm virtutē vite ĩsolubilis. Cōtestat. n. qñ tu es sacerdos in eternū ſm ordinē melchisedech. Reꝛobatio quidem fit ꝑcedentis mandati ꝓpter infirmitatē eius z iutilitatē. Nihil. n. ad pfectū adduxit lex. Introductio vero meliozis spei p quā ꝓximam⁹ ad deum. Et quantū ē: nō sine iureiurādo. Alij quidem sine iureiurādo sacerdotes facti sūt. Dic aūt cū iureiurādo p eū q dixit ad illū. Iurauit dñs z nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū. In tātū melioris testī ſpōsoꝛ fact⁹ ē iesus. Et alij qdē ꝑ'res facti sē sacerdotes ꝯz legē idcirco q̄ morte ꝓhiberē'r p manere: hic aūt eo q̄ maneat in eternū: sempiternū habet sacerdotiū. Unde z saluare ī ꝓpetuū pōt accedēs p semetipsū ad deū semꝑ viuēs ad interpellandū ꝓ nobis. Talis. n. decebat vt nobis esset pōtifex: sāctus: īnocens ipollutus: segregat⁹ a pctōribus z excelsioꝛ celis fact⁹. Qui nō ḥz necessitatē quotidie quēadmodū sacerdotes ꝑ̄us ꝓ suis delictis hostias offerre: deinde ꝓ ꝑ̄ri. Hoc. n. fecit semel se offerendo. Lex. n. ꝟstituit hoīes sacerdotes īfirmitatē ḥntes: sermo aūt iurisiurandi q̄ post legē est: filiū in eternū perfectum.

VIII

Capitulū aūt sup ea q̄ dicunt. Talē habemus pontificē: q̄ ꝟsedit in dextera sedis magnitudinis ī celis sanctoꝛ ministeꝛ: z tabernaculi veri: qō fixit deus z nō hō. Quis. n. pōtifex ad offerendū munera z hostias ꝟstituit. Unde necesse ē z hūc habere aliq̄d qō offerat. Si q̄ esset sup terrā: nec eēt sacerdos cū esset q̄ offerēt ſm legem munera q̄ exēplari z vmbre z deseruiūt celestiū: sicut respōsū ē moysi cū ꝟsumaret tabernaculū. Vide īquit oīa facito ſm exēplar: qō tibi ostensū ē in mōte. Nūc aūt melius soꝛtit⁹ ē ministeriū quāto z meliozis testamenti mediatoꝛ ē: qō in meliozibus repꝛomissionib⁹ sancitū ē. Nam si illud ꝑ̄us culpa vacasset nō vtiq̄ secūdi locus īquireret. Uituperans. n. eos dicit. Ecce dies venient dicit dñs: z ꝟsumabo sup domū isrł: z sup domuz iuda testm̄ nouū: nō ſm testm̄ qō feci pr̄ibus eoꝛ in die qua apprehendi manū eoꝛ vt educerē illos de tetra egypti: qm̄ ipsi nō ꝑmanserunt in testamēto meo: z ego neglexi eos dicit dñs. Quia hoc ē testamētū qō disponā domui isrł post dies illos dicit dñs: dando leges meas in mentē eoꝛ: z in coꝛda eoꝛ supscribā eas: z ero eis in deū: z ipsi erunt mihi in ꝓpłm. Et non docebit vnusq̄sq̄ ꝓximum suū z vnusquisq̄ fratrē suum dicens: cognosce dominū: qm̄ oēs scient me a minoꝛe vsq̄ ad maioꝛem eoꝛ ꝓpitius ero iniquitatibus eoꝛ z peccatoꝛ eoꝛ iam non memoꝛabo. Dicendo aūtē nouum vetera uit ꝓius. Quod autem antiquatur z senescit: ꝑ pe interitum est.

IX

Habuit quidē z ꝑ̄us iustificationes cultu re: z sanctū seculare. Tabernaculū. n. factū est ꝓmū: ī quo erāt cādelabra z mēsa z ꝓpositio panū q̄ dicit sancta: post velamentū aūt secundū tabernaculū qō dr̄ sancta sanctoꝛ aureū hn̄s tburibulū: z archā testī circūtectā ex oī p te auro: in qua vrna aurea habēs manna: z virga aaron q̄ fronduerat: z tabule testī: sup q̄ erāt cherubin glozie obūbrantia ꝓpitiatoꝛiū: de qbus non est modo dicendū p singula. His vero ita ꝓpositis: ī ꝑ̄ozi quidē tabernaculo semꝑ ītroibant sacerdotes sacrificioꝛ officia ꝟsumantes. In secūdo aūt semel ī anno solus pōtifex nō sine sanguine quē offerret ꝓ sua z ꝑ̄ł ignoꝛantia: hoc significante ſpū sācto nondū ꝓpalatā esse sanctoꝛ viā adhuc ꝑ̄ozē tabernaculo hn̄te statū. Que parabola ē tēpozis ī stantis: iuxta quā munera z hostie offerunt: q̄ non possūt iuxta ꝟscientiā pfectū facere seruiente: solū modo ī cibis z in potibus z ī varijs baptismatib⁹ z iustic̄ijs carnis: vsq̄ ad tēpus coꝛrectionis ipositis. Cp̄us aūt assistens pontifex futuroꝛ bonoꝛ ꝑ amplius z pfectus tabernaculū nō manufactū: id ē nō huius creationis: neq̄ per sanguinē bircoꝛ aut vituloꝛ sed ꝑ ꝓꝑ̄iū sanguinē ītroiuit semel in sancta: eterna redēptione inuenta. Si. n. sanguis bircoꝛ z tauroꝛ z cinis vitule aspsus īquinatos sāctificat ad emundationē carnis: quāto magis sāguis x̄pi q̄ per spūm sanctū semetipsū obtulit ītemaculatū deo emūdauit ꝟscientiā nr̄am ab opibus moꝛtis ad seruiendū deo viuēti? Et ideo noui testī mediatoꝛ est: vt morte ītercedente ī redēptionē earū ꝓuaricationū que erāt sub ꝑ̄ozi testamento repꝛomissionē accipiāt q̄ vocati sūt eterne hereditatis. Ubi. n. testū ē: moꝛs necesse est intercedat testatoris. Testamentū. n. ī moꝛtuis ꝟfirmatū est. Alioqn nōdū valet: dū viuit q̄ testat⁹ est. Unde nec pmū qdē sine sanguine dedicatū ē. Lecto. n. oī mādato legis a moyse vniuerso ppł'o: accipies sanguinē vituloꝛ z bircoꝛ cū aqua z lana, coccinia z hysopo: ipsū q̄z libꝝ z oēm ppł'm aspersit: dicēs. Hic sanguis testī: qō mādauit ad vos deus. Etiā tabernaculū z oīa vasa misterij sanguine siliter aspsit. Et oīa pene in sanguine ſm legē mundant̄: z sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse ē ergo exēplaria quidē celestiū his mundari: ipsa aūt celestia meliozib⁹ hostijs q̄ ist̄. Nō. enim manufacta sācta ies⁹ ītroiuit exēplaria veroꝛ: sz ī ipsū celū: vt appareat nūc vultui dei ꝓ nobis. Neq̄ vt sepe offerat semetipsū: quēadmodū pontifex ītrat in sancta per singulos ānos ī sanguine alieno. Alioquin oꝑtebat eum frequenter pati ab oꝛigine mūdi.

Nunc aũt semel i cõsũmatione seculoꝝ ad destitutionẽ peccati p hostiã suã apparuit. Et quẽadmodũ statutũ ẽ hoibus semel mori: post hꝫ aũt iudiciũ sic & xp̃us semel oblat⁹ ẽ ad multoꝝ exhaurienda peccata: secũdo sine pctõ apparebit oĩbus expectãtibus se in salutem.

X

Umbram.n. hñs lex futuroꝝ bonoꝝ non ipsã imaginẽ rerꝝ: p singulos annos eisdẽ ipsis hostijs q̃s offerunt, idefinenẽ: nunq̃ pot accedẽtes pfectos facere. Aliogn cessassent offerri: ideo q̃ nullã haberent vltra ꝯsciam pctĩ cultores semel mũdati. Sꝫ in ipsis cõmemoratio peccatoꝝ p singulos ãnos fit. Impossibile.n. ẽ sanguine tauroꝝ & hircoꝝ auferri pctã. Ideo ingrediẽs mundũ dicit. Hostiã & oblationẽ noluisti: corpus autẽ aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato noluisti: nec placita sũt tibi que fm legẽ offeruntur: tunc dixi: ecce venio: in capite libri scriptũ ẽ de me: vt faciã deus voluntatẽ tuã: auferet p̃mũ: vt sequẽs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus p oblationem corpis ihu xp̃i semel. Et ois quidẽ sacerdos presto ẽ quotidie mistrãs: & easdẽ sepe offerẽs hostias que non p̃nt auferre pctã. Hic aũt vnã p pctis offerens hostiã sempiternũ sedet i dextera dei de cetero expectãs donec ponãt inimici eius scabellũ pedũ eius. Una enĩ oblatiõe ꝯsũmauit i sempiternũ sãctificatos. Contestat aũt nos & spũs scũs. Postq̃m.n. dixit. Hoc aũt testũ q̃ testaboꝝ ad illos post dies illos dicit dñs: dabo leges meas in cordibꝰ eoꝝ: & i mẽtibꝰ coꝝ superscribã eas: & pctõꝝ & iugtatũ eoꝝ iam non recordaboꝝ ãpli⁹. Ubi aũt horꝝ remissio iam nõ ẽ oblatio p pctõ. Hñtes itaq̃ frẽs fiduciã: in introitu scõꝝ sanguine xp̃i quã iitiauit nobis viam nouã & viuẽtẽ p velamẽ: id ẽ carnẽ suã: & sacerdotẽ magnũ sup domũ dei: accedamus cũ vero corde i plenitudine fidei: asperssi corda a cõscia mala & abluti corpus aqua munda: teneam⁹ spei nr̃e cõfessionẽ ideclinabilẽ. Fidelis.n. ẽ q repromisit. Et cõsiderem⁹ inicẽ in puocationẽ caritatis & bonoꝝ operũ: nõ deserẽtes collectionẽ nr̃am sicut cõsuetudinis ẽ ghusdã: sꝫ cõsolãtes: & tãto magꝭ quanto videritis appropinquãtẽ diẽ. Voluntarie enĩ peccantibꝰ nobis post acceptã noticiã vitatis iã non relinqtur p pctis hostia: terribilis autẽ q̃dam expectatio iudicij & ignis emulatio: q̃ ꝯsũptura ẽ aduersarios. Irritã qs faciẽs legẽ moysi sine vlla miseratione duobꝰ vel tribꝰ testibꝰ morit: quãto magis putatis deteriora mereri supplicia q filiũ dei cõculcauerit: & sanguinẽ testi pollutũ duxerit: in quo sãctificat⁹ ẽ & spũ grẽ ꝯtumeliã fecerit? Scimus.n. q dixit: mihi vindicta & ego retribuã. Et iterũ q iudicabit dñs pplm suũ. Horrendũ ẽ incidere in manus dei viventis. Rememoramini aũt p̃stinos dies in ghus illuminati magnũ certamen sustinuistis passionũ: & in altero quidem opprobrijs & tribulationibꝰ spectaculũ facti: in altero aũt socij taliter ꝯuersantiũ effecti. Nã & vinctis cõpassi estis: & rapinã bonoꝝ vestroꝝ cũ gaudio suscepistis: cognoscẽtes vos hr̃e meliorẽ & manentẽ substãtiã. Nolite itaq̃ amittere ꝯfidentiã vr̃am q̃ magnã hꝫ remunerationẽ. Patiẽtia enĩ vobis necessaria ẽ: vt voluntatẽ dei faciẽtes reportetis pmissionẽs. Adhuc enĩ modcũ aliquãtulũq̃ q ventur⁹ ẽ veniet & nõ tardabit: iustus aũt me⁹ ex fide viuit. Qꝫ si subtraxerit se: nõ placebit aĩe mee. Nos aũt nõ sum⁹ subtractionis filij in perditionem: sed fidei in acquisitionem anime.

XI

Est aũt fides sperandaꝝ substãa rerꝝ argumentũ nõ apparentiũ. Hn hac.n. testimoniũ cõsecuti sũt seniores. Fide: intelligimus aptata ee secla verbo dei: vt ex inuisibilibꝰ visibilia fierent. Fide: plurimã hostiã abel q̃ cayn obtulit deo: p quã testimoniũ ꝯsecutus est esse iustus: testimoniũ phibente muneribꝰ eiꝰ deo: & p illã defunctus adhuc loq̃t. Fide: enoch trãslat⁹ ẽ ne vidẽt mortẽ & nõ inueniebat: qr trãstulit illũ dñs. Ante trãslati onẽ enim testimonium habuit placuisse deo. Sine fide aũt impossibile ẽ placere deo. Credere enĩ oportet accedentẽ ad deũ: q ẽ & inquirentibꝰ se remuneratoꝛ sit. Fide: noe respõso accepto de his q̃ adhuc nõ videbant metuẽs aptauit archã in salutẽ domꝰ sue: p quã dãnauit mundũ: & iusticie q̃ p fidẽ est heres ẽ istitut⁹. Fide: q vocat abrahã obediuit in locũ exire quẽ acceptur⁹ erat in hereditatẽ & exijt nesciẽs q̃ iret. Fide: demorat⁹ ẽ in tra repromissionis tãq̃ i aliena: i casulis habitãdo cũ ysaac & iacob coheredibꝰ repromissionis eiusdẽ. Expectabat enĩ fundamẽta hñtes ciuitatẽ: cui⁹ artifex & ꝯditoꝛ deꝰ. Fide: & ipsa sara sterilis virtutẽ i cõceptione semis accepit ẽt pter tps etat⁹: q̃m fidelem credidit ee eũ q repromiserat. Propt̃ q̃ & ab vno orti sũt: & hꝫ emortuo tãq̃ sidera celi i multitudinẽ & sicut arena q̃ ẽ ad ozã maris inumerabilis. Juxta fidẽ defuncti sũt oẽs isti: nõ acceptis repromissionibus: sꝫ a lõge eas aspiciẽtes & salutãtes & confitẽtes qr pegrini & hospites sũt sup terrã. Qui.n. hꝫ dicũt significãt se patriã inquirere. Et si qdẽ ipius meminissent de qua exierũt habebãt vtiq̃ tẽpus reuertẽdi. Nũc aũt meliorẽ appetũt. i. celestẽ. Ideo nõ ꝯfunditur deus vocari ds eoꝝ. Parauit enĩ illis ciuitatẽ. Fide: obtulit abrahã isaac cũ tẽptaretur & vnigenitum offerebat in quo suscepat repromissiones: ad quem dictum est: qr in isaac vocabitur tibi semẽ: arbitrãs qr & a mortuis suscitare potens est deus. Unde eum & in parabolam accepit. Fide: & de futuris benedixit isaac iacob & esau. Fide: iacob moriens singulos filiozum ioseph benedixit: & adorauit fastigium virge eius. Fide: ioseph moriens de profectione filiozum israhel memoratus est: & de ossibus suis mandauit. Fide: moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis eo q̃ vidissent elegantem infantem: & nõ timuerunt regis edictum. Fide: moyses grandis

factus negauit se eē filiū filie pharaōis: magis eligens affligi cū popło dei: q̄ tēporalis pcti habere iocūditatē: maiores diuitias estimans thesauro egyptioꝝ īpreperiū xpi. Aspiciebat.n. ī remuneratiōnē. Fide: reliqt egyptū: nō veritus animositatē regis. Inuisibilē.n. tanq̄ videns sustinuit. Fide: celebrauit pascha ꝛ sāguinis effusionē: ne q̄ vastabat p̄mitiua tangeret eos. Fide: trāsierūt mare rubrū tāq̄ p aridā terrā: qō experti egyptij deuorati sūt. Fide: muri hiericho corruerunt circuitu dierū septē. Fide: raab meretrix nō perijt cū incredulis: excipiēs exploratores cū pace. Et qd adhuc dicam? Deficiet.n. me tēpus enarrāte. De gedeon: barach: sampson: iepte: dauid: samuel: ꝛ ppbetis: q̄ p fidē vicerūt regna operati sūt iusticiā adepti sūt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extinxerunt impetū ignis. Effugauerūt aciē gladij: conualuerūt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterūt exteroꝝ: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij aūt distenti sūt nō suscipientes redēptionē: vt meliorē inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria ꝛ verbera experti insup ꝛ vincula ꝛ carceres lapidati sūt: secti sūt: tēptati sūt: in occisione gladij mortui sūt. Circuierūt ī melotis: in pellib⁹ caprinis: egentes angustiati afflicti: q̄b⁹ dignus nō erat mūdus: ī solitudinibus errātes: ī mōtibus ꝛ spelūcis: ꝛ in cauernis ṫre. Et hi oēs testimonio fidei pbati: nō acceperūt repromissionez: deo pro nobis melius aliquid puidēte: vt nō sine nobis cōsummarēt̄ur. XII

Ideoq̄ ꝛ nos tantā hītes īpositā nubē testiū: deponētes oē pondus ꝛ circunstans nos pctiū p patientiā curram⁹ ad ppositū nobis certamē: aspicientes in autorē fidei: ꝛ cōsummatorē ieſū: q̄ pposito sibi gaudio sustinuit crucē confusione ꝓtempta atq̄ in dextera sedis dei sedet. Recogitate.n. eū qui talē sustinuit a pctōribus aduersus semetipsū cōdictionē: vt ne fatigemī animis vr̄is deficiētes. Nondū.n. vsq̄ ad sanguinē restitistis aduersus pctiū repugnātes ꝛ obliti estis: cōsolationis q̄ vobis tāq̄ filijs logr̄ dicens. Fili mi noli negligere disciplinā dñi: neq̄ fatigeris dū ab eo argueris. Quē.n. diligit dñs: castigat: flagellat aūt oēm filiū quē recipit. In disciplina pseuerate. Tanq̄ filijs vobis offert se deus. Quis.n. filius quē nō corripit pr̄? Or si extra disciplinā estis: cuius participes facti sūt oēs: q̄ adulteri ꝛ nō filij estis. Deinde pr̄es qdez carnis nr̄e eruditores habuimus ꝛ reuerebamur eos. Nō multo magis obtēperabimus pr̄i spiritū ꝛ viuemus? Et illi qdez in tēpore paucoꝝ dierū ſm voluntatē suā erudiebant nos: hic aūt ad id, qō vtile ē ī recipiēdo sāctificationē ei⁹. Omnis āt disciplina ī pnti qdē videt nō ee gaudij: sz merozis: postea aūt fructū pacatissimū exercitatis p eā reddet iusticie. Propter qō remissas manus ꝛ soluta genua erigite ꝛ gressus rectos facite pedibus vr̄is: vt nō claudicās qs erret: magis aūt sanet. Pacē sequmini cū oībus ꝛ sāctimoniā: sine q̄ nemo videbit deū. Contēplantes ne qs desit grē dei: ne qua radix amaritudinis sursū germinās impediat ꝛ p illā inquinent multi. Ne quis fornicator aut ppbanus: vt esau: q̄ ppter vnā escā vendidit p̄mitiua sua. Scitote.n. qm̄ ꝛ postea cupiēs bereditare bñdictionē reprobat⁹ est. Nō.n. inuenit penitētie locū: quāq̄ cū lachrymis ingfisset eam. Nō.n. accessistis ad tractabilē ꝛ accessibilē ignez ꝛ turbinē ꝛ caliginē ꝛ pcellā: ꝛ tube sonū ꝛ vocem verboꝝ: quā q̄ audierūt excusauerūt se ne eis fieret verbū. Nō enī portabāt qō dicebat: ꝛ si bestia tetigerit montē lapidabit. Et ita terribile erat qō videbat. Moyses dixit. Exterritus sum ꝛ tremebūdus. Sed accessistis ad syon montē ꝛ ciuitatē dei viuētis ir̄m celestē: ꝛ multoꝝ miliū angeloꝝ frequentiā: ꝛ ecclesiā p̄mitiuoꝝ q̄ ꝓscripti sūt ī celis: ꝛ iudicē oīum deū ꝛ spūm iustoꝝ pfectoꝝ: ꝛ testamēti noui mediatorē ieſū: ꝛ sanguinis aspsionē melius loquentem q̄ abel. Videte ne recusetis loquentē. Si enī illi nō effugerūt recusantes eū qui super terrā loquebat: multo magis nos q̄ de celis loquentē nobis auertimus cuius vox mouit terram tunc: nūc aūt repromittit dicēs. Adhuc semel ꝛ ego mouebo non solū terrā: sed ꝛ celū. Oz autē adhuc semel dicit: declarat mobiliū translationez tāq̄ factoꝝ: vt maneāt ea q̄ sūt īmobilia. Itaq; regnū īmobile suscipiētes habem⁹ gratiā: p quā seruiam⁹ placētes deo cū metu ꝛ reuerētia. Etenim deus noster ignis cōsumens est. XIII

Caritas fraternitatis maneat in vobis ꝛ hospitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enī placuerūt qdam angelis hospitio receptis. Mementote vinctoꝝ tanq̄ simul vincti: ꝛ laborantiū tanq̄ ꝛ ipſi in corpore morātes. Honorabile cōnubiū in oībus: ꝛ thorus imaculat⁹. Fornicatores enī ꝛ adulteros iudicabit de⁹. Sint mores sine auaritia: ꝓtenti pr̄tibus. Ipse enim dixit. Nō te deseram neq̄ derelinquā: ita vt ꝓfidenter dicamus. Dñs mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote p̄positoꝝ vr̄oꝝ qui vobis locuti sūt verbū dei: quoꝝ ītuētes exitū ꝓuersationis: imitamini fidē. Jesus xp̄us heri ꝛ hodie: ipse ꝛ in secula. Doctrinis varijs ꝛ peregrinis nolite abduci. Optimū est enī gratia stabilire cor: nō escis q̄ nō pfuerūt ābulantibus in eis. Habem⁹ enī altare: de quo edere nō habēt potestatē q̄ tabernaculo deseruiūt. Quoꝝ enī aialium īferūt sanguis p pctō in sancta p pontificē: horū corpora cremant extra castra. Propter qō ꝛ ieſus vt sāctificaret p suū sanguinē pplm: extra portā passus ē. Exeam⁹ igit ad eū extra castra: īpreperiū ei⁹ portantes. Nō enī habemus hic manentē ciuitatem: sed futurā ingrimus. Per ipsū ergo offeramus hostiam laudis semp deo: id est fructū labioꝝ cōfitentium nomini ei⁹. Beneficiētie aūt ꝛ coīonis nolite obliuiſci. Talibus enī hostijs pmeret⁹ deus. Obedite p̄positis vr̄is: ꝛ subiacete eis. Ipsi enī puigilāt quasi rationē pro aiabus vr̄is reddituri: vt cum

gaudio hoc faciāt: z nō gemētes. Hoc.n.nō expedit vobis. Orate p nobis. Confidim⁹.n.qz bonaz cōscīam habem⁹: in oībus bñ volētes ꝺuersari. Amplius aūt deprecoꝛ vos hoc facere quo celeri⁹ restituar vobis. Deus aūt pacis q eduxit de moꝛtuis pastoꝛē magnū ouiū in sanguīe testi etni dñz nr̄m iesū xp̄m aptet vos in oī bono vt faciatis ei⁹ voluntatē: faciēs ī vobis qō placeat coꝛā se p iesū xp̄m: cui ē glia in secula seculoꝛ amē. Rogo aūtē vos frēs: vt sufferatis verbū solatij. Etenī ꝓpaucis scripsi vobis. Cognoscite frēm vr̄m timotheū dimissū: cū quo si celerius venerit videbo vos. Salutate oēs ꝓpositos vr̄os: z oēs scōs. Salutāt vos de italia frēs. Gra cū omnibus vobis. Amen.

Explicit epistola Pauli ad hebꝛeos. Incipit p facio beati Hieronymi pꝛeſbyteri in libꝛū. Actus apostoloꝛum.

Canit psalmista: ābulabūt de virtutib⁹ ī virtutes. Post apli pauli epl̄as ꝺudū vno vobis volumīe translatas dōmon et rogatiane charissimi: actus apl̄oꝛ cōpellit⁹ vt trāsīerā in latinū: quē libꝛum nulli dubiū est a luca antioceno arte medico: q postea inseruiēs paulo apl̄o xp̄i fact⁹ est discipulus. fuisse editū. Ceruices p̄mit iposita sepi⁹ oneris magnitudo: qz studia iuidoꝛ reꝓhensione digna putāt ea q̄ scribim⁹. Illoꝛ nūq̄ odio z detractiōe: iuuante xp̄o meū silebit eloquiū. Actus apl̄oꝛ nudā quidē videnē sonare histoꝛiā: z nascētis eccl̄ie infantiā texere: ſz si nouerim⁹ scriptoꝛē eoꝛ lucam eē medicū: cuius laus ē in euāgelio: aīaduertimus parīē oīa ꝟba illius: aīe lāguentis esse medicinam.

Item alius pꝛologus.

Lucas antiocēsis natiōe syrus: cui⁹ laus in euāgelio canīt: apud antiochiā medicine artis egregius: z apl̄oꝛ xp̄i discipulus fuit: postea vsq̄ ad cōfessionē paulū secutus apl̄m: sine crimīe in virginitate perm̄anens: deo maluit seruire. Qui septuagita z quatuoꝛ āños etatis agēs in bithynia obiit plenus spū scō: quo istigāte in achaie ptibus euāgeliū scribēs grecis fidelib⁹ īcarnationē dñi fideli narratiōe oīdit: eundēq̄ ex stirpe dauid descēdisse mōstrauit. Qui nō īmerito scribēdoꝛ actuū apl̄icoꝛ ptās ī ministerio dat: vt deo in deū pleno: z filio ꝑditionis extincto: oīone ab apl̄is facta: soꝛte dñice electōis numer⁹ ꝓpleret. Vicq̄ paulus cōsummationē apl̄ic⁹ actib⁹ daret: q̄ꝺiu ↄ stimulum calcitrantē dñs elegisset. Nō legētibus z regrentib⁹ deū bꝛeui poti⁹ volui oīndere ſmone: q̄ꝑ plixius aligd fastidienti bus ꝑdidisse: sciēs q opantē agricolā opoꝛteat p̄mum de suis fructibus edere. Quē ita diuina subsecuta ē gratia: vt nō solū coꝛpoꝛib⁹: sed etiam aīabus: eius proficeret medicina.

Incipit liber actuum apostoloꝛum beati. Luce euangeliste. Capitulum. I

Primum quidē ſmonē feci de oībus o theophile q̄ cepit iesus facere z docere: vsq̄ in diē q̄ ꝑcipiens apl̄is ꝑ spūz sanctū quos elegit assūptus ē. Quibus z ꝑbuit seipm̄ viuū post passione suā in multis argumētis: ꝑ ꝺies q̄ꝺraginta apparēs eis: z loq̄ns de regno ꝺi. Et cōuescens ꝑcepit eis ab hieroloymis ne discederēt: sz expectarēt ꝓmissionem p̄ris quā audistis īquit p os meū: qz iohānes quidem baptiçauit aqua: vos aūt baptiçabimini spū sācto nō post multos hos ꝺies. Igit̄ q cōuenerāt interrogabāt eū dicētes. Dñe: si in tp̄e hoc restitues regnū isr̄l? Dixit aūt eis. Nō est vr̄m nosse tempoꝛa vel momenta q̄ pater posuit in sua ptāte: sz accipietis virtutē supueniēntis spūs sci in vos: z eritis mihi testes in ir̄l̄m z in oī iudea z samaria: z vsq̄ ad vltimū terre. Et cū h̄ dixisset videntib⁹ illis eleuatus ē: z nubes suscepit eū ab oculis eoꝛ. Et ꝺūq̄ intuerēt in celū euntē illū: ecce ꝺuo viri astiterūt iux̄ illos in vestib⁹ albis: q z dixerūt. Viri galilei qd statis aspiciētes in celū. Hic iesus q assūptus ē a vobis ī celū: sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in celū. Tūc reuersi sūt hieroſolymā a mōte q vocatur oliueti q ē iux̄ ir̄z: sabbati hñs iter. Et cū introisset in cenaculū ascēderūt vbi mānebat petr⁹ z iohannes z iacob⁹ philipp⁹ z thomas bartholomeus z mathe⁹: iacob⁹ alphei z symō çelotes z iudas iacobi. Hi oēs erāt pseuerātes vnanimiē in oꝛone cuz mulieribus: z maria mr̄e iesu z fribus ei⁹. In ꝺieb⁹ illis exurgēs petr⁹ ī medio fratrū ꝺixit. Erat autez turba hoīum sim̄l fere centū viginti. Viri frēs oz impleri scripturā quā p̄ꝺixit spūs scūs ꝑ os ꝺauid de iuda q fuit ꝺux eoꝛ q ꝓhēꝺerūt iesū q cōnumerat⁹ erat in nobis: z soꝛtit⁹ ē soꝛtē mīsterij hui⁹. Et hic qdē possidebit agrū de mercede iniquitatis: z suspensus crepuit medi⁹ z ꝺiffusa sūt oīa viscera ei⁹. Et notū factū ē oībus habitantib⁹ ir̄l̄m: ita vt appellarē ager ille lingua eoꝛ: acheldemach: hoc ē ager sanguinis. Scriptū ē.n.ī libꝛo psalmoꝛ. Fiat cōmemoratio eoꝛ deserta: z nō sit q̄ īhabitet in ea. Et ep̄atum ei⁹ accipiat alē. Oꝛ q̄ ex his viris q nobiscū sūt cōgregati in oī tp̄e q̄ intrauit z exiuit inter nos dñs iesus icipiēs a baptismate iohānis vsq̄ in diē q̄ assūpt⁹ ē a nobis: testē resurrectiōis ei⁹ nobiscū fieri vnū ex istis. Et statuerūt ꝺuos: ioseph q vocat⁹ barsabas: q cognominat⁹: ē iust⁹: z mathia. Et oꝛātes dixerūt. Tu dñe q coꝛda nosti oīum oī de quez elegeris ex his ꝺuob⁹ vnū accipe locū ministerij hui⁹ z apl̄atus: de quo ꝓuaricat⁹ ē iudas vt abiret in locū suū. Et dederūt soꝛtes eis. Et cecidit soꝛs super mathiam z annumeratus est cuz vn

Et cū ꝓplerēt dies pētecostes erāt oēs pa
riter īeodē loco. Et factꝰ ē repēte ō celo sonꝰ
tāq̄ aduenientis spūs vehemētis:z repleuit
tota domū vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis di
sptite lingue tāq̄ ignis:seditq̄ supza singulos eo
rū. Et repleti sūt oēs spū scō:z ceperūt loqui varijs
linguis:put spūs scūs dabat eloq illis. Erāt aūt in
irl̄m habitātes iudei viri religiosi ex oi natione q̄
sub celo ē. Facta aūt hac voce ꝓuenit mꝰtitudo:z
mēte confusa ē:qm audiebat vnusq̄sq̄ lingua sua
illos loquētes. Stupebāt aūt oēs z mirabāt dicē
tes. Nōne ecce oēs isti q loquūt galilei sūt? Et quō
nos audiuim⁹ vnusq̄sq̄ linguā nr̄am īqua nati su
mus? Parthi z medi z elamite:z q habitāt meso
potamiā:iudeā:z capadociā ponti:z asiā:phrygiā
z pāphyliā:egyptū:z ptes lybie:q̄ ē circa cyrenē:z
aduene romani iudei q̄z a ꝓseliti: cretes z arabes
audiuim⁹ eos loq̄ntes nr̄is linguis magnalia dei.
Stupebāt aūt oēs z mirabant ad īuicē dicentes.
Quid nā vult hoc esse? Alij aūt irridentes dicebāt
qz musto pleni sūt isti. Stās aūt petrꝰ cū vndeciz
eleuauit vocē suā:z locutꝰ ē eis. Viri iudei z q ha
bitatis irl̄m vniuersi:hoc vobis notū sit: z auribꝰ
ꝓcipite verba mea. Nō.n. sicꝫ vos estimatꝫ bi ebrij
sūt:cū sit hora diei tertia. Sꝫ hoc est qđ dictū est
ꝑ ꝓphetā iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit
dñs effundā de spū meo sup oēm carnē. Et ꝓphe
tabūt filij vr̄i z filie vr̄e: iuuenes vr̄i visiones vi
debūt:z seniores vr̄i sōnia somniabūt. Et quidez
sup seruos meos z ācillas meas in diebꝰ illis effū
dā de spū meo z ꝓphetabūt:z dabo ꝓdigia īcelo
sursū z signa in terra deorsū:sanguinē z ignē z va
porē fumi. Sol cōuertet in tenebras z luna īsan
guinez:añq̄ veniat dies dñi magnus z manifestꝰ.
Et erit oīs qcūq̄ inuocauerit nomen dñi salu⁹ erit.
Viri israhelite:audite v̄ba hꝰ Jesū naçarenū virū
approbatū a deo in vobis virtutibꝰ z ꝓdigijs z si
gnis q̄ fecit deꝰ ꝑ illū in medio vr̄i sicut scitis:hūc
definito ꝓsilio z ꝑscientia dei traditū ꝑ manꝰ ini
quoꝝ:affigentes iterimistis. Quez deꝰ suscitauit sa
lutis dolorib⁹ iferni:iux̄ qđ ipossibile erat teneri
illū ab eo. Dauid.n. dicit in eū . Prouidebā dñm
coram me semp:qm a dextris ē mihi ne cōmouear.
Propt̄ hꝰ letatū est cor meū:z exultauit lingua mea
īsup z caro mea requiescet in spe. Qum nō derelinq̄s
aiam meā in iferno:nec dabis scm̄ tuū videre cor
ruptionem. Notas mihi fecisti vias vite:replebis
me iocūditate cū facie tua. Viri frēs:liceat audenē
dicere ad vos de patriarcha dauid: qm̄ ōfunctus
est z sepultꝰ est:z sepulchrū eius est apud nos vsq̄ in
hodiernū diem. Prophēta igit cū esset z sciret qz
iureiurādo iurasset illi deus de fructu lūbi eius se
dere sup sedem eius ꝓuidens locutꝰ est de resurre
ctione x̄pi:qz nec derelictꝰ est in iferno:nec caro
eius vidit corruptionem. Hūc iesū resuscitauit de
us:cuius omnes nos testes sumus. Dextera igitur
dei exaltatus:z ꝓmissione spūs scī accepta a patre
effudit hoc donū qđ vos videt⁹ z auditis. Nō.n.
dauid ascēdit īcelos. Dicit aūt ipse. Dixit dñs dño
meo sede a dextris meis:donec ponā inimicos tu
os scabellū pedū tuoꝝ. Certissime sciat ḡ oīs do
mus israhel:quia z dñm eum z x̄pm fecit deꝰ hūc ihꝫ quē
vos crucifixistis. Dis aūt auditis cōpūcti sūt corde
z dixerūt ad petrū z ad reliqs apl̄os. Quid facie
mus viri frēs? Petrus āt ad illos:pniam ingt agi
te z baptizet vnusq̄sq̄ vr̄z īnoīe ihu x̄pi īremissio
nem pctoꝝ vr̄oꝝ:z accipietis donū spūs sci. Vob.
n. ē repromissio z filijs vr̄is z oīb⁹ q lōge sūt q̄scū
q̄ aduocauerit dñs deꝰ nr̄. Alijs etiā v̄bis pluri
mis testificat⁹ ē:z exhortabat eos dicens. Salua
mini a generatiōe ista prava. Qui ḡ receperūt ēmo
nē eius baptiçati sūt:z appositē sūt īdie illa aie circi
ter tria milia. Erāt aūt pseuerātes īdoctrīa apl̄oꝝ
z cōicatiōe fractionis panis:z oratiōib⁹. Fiebat āt
oī aīe timor. Multa quoq̄ ꝓdigia z signa p apl̄os
īirl̄m fiebāt z met⁹ erat magn⁹ īvniuersis. Oēs ēt
q credebāt erāt piter:z habebāt oīa coīa. Possel
siones z substātias vendebāt:z diuidebant illa oī
b⁹ put cuiq̄ op⁹ erat. Quotidie quoq̄ ꝓdurantes
vnanimit̄ īteplo z frangētes circa domos panem
sumebant cibū cum exultatiōe z simplicitate cor
dis:collaudantes deum z hūtes grām ad omnem
plebem. Dns autez augebat qui salui fiebant quo
tidie in idipsum. III

Petrꝰ āt z iohannes ascendebāt in tēplum
ad horā oīs nonā. Et quidā vir q erat
claud⁹ ex vtero matr̄ sue baiulabat:quē
ponebāt quotidie ad portā tēpli q̄ dr̄ speciosa vt
peteēt elemosynā ab itroeūtib⁹ īteplū. Is cū vidis
set petrū z iohānē icipiētes introire in tēplū: roga
bat vt elemosynā acciperet. Intuēs āt in eū petr⁹
cū iohāne dixit. Respice in nos. At ille intēdebat
in eos:sperās se aliqd accepturū ab eis. Petrus āt
dixit. Argentū z aur̄ nō ē mihi:qđ aūt habeo hꝰ tibi
do. In noīe iesu x̄pi naçareni surge z ambula. Et
apprehēsa manu eius dextera alleuauit eū:z pti
nus ꝓsolidate sūt bases eius z plante. Et exiliens
stetit z ābulabat:z intrauit cū illis in templū: ābu
lans z exiliēs z laudās deū. Et vidit oīs ppl̄us eū
ābulantē z laudantē deū. Cognoscebāt aūt illū:q
ipse erat q ad elemosynā sedebat ad speciosā por
tām tēpli. Et īpleti sūt stupore z extasi:in eo qđ cō
tigerat illi. Cū tenerēt aūt petrū z iohānem:cucur
rit oīs ppl̄s ad eos ad porticū q̄ appellat salomo
nis stupentes. Videns aūt petrus:rndit ad ppl̄um.
Viri israhelite quid miramini in hoc:aut nos qd ī
tuemini:q̄si nr̄a virtute aut ptāte fecerimus hunc
ambulare? Deus abrahā z deus isaac z deus iacob
deus patrū nostroꝝ glorificauit filium suū iesum:
quē vos quidem tradidistis z negastis aīfaciem
pilati iudicāte illo dimitti. Vos aūt scm̄ z iustū ne
gastis:z petistis virū homicidā donari vobis:auc
torem vero vite iterfecistis. Quē deus suscitauit a
mortuis:cui⁹ nos testes sum⁹:z īfide noīs ei⁹ hūc
quē vos videt⁹ z nost⁹:ꝯfirmauit nomē ei⁹ z fides

q̄ p eū est dedit itegrā sanitatē istā in ꝺspectu oīuꝫ
vr̄m. Et nūc frēs scio: qz p ignorantiā fecist̄: sicut
z p̄ncipes vr̄i. Deus aūt q̄ p̄nunciauit p os oīuꝫ p
phetaꝝ pati xp̄m suū: sic impleuit. Penitemini igit̄
z ꝺuertimini vt deleāt̄ pcta vr̄a: vt cū venerit tp̄a
refrigerij a ꝺspectu dn̄i: z miserit eū q̄ p̄dicatus est
vobis iesū xp̄m: quē oportet: quidem celū suscipe
vsq; in tp̄a restitutōis oīum q̄ locutus est de⁹ p os
scōꝝ suoꝝ a seculo pphetaꝝ. Moyses qdez dixit.
Qm̄ pphetā suscitabit vobis dn̄s de⁹ vester ō frī
bus vr̄is: tāq; me: ipsū audietis iuxta oīa q̄cūq; lo
cutus fuerit vobis. Erit aūt oīs aīa q̄ nō audierit
pphām illū exterminabit̄ de plebe. Et oēs pphe
te a samuel z deiceps q locuti sūt ānunciauerūt
dies istos. Vos estis filij pphetaꝝ z testamenti: qō
disposuit deus ad p̄res vr̄os dicens ad abzaham.
Et in semine tuo bn̄dicent̄ oēs familie terre. Vo
bis p̄mū deus suscitās filiū suū misit eū bn̄dicen
tē vobis: vt ꝺuertat se vnusq;sq; a nequitia sua.

CAP. IIII

Loquentib⁹ aūt illis ad pp̄lm supuenerūt
sacerdotes z magistratꝰ tēpli z saducei:
dolētes q̄ docerēt pp̄lm z ānūciarent in
ih̄m resurrectionē ex mortuis: z iecerūt i eos ma
nus: z posuerūt eos i custodiā i crastinū. Erat aūt
iā vespera. Multi aūt eoꝝ q̄ audierāt ꝟbuꝫ credi
derūt: z factꝰ ē numerꝰ eoꝝ qnq; milia. Factum ē
aūt i crastinū vt cōgregarēt p̄ncipes eoꝝ z scioꝝes
z scribe i irl̄z: z ānas p̄ncepꝰ sacerdotū: z cayphas
z iohānes: z alexander z q̄tquot erāt de gnē sacer
dotali. Et statuētes eos i medio iterrogabāt. In q̄
ꝟtute aut i quo noīe fecistis hoc vos. Tūc petrus re
pletus spū scō dixit ad eos. Principes pp̄li z senio
res isr̄l audite: si nos hodie diiudicamur in bene
facto hoīs infirmi in q̄ iste salu⁹ factꝰ ē notū sit oīb⁹
vobis z oī plebi isr̄l: quia in noīe iesu xp̄i naçarēi
quē vos crucifixistis quē ds suscitauit a mortuis:
in hoc iste astat coz̄ vobis sanus. Hic ē lapis qui
reꝛobatus ē a vobis edificātibus qui factꝰ ē in ca
put anguli: z nō est in alio aliq̄ salus. Nec.n. aliud
nomē est sub celo datū hoībus: in q̄ oporteat nos
saluos fieri. Videntes āt petri cōstātiā z iohānis: cō
pto q̄ hoīes esset sine litteris z idiote admiraban
tur: z cognoscebāt eos: q̄m cū ih̄u fuerāt: hoīez q̄z
videntes stātez cū eis q̄ curat⁹ fuerat: nihil poterant
cōtradicere. Jusserūt āt eos foras ex ꝺcilio secedē
z cōferebāt ad inuicē dicentes. Quid faciem⁹ hōi
bus istis? Qm̄ qdē notū signū factū ē p eos oībus
habitantibus irl̄m. Manifestū ē z nō possum⁹ nega
re. Sed ne āplius diuulgēt in pp̄lum: cōminemur
eis ne vltra loquant̄ in noīe hoc vlli hoīuꝫ. Et vo
cantes eos: denūciauerūt ne oīo loq̄rent̄ neq; do
cerent in noīe iesu. Petrus ꝟo z iohānes rn̄dentes
dixerūt ad eos. Si iustū est in ꝺspectu dei vos po
tius audire q̄z deū iudicate. Nō.n. possumus q̄ vi
dimus z audiuimus nō loq. At illi cōminantes di
miserunt eos: nō inuenientes quō punirent eos p
pter pp̄lm: qz oēs clarificabant id quod factū fue
rat in eo qō accideraṫ. Annoꝝ en̄i erat plusq; qua
draginta homo: in quo factū fuerat signū istud sa
nitatis. Dimissi aūt venerūt ad suos z annunciaue
runt eis quanta ad eos p̄ncipes sacerdotū z senio
res dixissent. Qui cum audissent vnanimiter leua
runt vocē ad deum: z dixerunt. Dn̄e tu q̄ fecisti ce
lum z terrā mare z oīa q̄ in eis sunt: qui spū sācto
p os p̄ris nostri dauid pueri tui dixisti. Quare fre
muerunt gentes z pp̄li meditati sunt inania. Astiterunt reges terre z p̄ncipes cōuenerunt in vnū ad
uersus dn̄m z aduersus xp̄m eius. Cōuenerunt.n.
vere in ciuitate ista aduersus scm̄ puerū tuū iesuꝫ
quē vnxisti. Herodes z pōtius pilatus cū gentib⁹
z pp̄lis isr̄l: facere q̄ manus tua z consiliū tuum de
creuerunt fieri. Et nūc dn̄e r̄spice in minas eoꝝ: z
da seruis tuis cū omni fiducia loqui verbū tuum
in eo q̄ manū tuaꝫ extendas ad sanitates z signa
z p̄digia fieri p nomen scī filij tui iesu. Et cū oraꝛ
sent: motus est locus in quo erant cōgregati: z re
pleti sunt oēs spū sācto: z loquebant̄ verbū dei cū
fiducia. Multitudinis aūt credentiū erat coꝛ vnū
z aīa vna: nec quisq; eoꝝ que possidebat aliquid
suū esse dicebat: sed erant illis oīa cōmunia. Et vir
tute magna reddebāt apl̄i testimoniū resurrectio
nis iesu xp̄i dn̄i nostri: z gr̄a magna erat in oībus
illis. Neq; en̄. quisq; egens erat iter illos. Quotq̄t
enim possessoꝛes agroꝝ aut domoꝝ erant: vēden
tes afferebant p̄cia eoꝝ q̄ vendebant: z ponebant
ante pedes apostoloꝝ. Diuidebat̄ aūt singulis p̄ut
cuiq; opus erat. Joseph aūt qui cognominatus ē
barsabas ab apl̄is: quod est interpretatū filius cō
solationis: leuites cypr̄ius genere cum hēret agrū
vendidit eū z attulit p̄ciū z posuit ante pedes
apostoloꝝ.

CAP. V

Vir aūt quidā noīe ananias cum saphyra
vxore sua vendidit agrū: z fraudauit de
p̄cio agri ꝺscia vxore sua: z afferēs par
tem quandā ad pedes apl̄oꝝ posuit. Dixit aūt pe
trus ad ananiā. Anania cur tēptauit sathanas coꝛ
tuū mentiri te spū sancto: z fraudare ō p̄cio agri?
Nōne manens tibi manebat: z venundatū in tua
erat ptāte? Quare posuisti in coꝛde tuo hanc rem?
Non es mentitus hōibus sed deo. Audiens aut̄e
ananias hec verba: cecidit z expiravit. Et factus ē
timoꝛ magnus super oēs qui audierunt. Surgen
tes aūt iuuenes amouerūt eū: z afferentes sepelie
runt. Factū est aūt q̄si hoꝛarum trium spacium: z
vxoꝛ ipsius nesciēs q̄ factū fuerat introiuit. Dixit
aūt ei petr⁹. Dic mihi mlier: si tanti agrum vendi
distis? At illa dixit. Etiam tanti. Petr⁹ aūt ad eaz.
Quid vtiq; conuēit vobis temptare spū dn̄i? Ecce
pedes coꝛū qui sepelierūt viꝛ tuum ad hostiū z ef
ferent te. Confestim cecidit añ pedes ei⁹: z expira
uit. Intrantes aūt iuuenes inuenerūt illā moꝛtuaz
z extulerūt z sepelierūt ad viꝛ suū. Et factus est ti
moꝛ magnus i vniuersa eccl̄ia: z in omnes q̄ audie
runt hec. Per manus aūt apl̄oꝝ fiebāt signa
z p̄digia mlta ō plebe. Et erāt vnanimiter omnes
in poꝛticu salomonis. Cæteroꝝ aūt nemo audebat

